Catalogus Codicum

qui

nova aetate manu scripti

nunc

in monasterio Seitenstettensi

servantur

P r a e m o n i t u m

Continet hic catalogus omnes codices, qui circiter ab anno 1550 usque ad annum 1900 manu scripti, nostra aetate in bibliotheca monasterii Seitenstettensis eiusque repositoriis asservantur. E quibus perpauci iam veteri Catalogo Codicum (medio aevo) Manuscriptorum, quem circa annum 1790 nescio qui doctissimi bibliothecarii in duobus tomis exaraverunt, inserti sunt, plurimos autem et eosdem paene ignotos ipsi nuper e latebris in lucem eduximus signisque notavimus et nunc primum in indice conscribimus. Signavimus autem hos codices litteris MN (=Manuscriptus Novus), ut originem indicaremus, et numero Latino aut I (= in 4° maiore aut folio) aut II (= in 4°) aut III (= in 4° minore aut 8° aut etiam minore voluminis circuitu), ut ambitum tomoxrum adumbraremus, et numero arabico (ex. gr. MNI15 = Cod. 15 manuscr. nov. in folio). Illi vero codices, qui iam in vetere indice inveniuntur, solis numeris Latinis (ex. gr. Cod. CCCxxi) notati sunt. Ad quos accedunt paucissimi codices tribus numeris Arabicis signati (ex. gr. 97.1.9), qui etsi manu scripti, tamen in vetere catalogo librorum typis impressorum annotati sunt.

Perscrutati autem hos codices invenimus, eiusdem scriptoris, immo eiusdem cursus philosophici vel theologici alios tomos in bibliotheca, alios in archivo monasterii nostri Seitenstettensis servatos esse. Itaque necesse videbatur, ut etiam archivi codices litterate aut poetice compositos, qui ante annum 1800 scripti sunt, huic indici nostro adscriberemus. Quos codices semper duplici signo notabimus, uno, ut codicem in Catalogo Codicum Archivi, anno 1925 a P. Martino Riesenhuber composito, invenias, altero atque eodem uncis incluso, ut comperias, quo armario asserventur.

Omnes codices in hoc indice secundum tempus, quo exarati sunt, disponemus. Quodsi hoc ordine series librorum, quos una eademque manus continuos conscripsit, dilaceraretur, semper talem seriem etiam continuam in indicem nostrum referemus, etiamsi hoc modo ordo chronologicus aliquantum perturbabitur. Qui igitur, qui quodam anno conscripti sint codices, investigat, oportet, ut etiam praecedentem et subsequentem pagxinam nostri catalogi inspiciat. Qui vero auctorem quendam aut scriptorem aut summam cuiusdam codicis quaerit, adhibeat indicem auctorum aut scriptorum aut indicem systematicum, quos auxiliante Deo huic catalogo adiungemus. Quod autem lectiones philosophicae et theologicae non tam titulis quam initiis inter se differunt, necesse est, ut ad illas lectiones

etiam indicem initiorum conficiamus. Quae tamen initia quam brevissime notabimus.
Si codex plures materias continet, uniuscuiusque partis inscriptionem referemus. Epitheta vero mere ornantia in omnibus titulis omittemus, omissionem punctis interpositis notantes. Etiam quae in dorso aut tegumento librorum inscripta sunt, omittemus, item clausulas in fine lectionum vel tractatuum ("Absolvimus....die..."), nisi forte usui erunt ad explorandum scriptorem, auctorem, tempus, quo ortus sit codex ille. Inscriptiones vero et origines, auctores et scriptores, qui in ipsis codicibus aut numquam indicati sunt aut iam non exstant, uncis inclusos notabimus, quos aliunde explorare potuerimus. Talium explorationum fundamenta breviter notabimus. Etiam locos historicos, quos forte invenerimus, cum brevi argumento indicabimus.
Orthographiam ipsorum codicum servabimus, quantum non solius ornamenti causa cum nostra scribendi ratione discrepat. Pro compendiis autem, quae in his codicibus plurima inveniuntur, verba plena exscribemus, nisi sint usitatissima ideoque omnibus nota.
Formam autem tegumenti his compendiis circumscribemus:

teg. a1 = tegumentum album (plerumque ligneum et corio vitulino involutum) sine ornamentis
teg. a2 = tegumentum album (item ligneum, sed corio suillo inclusum) ornamentis (sine colore) impressis decoratum
teg. b1 = tegumentum scorteum cervini aut fusci coloris
teg. b2 = tegumentum scorteum nigri coloris
teg. c1 = tegumentum chartaceum (e charta densata) cani coloris
teg. c2 = tegumentum item chartaceum, sed marmoreo colore fucatum
teg. c3 = tegumentum item chartaceum, sed fusci coloris
teg. d = tegumentum semiscorteum (id est chartaceum cum dorso et extremis corio munitis)

Notandum est etiam codicum aliorum paginas (pp.), aliorum folia (foll.) numerata esse. Quam discrepantiam si sustulissemus, plurimorum codicum folia iam signata denuo signanda fuissent. Ita confratres clerici et novitius, qui notandis foliis nondum signatis strenue operam dederunt, nimio et minus utili labore onerati essent.
Ceterum rogamus, ut qui omnium bonorum principium est et finis, laborioso huic operi felicem praebeat finem.

N. B. Nisi aliter notatur, omnium codicum folia sunt chartacea.

Bibl. Cod. XXIX

fol. min., 225 foll., script. saec. XVI.

Diß Hochloblichen Landts-Fursten und Erzherzogthum Osterreich Anfang und Herkomen; der Herren und Landtsfursten Regierung biß auf Herzog Wilhelm und Herzog Albrechten Jst beschriben durch den Erbarn Gregorio Hagen, im Jahr 1406. Seu Matthaei cuiusdam, aut potius Gregorii Hageni Chronikon Austriae à primis huius terrae incolis usque ad annum Christi MCCCLXXXXVIII (1398) idiomate Germanico perductum.
Ex bibliotheca Joannis Georgii Schwandneri Austriaci Stadelkirchensis Viennae Austriae MDCCLVII (1757).
(Fusius de hoc codice disserit vetus Catalogus Cod. Manuscriptorum, Tom. I, p. 46 - 48)

Bibl. Cod. LXXIV

4° min., 25 foll., script. saec. XVI., teg. c1
(Breve Fundamentum Cantus Choralis)
Opusculum mutilum; auctor et scriptor ignoti; plura de hoc codice in vetere Cat. Cod. Manuscriptorum, Tom. I, p. 159, ubi hic codex saec. XVII. adscribitur.

Bibl. Cod. XC

8°min., 91 foll., script. saec. XVI., teg. c3 cum dorso flavo Arztney Biechl
Opus mutilum; auctor et scriptor ignoti; plura in vetere Cat. Cod. Manuscriptorum, Tom. I, p. 201 - 202, ubi hic codex saec. XVI.vel XVII. adscribitur.

Arch. 33 S (I 1. u.)

8°min., teg. b1, in cuius parte adversa Christus Crucifixus, in parte aversa Annuntiatio BMV magna cum arte delineantur
Opusculum poeticum, quod Joannes Frey, Civis Nori: (=Norimbergensis?) et Poeta (vide p. 13, 15, 16) abbati Seitenstettensi Georgio Sugel (1552 - 1565) dedicavit. Qui Joannes Frey consobrinus fuit poetae et ludimoderatoris Mellicensis David Nagelii,Altani, Boi, auctoris Elegiarum Libelli, quem Viennae Austriae excudebat Stephanus Creutzer Anno MDLXXII (1572).
a) Calendarium Romanum et Generale: p. 23 - 41
b) Officium Beatissimae Virginis et Matris Domini et Salvatoris Nostri

Jesu Christi Mariae (versibus decoratum): p. 41 - 116
c) Historia Ve: (= Verecundae ?) Susannae (item versibus ornata): p. 117 - 134
Hoc opusculum acuratissime ~~xxxxx~~ scriptum est.

Bibl. Cod. CCCXII

8°, teg. b2, 345 foll., script. anno ~~1~~1564
(Jus regni Bohemici, lingua Bohemica scriptum)

Bibl. Cod. MN III 1

8°, 356 pagg., script. anno 1570, teg. b1, magna cum arte figuris David Regis, Domini nostri Jesu Christi et Petri Apostoli decoratum)
Die haubt=artickel deß Christlichenn Glaubens. Wider den pabst ~~xxxx~~ unnd der hellen pfortn zuer hallten: Sambt anndern Dreyen seer nützlichenn Büchlein: Durch steffan schwingenhamer Abgeschriben Worden A° ~~1~~ 70 .1.5.7.0
a) Die haubtartickl deß Christlichen glaubens....: p. 4 - 137
b) Bekhanntnus des glaubens, Doctoris martini Lutteri: p. 138 - 254
c) Unterschied rechter und falscher Khirchen: p. 254 - 319
d) Die Drey: symbola oder bekantnis des glaubens Christi, In der kirchen eintrechtiglich Gebraucht: p. 319 - 354
p. 354 nota: Steffan Schwingenhamer mein aigene Hanndgeschrifft....

Arch. Cod. 57 Z_6 (A64)

4°, 125 foll. (desunt com plura folia in initio et finxe), script. ca annum 1600, involuta in folio membranaceo, quo modi musici descripti sunt
(Die Reise des Hans Christoph Freiherrn von Teufel in das Morgenland) 1588 - 1590)
De hoc opere, lingua Germanica scripto, quod Franciscus Hornung, iudex districti Mattseensis, bibliothecae Seitenstettensi donavit, fuse et scienter egit P. Godefridus Friess in XXXII. Programm des k. k. Ober-Gymnasiums der Benedictiner zu Seitenstetten 1898, p. 3 - 50.

Bibl. Cod. CCCII

4°, 110foll., teg. d (nigrum), script. saec. 15 et 16 (17?)

a) (Hieronymi Megiserii Deliciae ordinum equestrium): fol. 1 - 77r., germanice; fol. 77r: Getruckt zu Franckfurth am Main, Bey Marthin Lechler. In Verlegung deß Auctoris im Jahr Christi 1593

b) Verzaichnus etlicher Treuhertziger Vätterlicher Dir meinem lieben Sohn Franz Christoffen Kevenhuller zusammen gekhlaubter warnussen: fol. 83 r. - 104 r (saec. 16 script.)

c) Piccardorum dogmata: latine; fol. 105r - 110v; saec. XV.

Nota in tegumento adverso ab intrinsecus: Ex libris Wolfgangi Pancratii Trabre....(?) anno 1675 (vel potius 1615?)

Bibl. Cod. MN III 2

16°, 329 pagg., teg. b1 (ornamentis impressum); scr. saec. XVI exeunte

a)Ein Kunstlich wolgeordnet, Undt zuvor nie erfundenes Rechenbuch. Inn welchem der Silberkauff gar bequemlich auff den Talerpreiß.. .....gerechnet zufinden. Calculirt Durch: Valentinum Ernestum, der Rechenkunst Amatorem: p. 5 - 172

b)Rechnung Über den Silberkauff. So gar bequemlich auff die Gulden, Schilling, Undt Pfenning.....gerechnet. Durch: Valentinum Ernestum der Rechenkunst liebhabern: p. 173 - 329

Nota in tegumento adverso ab intrinsecus: Ex Raritatibus P. And: A.....(cetera rasa!)

Bibl. Cod. MN I 1

fol., 249 foll. + 16 foll. Indices + 6 foll. vacua (=540 pagg.) teg. b1 cum ornamentis; script. ca annum 1600; fol. Titularedees (Prozeßordnung für das Erzherzogtum Österreich unter der Enns, i. e. variae leges saec. XVI. usque ad annum 1570 - vide fol. 216r!- latae et in 20 tractatibus dispositae; germanice cum annotationibus latinis in margine)

p. 540: nomen subscriptum: Hans Ludwig Dor.....(?)

Bibl. Cod. MN II 318

294 pagg. (pag. 250 - 294 vac.), folio membranaceo saec. XIII (?) manu scripto involutae; script. 1601

(Annales a prima Olympiade usque ad Christum natum)

Nota pag. 247: Viennae Prid: Non. Septembris. Anno primo Seculi

sexcentesimi supra millesimum à nato Christo Salvatore. Viennae in Collegii Soc. Jesu Rhetorico Auditorio.
p. 249 notati sunt 4 Clerici, qui anno 1605 e collegio Germanico discesserunt.
In dorso involucri affixum est signum III L.O Nr. 30. Hoc signo notatus erat hic codex in bibliotheca canoniae Ardacensis usque ad annum ~~16~~ 1784.

Arch. Cod. 46 X (A69)

4°, 2 foll. chart. + 15 foll. membran. + 12 foll. chart. teg. b1 cum ornamentis impressis et ansa pro catenula, qua codex iste in Monte Sancto ad usum peregrinantium suspensus et expositus est. A parte adversa tegumenti initia: C P A S (= Casparus Plautius Abbas Seitenstettensis) 1615

a)Kurtze Summarische Antiquitet, Darinnen erklärt wird, Warumb dieses Gottshauß und Kirchen der Allerheiligisten Trifaltigkeit Sontagberckh genandt, Erpaut worden, und von recht Christgläubigen also andechtig besuecht und verehrt wirdt: p. 5 - 35

b)Abschrifft oder Copey der Missive so Richter und Rathe zu Waydthoven an der Ybbß Ihren Genedigen Fürsten und Herrn etc. nacher Freysingen etc. geschriben, darinn angezaiget: was die Strayffent Rott der Türckhen deß 1532 Jahre umb Waydthoven mit Mort, Brandt: und in anderweg gehanndlet hat: und was die von Waydthoven je Ihnen für Abbruch gethann haben: p. 37 - 61

ad a) Quaedam traditio vult ipsum abbatem Casparum Plautium res gestas Montis Sancti conscripsisse, sed certo fundamento caret.

Bibl. Cod. MN II 1

263 pagg. manu scr. + 5 pagg. vac. + IV + 46 + II typis impr. teg. a1; manuscr. 1614, typogr. 1615

a)Organum Scientiarum sive Notae Commentariae et Disputationes in universam Aristotelis logicam Dictatae a R. Patre Casparo Lechnero Societatis Jesu. Exceptae a Georgio Reitter Wesseprunnensi eiusdem facultatis studioso. M.DCXIV (1614): p. 1 - 263; vide notam pag. 262!

b)Theses Philosophicae De Praedicatione, quas in....Academia Ingolstadiensi praeside Gaspare Lechnero, S. J., Philosophiae Professore Ordinario, asseret Die XVIII. Februarii ~~xxxx~~....Joannes Christophorus Illsung Ingolstadiensis, LL. (?) et Physicae studiosus, Anno MDCXV (1615). Ingolstadii, Ex Officina Typographica Ederiana, apud Elisabetham Angermayriam viduam.: IV + 46 + II pagg.

ad a) Initium Prooemii: ~~Philosophia vix nominis considerata~~ (p. 1)
Artem aliquam docturi.....

Bibl. Cod. MN II 2

448 pagg. + 5 pagg. + 81 foll. = 615 pagg.; teg. a1; scr. 1615

a) Tractatus in octo libros Physicorum dictatus a R. P. Gaspare Lechner philosophiae professore, exceptus a Georgio Reitter eiusdem facultatis studioso MDXV (mendum! recte: 1615, ut in tegumenti parte adversa): p. 1 - 448. (Vide clausulam p. 443!)
Initium Prooemii p. 1: Philosophia vi nominis considerata...

b) Libri II. De Generatione: fol. 1 - 79 (= p. 454 - 612)
Initium Prooemii p. (454): Quodnam sit duorum de generatione librorum subiectum....

Arch. Cod. 29 E (XV 2m)

4°, 21 foll., teg. b1 artificiosis ornamentis decoratum
In tegumenti parte adversa C. P. A S (Vide supra 46 X; p.6) Caeremoniale secundum consuetudinem Ecclesiae B. M. V. in Seittenstötten Desumptum et accomodatum ex Romano pro Abbate privilegiato de mitra et caeteris Pontificalibus. Sub Caspаro Plautio Abbate dignissimo Seittenstöttensi Anno MDCXVI 1616 Quarto Idus Martii in Festo S. Gregorii Papae, et Ecclesiae Doctoris eximii.

Bibl. Cod. MN II 3

64 + 371 = 435 pagg.; teg. a1, a dorso: Logica MS. ex Fonseca Anno 1616; quae tamen inscriptio ad solam partem a) videtur pertinere.

a) Synopsis in qua doctrina Dialectica Petri Fonsecae ad ordinem Aristotelicum revocatur: p. 5 - 58. (Pedro da Fonseca SJ, + 1599, anno 1564 Ulissipone celeberrimum opus: "Institutiones dialecticae" edidit). Initium: Disserere nihil aliud est....

b) Quaestiones in Organum Aristotelis: 342 pagg. (= p. 65 - 407)
Initium Prooemii p. (65): Cum plures fuerint qui Logicam Aristotelis

c)(Theses ex universa Logica): 12 pagg. (=p. 417 - 429)

Crediderim saltem partem b) lectionem in Universitate Gracensi traditam esse (Vide proximum codicem MN II 4!), sed neque auctorem scio neque scriptorem (vel potius scriptores, nam saltem duas manus vix non distinquas).

Bibl. Cod. MN II 4

583 pagg.; teg. a1, a dorso: Casisticus Tractatus de septem Sacramentis M. S. Graecii Anno 1616

x) Theologiae Moralis Libri Quae est de casibus Conscientiae. Scripti incipiendo ipsis Nonis Ianuarii Anno 1616. Dictati à R. P. Alphonso Seidedi Societatis Jesu sacerdote.
Initium Praefat.: Instituere paramus in conscientiae casibus....
a) Liber primus. De Sacerdote: p. 1 - 103
b) Liber II Theologiae Moralis De Sacramentis in genere, et particulari: p. 104 - 572; post p. 498 arbor consanquinitatis inserta est, iocosis delineamentis decorata, quae "F. T. R. Sculpsit", sed in Catalogo Conventualium Seitenstettensium non invenitur ad annum 1616 Frater cum litteris initialibus T. R. Incertum est etiam, utrum ille F. T. R. etiam codicem hunc scripsit an alius. At verisimile est unam ex manibus, quae codicem MN II 3 scripserunt, etiam hunc codicem exaravisse.

Bibl. Cod. MN II 5

6 + 452 pagg.; teg. a1; script. anno 1617

a) Quaestiones De physica auscultatione: p. 1 - 353 (= 7 - 360)
Initium p. 1 (7): Quoniam scientia naturalis, quam aggredimur...
p. 353 (360): 19. Maii Anno 1617
b) Quaestio XI In libros de Caelo et Mundo: p. 353 - 384 (= 360 - 391)
Initium: Ut Aristotelis mentem.....
c) Quaestio XIII In libros de generatione et corruptione: p. 384 - 410
Initium: Primum corporis speciem....
d) Quaestio XIV De Generatione mixti perfecti et imperfecti, ubi de Meteoris: p. 411 - 447 (= 418 - 454)
Initium: Explicata Generationis Definitione....
Auctor et Scriptor ignoti. Videtur tamen codex Graecii ortus esse.

Bibl. Cod. MN II 6

378 pagg.; teg. a1; script. anno 1618

a) Quaestio de Alteratione: p. 7 - 40
Initium: Sicut in intentione naturae generantis....
b) Quaestiones in tres libros Aristotelis De Anima: p. 43 - 330
Initium: Primo ad libros de anima ingressu....
Vide p. 329 de dispositione rerum tractandarum et p. 330 clausulam!
c) In Metaphysicam Aristotelis quaestiones duae: p. 331 - 368
Initium: Utcunque.....in conspectum venimmus sapientiae....
Clausula p. 368: Absoluta Metaphysica 9 die Junii Anno 1618
Auctor et scriptor ignoti, sed probabiliter Codd. MN II 3, 5, 6 ad eundem cursum philosophicum Graecensem pertinerent.

Bibl. Cod. MN II 7

466 pagg.; teg. a1; script. 1619/20

Tractatus de Jure,et Justitia. Traditus à Reverendo Patre Alphonso SS: Theologiae Doctore, ac eiusdem in alma Universitate Graecensi, Professore ordinario M DC XIX (1619): p. 5 - 458

Initium Proemii: Virtutes Theologicas, quae immediate circa Deum....

Clausula p. 458: Finis huius Tractatus 5 Die Septembris Anno 1620

N. B. Sine dubio auctor huius tractatus idem P. Alphonsus Seidedi SJ est, qui anno 1616 Theologiam Moralem de Casibus Conscientiae tradiderat. (Vide p. 7/8 ad Cod. MN II 4!)

Scriptor autem huius codicis etiam sequentem codicem exaravit.

Finis uniuscuiusque lectionis cum numero, die menseque in margine notatur.

Bibl. Cod. MN II 8

416 pagg.; teg. a1; script. 1619/20

Tractatus de Deo, Uno, et Trino. Traditus à Reverendo Patre Michaele Summereker SS: Theologiae in Alma Universitate Graecensi Professore ordinario. M DC XIX (1619). Nonis Novembris

a)Prooemium: p. 7 - 12; Initium: Quae Doctor Angelicus.....

b)Tractatus I De Deo Uno: p. 12 - 310; Init: Continebit hic Tractatus...

c)Tractatus Posterior. De Sacrosancta Trinitate, Seu de Deo Trino: p. 310 - 412; initium: De hoc summo omnium.....mysterio....

Scriptor idem est ac in codice MN II 7 (vide supra!); qui etiam hic finem uniuscuiusque lectionis notavit. Clausula p. 412: 5. Septemb: Anno 1620.

Bibl. Cod. MN II 9

III + 126 foll.; teg. a1; ca. 1620 (propter formam teg.)

Folium titulare deest. Inscriptio in dorso tegumenti: "MS in libros Decretalium et de Judiciis." Continet hic codex commentarios in varios titulos libri ~~s~~ I et II Decretalium (usque ad Tit. 28; postea complura folia excerpta sunt).

Veri simile est has lectiones ~~s~~ in Universitate Graecensi ~~s~~ ~~s~~ ~~s~~ ~~s~~ ~~s~~ ~~s~~ ~~s~~ ~~s~~ ~~s~~ ~~s~~ ~~s~~ ~~s~~ traditas esse; quaeritur enim fol. 74r, num Episcopus Salisburgensis punire possit Clericum vel Laicum in dioecesi Seccoviensi peccantem.

Nota fol. 123v: In hac materia 33 in universum sunt (?) lectiones

Auctor et scriptor ignoti. Videntur tamen plures manus distinguendae esse.

Bibl. Cod. MN II 10

II + 202 foll; teg. a1; ca annum 1620 (ut MN II 9)
Tractatus de Virtutibus Fide, Spe, et Charitate: fol. 1r - 198v.
Initium fol. 1r: Disputant scolastici Theologi De fide.....
Nota fol. 200v: in ista materia sunt octo in universum
Auctor ignotus; apparet plures manus hunc codicem conscripsisse atque easdem ut codicem MN II 9 (vide supra p. 9!)

Bibl. Cod. MN II 11

195 + 68 + 65 foll.; teg. album vitulini corii cum ornamentis nigri coloris impressis; script. 1621/22

a) Commentarius in Philosophiam Naturalem Dictatus a R. D. P. Mathaeo Weis Prof. Philosophiae ordinario. Exceptus a Georgio Reybi Sonthovense Algui (= e loco Sonthofen in regione Allgäu) Anno MDCXXI (1621)
Nota possidentis fol. 2r: Monasterii Ochsenhusani
Initium praefationis fol. 3r: Philosophia est cognitio rerum ut sunt...
Clausula cum duobus versibus heroicis fol. 191v.

b) Commentarius in Libros Quatuor de Coelo: Dictatus Exceptus In celeberrima Salisburgensium Academia Anno MDCXXI (1621): fol. 1 - 65r
Initium Prooemii: Duplex est tractatio physica.....(fol. 2r)

c) Commentarius in Duos Libros de Generatione et Conruptione Dictatuxs... (utb)!)...Anno MDCXXII (1622): fol. 1 - 65r.
Initium Praefationis fol. 2r: Mutari et moveri est quaedam compassio...
Initia lectionum cum numero et partim etiam die menseque in margine notantur.

Bibl. Cod. MN II 12

144 + 285 + 62 foll.; teg. chartaceum valde attritum; script. 1624

a) Commentarius in Logicam Aristotelis Proeemium: fol. 1 - 12v.
Initium: Dubiam et penè infinitis difficultatibus implicatam scientiam.

b) Prima Pars Commentarii De Natura Logicae De Ente Rationis: fol.2v.-144v
Initium: Natura Logicae ad cuius contemplationem accedimus....

c) Pars Secunda Commentarii in Aristotelis Logicam De Universalibus: fol. 1 - 284v (=145 -429v); initium: Hac secunda Commentarii parte....

d) Epitome, totius Diaclecticae eiusque Proaemium, incaepta pridie nonas Novembris, Anno Salutis nostrae MDCXXIV (1624)?. fol.1 - 62v (=430 - 492)
Initium: Quemadmodum Rhethoricae praecipuus scopus.....
In fine huius tractatus unum alterumve folium deest., item in fine part.c
Auctor et scriptor ignoti.

Bibl. Cod. MN II 36

663 pagg., folio manu scripto membranaceo (saec. XIII ?) tectae

a) De Praeceptis Decalogi et virtutibus in eo contentis: p. 1 - 15
Initium p. 1: Peccatum est dictum, factum, vel concupitum contra legem....

b) De Sacramentis (in genere et in specie): p. 15 - 36
Initium p. 15: Sacramentum novae legis est signum rei sacrae....

c) De legibus humanis Ecclesiasticis: p. 36 - 68
Initium p. 36: Lex Ecclesiastica est duplex.....
P. 68 - 69: Index ad partes a) - c), in cuius capite numerus annalis Millesimo: sexcentesimo: vigesimo quinto (1625).

d) (Tractatus De Conscientia) (?): p. 71 - 88; initium et finis desunt.

e) (Tractatus Casisticus De Vitiis et Peccatis): p. 91 - 226; initium deest, item finis.

f) (Tractatus De Paenitentia): p. 227 - 340; initium deest.

g) (Tractatus De Iustificatione): p. 347 - 362; initium (et finis?) deest.

h) (Tractatus De Actibus Humanis): p. 363 - 409; initium deest.

i) (Tractatus De Sacramentis in Specie): p. 411 - 458; initium et finis deest.

j) (Tractatus De Restitutione): p. 459 - 493 (Sola Disputatio IV: De restitutione circa bona animi fortunaeque)

k) Disputatio VI: De contractibus in genere: p. 493 - 501

l) (Tractatus De Paenitentia) Sectio III. Quibus in casibus confessio sit invalida...: p. 501 - 504

m) (Tractatus de Contractibus in specie): p. 507 - 519 (initium deest)

n) (Tractatus de Restitutione): p. 520 - 556
p. 556 permulta nomina oppidorum Austriae et Germaniae (forsitan ludendi causa) enumerantur.

o) (Tractatus De Justitia et Jure): p. 559 - 623; initium p. 559: De Justitia et Jure disputant philosophi....

p) (Institutiones Dialecticae): p. 629 - 643; initium capitis I de natura, necessitate et utilitate dialecticae p. 629: Dialecticae si vocabili notionem attendas....

q) De Distinctionibus: p. 647 - 663; initium p. 647: Collegerunt aliquas voces....

Sine dubio in hoc codice plures manus discernendae sunt, e quibus una partes a) - c), altera partem d), tertia (a prima minus distincta) Pagg. 91 - 202, 227 - 340, 459 - 506, 629 - 663, quarta pagg. 203 - 226, 347 - 458, fortasse etiam 507 - 623 scripserunt. Non constat omnes partes huius codicis eodem tempore exaratas esse, sed omnes ante annum 1650 scriptas esse puto. Nomina scriptorum et auctorum ignota.

Bibl. Cod. MN II 13

VIII + 680 pagg., teg. a1; script. 1628/29

Commentarius in Organum Aristotelis Dictatus à ~~xxFx(xFratre)x~~.....
P. F. (=Fratre) Simone Fürbas Schyrensi, Ordinis Sancti Benedicti Professo. In Alma Salisburgensium Universitate a me F. Ludovico Scherbio Seittenstöttensi Ord: Sancti Benedicti Austriacae Congregationis Professo, exceptus. Initium Prooemii: Pulchrè docet S. Thomas.....
Clausula Prooèmii p. 3: Finit feliciter prooemium logicae nostrae in festo Conceptionis Beatae Mariae Virginis 1628.
Clausula p. 674: quinto die Junii 1629; aliae clausulae p. 87, p. 224 (cum duobus versibus imparibus), p. 369 (cum notis de quadam processione in locum Mülln deducta necnon de F. Placido Seonensi laborante), p. 418, p. 530, p. 656. Index a pag. 657 - 674. Vide etiam not. marg. pag. 618!
De auctore et scriptore vide etiam ad sequentes codices!
Litterae initiales in tegumento adverso: M B M V I S = Monasterium Beatae Mariae Virginis in Seittenstetten

Bibl. Cod. MN II 14 vgl Admont 1020 (1631)

II + 254 foll. + VIII + 36 pagg., teg. a1 (ut MN II 13)

1629/30

a) fol. Ir: Carmen(ad industriam studentis fovendam)(6 disticha)
b) Auditus Physicus Comentatione Lucidâ ab.....Fratre Simone Fyrbas Monacho Schyrensi ....., In Alma Salisburgensium Universitate Professore Ordinario Illustratus Excipiente Re~~verendo~~ligioso F. Ludovico Scherbio Celeberrimi monasterii Beatae Mariae Virginis in Seittenstötten eundem ordinem professo. 1625. Anno MDCXXIX. (1629): fol. 1 - 253r.
Initium Prooèmii: philosophiae studium nihil aliud est.....
Clausula fol. 253r: Primo die Februarii Anno post Christum natum 1630
Aliae clausulae temporumque notae: ~~p.~~ f. 4, ~~p.~~ f. 67 (ubi etiam de colloquio cum quodam Reverendissimo Domino Petro et de aenigmate a Rustico soluto), ~~p.~~ f. 144, ~~p.~~ f. 167 (ubi de abeuntibus Frr. Placido Zeiselio, Benedicto Pirin, Leonardo Offner ex S. Lamberto et de Patribus Capucinis in Seittenstötten hospitantibus, qui ratione faciendi Emblematis die 3. Dec. 1629 P. Jacobo (Molitor, prof. Ottoburano), Logices professori tunc temporis litteras tradiderunt), f. 210v., 241v., f. 249r. (In Octava Trium regum....1630); fol. 250 - 253r. Index
c) Pronunciata Physica De Natura. In Alma Universitate Salisburgensi, sub praesidio P. F. Simonis Fyrbas....Propugnata a .... F. Petro Megerle,.....in ...Exempto Austriae Inferioris Monasterio Gottwicensi Professo, Juris Canonici, et Philosophiae Studioso. Ad diem XIX. Mensis Aprilis, Anno MDCXXX (1630). Salisburgi, Typis Christophori Katzenbergeri, Typographi Academici. VIII + 36 pagg.

Bibl. Cod. MN II 15 vgl. Admont 1079 (1630)

III + 109 + 82 + 36 = 230 foll., teg. a1 (ut MN II 13), 1630

a) Coelum Commentatione Illustratum ab.....Fratre Simone Firbas Monacho Schyrensi .....in alma Salisburgensium Universitate Professore ordinario. Excipiente Religioso Fratre Ludovico Scherbio ....monasterii Seittenstöttensis monacho 1630: fol. 1 - 105; fol. 104/05 Index Initium Proemii: Nunc tandem Deo duce ad caelestia...(fol. 1r) fol. 12v nota de litteris receptis, fol. 103v clausula (23. II. 1630)

b) Commentarius in duos Libros Aristotelis De Ortu et Interitu. Ab... Fratre Simone Fyrbas, Celeberrimi Monasterii Schyrensis in Bavaria... Monacho, Ordinario Professore in Alma Salisburgensium Universitate. Dictatus. Excipiente .....Ludovico Scherbio .....in Seittenstötten eundem ordinem professo. Anno M.DC. XXX (1630): 82 foll. (=110 -192 Initium Prooemii fol. 1 (=110): Ea rerum naturalium conditio est,... Clausula Prooemii fol. 2r (24. II. 1630, "quo die etiam litteras domum misi cum Cantionibus et caeteris"); aliae clausulae fol. 29r. et 82v. (Hos de generatione et corruptione libros absolvimus summa properatione decimo septimo die Mensis Aprilis ...1630).

c) Materia Quatuor Librorum Meteorologicorum: 36 foll. (= 193 - 229) Initium Proemii: A simplicibus progrediendum est ad composita.... Clausula fol. 36 (229)r: Absolvimus hos de meteoris libros 8. Maii163

N.B. In parte a) insertae sunt aliquot pulcherrimae delineationes.

Bibl. Cod. MN II 16

178 + 46 = 224 Foll., teg. a1 (ut MN II 13); script. 1630

a) Anima expositax ab .....Fratre Simone Fyrbas ....(ut MN II 15).. Religioso Fratre Ludovico Scherbio .....excipiente anno 1630. Initium Prooemii (Anno 1630. 13 Maii) fol. 1: Incipimus feliciter die ibi, hora media octava,qua nullus saecularis studiosus frequentavit, ob causam rumoris ~~(?)~~ excitati in Urbe Salisburgensi, quae tamen brevi occidit. Fol. 88r. nota de quadam deambulatione 8 milliariorum 11. Aug. 1630 facta. Clausulae f. 125v., 131v (summa properatione), 167r.: 17. die Sextembris 1630 Index fol. 173v. - 176v.

b) Metaphysica Ab.....Patre Simone Fyrbas....(ut supra)..dictata et Explicata, Excipiente Religioso Fr. Ludovico Scherbio .....1630. Initium Prooemii: Omnes homines ait Aristoteles.....Fol. 13r. nota ad 22. Sept. 1630: emi â Vice chori magistro pulcherrimas cantilenas, scilicet Alexandrum di Grandi, Crivelium (Aivelium?). et Columbinum, pro quibus dedi florexnum cum dimidio, seu brevius, regni talerum. Fol. 46 (=224)r. Clausula biennii philosophici: 7. die Octobris 163

Bibl. Cod. MN II 17

477 pagg., tegumentum membranaceum modis musicis conscriptum.
In Organum Aristotelis Disputationes.
Initium disputationis primae pag. 1x.: Aggressurus Logicam.....
Clausulae pag. 197 (30 Martii) et p. 476: Finita 20. Augusti Anno 1632. lectionibus 220:
Videntur hae lectiones in universitate Graecensi dictatae esse; inventa est enim in hoc codice schedula dedicationis ad Beatam Virginem Mariam Immaculatae Conceptam typis impressam "Ex alma Universitate Graecensi Societatis Jesu die ... Decemb. Anno salutis M.DC.XXXI." Auctor tamen et scriptor adhuc ignoti, quamquam hic scriptor etiam sequentem codicem exaravit.

Bibl. Cod. MN II 18

II + 205 + 32 = 239 foll., tegumentum ut in codice MN II 17

a)(In Libros de Generatione et Corruptione): fol. 1 - 96
Initium Prooemii: Postquam Aristoteles 8 libris physicorum egisset...

b)In Libros de Anima: fol. 96r. - 205r.
Initium Proemii fol. 96v.: Aggredimur post alia illam philosophiae partem....Clausula fol. 205r: 8. Maii

c)(Metaphysica): fol. 1 - 30v.(+208 - 238)
Initium Proemii: Metaphysica scientiarum omnium nobilissima...(fol.208)
Clausula triennalis philosophiae laboris fol. 238v: Actum Graecii in Archiducali Universitate 14 Junii. Anno 16.34:
Ad eundem cursum philosophicum etiam Cod. MN II 17 videtur pertinere.
Auctor et scriptor ignoti.

Bibl. Cod. MN II 20

II + 328 foll., teg. a2, script. 1632/33
Organi Aristotelici Theoriae dictatae ab.....P. Simone Fyrbas ...Monacho Schyrensi. Exceptae a F. Benedicto Graff eundem Ordinem in Seittenstätten Professo. Salisburgi Anno MDCXXXIV (1634; sed hoc anno solum folium titulare scriptum est.): fol. 1 - 318v; Index f. 319 -326v)
Initium Protologiae ad Universam Philosophiam Aristotelis f. 1r:
Illud, quod Sallustio teste, diu inter mortales certamen fuit,...
Clausulae fol. 38r (18 Decembris. Anno 1632.)...fol. 318v: Absolvimus nono Maii 1.6.33 (cum duobus versibus heroicis)
In parte adversa tegumenti litterae initiales inauratae: F B G P S = Frater Benedictus Graff Professus Seittenstettensis
Eundem scriptorem invenies etiam in sequentibus codicibus.

Bibl. Cod. MN II 21

II + 254 foll.; teg. a2; script. 1633

a) (Tractatus de Actibus Humanis): fol. 1 - 181v (Folium titulare vacuum!) Initium Praefationis fol. 1r.: Prima Theologi moralis Tractatio,de Humanis actibus est.... Clausula fol. 181v: Absolvimus describendo quarta Dominica Adventus, quae est 18 Decembris, post sacrum in aula habitum, media decima. Anno reparatae salutis 1633.

b) Tractatus de Legibus: fol. 185r - 245r.
Initium Prooemii fol. 185r: De Legibus aliqua ad Theologos speculativos....Clausula fol. 245r: 23 Decem. ante vigiliam Nativitatis Christi 1633.
Litterae initiales in adversa tegumenti parte ut in Cod. MN II 20.
Itaque etiam hunc codicem Fr. Benedictus Graff conscripsit; auctor vero eius ignotus est.

Bibl. Cod. MN II 22 vgl. Admont 1023

II + 317 foll. manuscr. 1633/34 + IV + 28 pagg. Typis impressae 1633; teg. a2 cum litteris initialibus ut in cod. MN II 20

a) Theoriae Physicae ad VIII Aristotelis libros Physicorum Dictatae ab....P. Simone Fyrbas....Monacho Schyrensi Exceptae a F. Benedicto Graff ....in Seittenstätten Professo. Salisburgi Anno MDCXXXIV Initium Protologiae ad Universam Physicam fol. 1r: Nil obstat cupidis.... Clausula fol. 28v: 23 Junii Absolverunt F. placidus Freyberger, et agricola Alumnus. Caeteri ne leges academicas violarent, solitam recreationem universi egerunt.(Sequuntur aliquot verba litteris Hebraicis scripta.) Fol. 209v: Nota de lectione in festo S. Clementis (23. Nov.); fol. 239v: Absolvimus hunc librum 9 Decembris. quo pessima nova habuimus scilicet Ducem Gallasch fuisse pulsum ex Schlösia magnamque suorum cladem accepisse à Saxone. Insuper Ducem ab Arenhaim in Bohemiam irrupisse, ibi in confinibus civitatulam quandam solo aequasse.....Hinc generalissimus Friedlandius Ratisponam exercitum suum transportaturus receptui cecinit, postliminio repetiturus in Saxonia, quae sibi sint eventura ignorans. 1633. Fol. 312r: Absolvimus octo libros physicorum, die XI Januxarii...1634.

b) Theoremata Physica ad octo Libros Physicos Aristotelis, In Alma Universitate Salisburgensi, sub praesidio P. F. Honorati Kolb, Monachi Benedictini in Seon, Philosophiae Ordinarii, Disputata a....F. Petro Feichtinger ...in monasterio Prunvening (= Prüfening, Priefling) Professo, Philsophiae Baccalsureo. Ad diem ...Mensis Febr. An. MDCXXXIII. Salisburgi, Ex Typographéo Christophori Katzenbergeri.....

Bibl. Cod. MN II 23 vgl. Admont 1023

II + 124 foll. manu scripta + 7 foll. vacua + IV + 28 pagg. typis impressae (= fol. 129 - 145) + 25fmanuscr. + 6 foll. vacua + 97 foll manuscr. + 6 foll. vacua + IV + 19 pagg. typis mandatae; teg. a2 cum litteris initialibus ut in cod. MN II 20

a)Theoriae Physicae ad IV Aristotelis Libros de Coelis Dictatae ab ...P. Simone Fyrbas ....Monacho Schyrensi...Exceptae a F. Benedicto Graff ...in Seittenstätten Professo. Salisburgi Anno MDCXXXIV (1634) fol. 1 - 124. Initium Protologiae ad Libros IV Coelorum fol. 1r.: Quantum Caelum distat à terra...(cum pulcherrima littera initiali!)

b)Pronunciata Philosophica. De Natura Coelesti, In Alma Universitate Salisburgensi, sub praesidio P. F. Simonis Fyrbas....Philosophiae Professoris Ordinarii. Propugnata a....F. Wolffgango Davide Probst ....in.....Monasterio Monseensi Professo, Juris Canonici Studioso, et Philosophiae Baccalaureo. Ad diem ... Mensis Junii, Anno MDCXXX Salisburgi, Typis Christophori Katzenbergeri,...: fol. 129 - 144

c)Theoriae Physicae ad IV Aristotelis Libros Meteororum Dictatae... (omnia ut in parte a)!): fol. 146 - 171v. Initium Protologiae: Post simplicia corpora perfecta corpora mixta tractavimus.... Clausula fol. 171v: 28 Augusti 1634.

d)Theoriae Physicae ad II Aristotelis Libros (de Generatione et Corruptione): fol. 177 - 275v. Initium Protologiae: Physica in communi corpus naturale qua naturale considerat... Clausula fol. 275 v: 3. Apr. 1634.

e)Syntagmata Physica, De Natura Generationis, Corruptionis, Alterationis, et Accretionis. In Alma...(ut in parte b) Praeside P. F. Simone Fyrbas .... Propugnata a...F. Oddone Guzinger ...in...Monasterio Seonensi Professo, Philosophiae Baccalaureo, ac Metaphysicae Studioso. Ad diem....Mensis Sept. MDCXXXIV....Salisburgi, Typis Christophori Katzenbergeri, Typographi Aulici et Academici. (fol. 282 - 294)

Bibl. Cod. MN II 24

II + 210 foll. (manuscript.) + IV + 20 pagg. (typis impr.) (=fol. 211 - 223) +67 foll. (manuscript.) (= fol. 223 - 290) + VIII + + 20 pagg. (typis impr.) (= fol. 291 - 305); teg. a2 cum litteris initialibus ut in cod. MN II 20

a)Theoriae ad Aristotelis tres libros de Anima) (folium titulare vacuum!): fol. 1 - 204r. Initium Protologiae fol. 1r: Tametsi ordinem librorum Aristotelis de natura.... (Littera initialis T pulcherri-

me ornata a "F V G" ="Frater Vitus Gadolt".) Signa occulta pro litteris utitur scriptor fol. 13v (aliquot lineae), fol. 24v/25r (tota pagina), fol. 36v (dimidium paginae), fol. 17v. (tres lineae), fol. 41v (in margine); fol. 24v.: "26 Aprilis 1634"; fol. 41~~r~~v: Haec .2. Maii, quo clausimus scholam. Proin 4 Maii professor noster ad eligendum sibi (se volebam dicere) Abbatem, cui dies 14 Maii fuit, itineri se accingere debuit. (Deinde sequitur longa relatio de excessu quodam in convictu regularium gesto.) fol. 41v:"Item 22 Maii nos Austriaci inferiores reformati fuimus. Hoc item die Pater Simon reversus electo Corbiniano Abbate rediit" Ergo auctor huius tractatus est P. Simon Fyrbas, qui ad eligendum abbatem Schyrensem iter fecit. Scriptor vero est, ut scribendi character monstrat, Fr. Benedictus Graff (idem atque in codicibus MN II 20 - 23); fol. 80v. in margine: F. V. G. A..(= Frater Vitus Gadolt Andecensis, cuius litteras initiales etiam fol. 92v invenies); fol. 204r: Absolvimus hunc librum .23. Augusti....1634.

b) Theses selectae, Ad Libros Aristotelis, De Anima In Alma Universitate Salisburgensi, Praeside P. F. Sebastiano Rhöer, Ord. S. Benedicti, Monasterii Ottopurani Monacho, et Philosophiae Professore Ordinario, Post Stadium (!) Philosophicum Ad certamen expositae, A R...F. Vitale Bauman, eiusdem Ord. et Monasterii Monacho, ac Magisterii Candidato. Ad diem ... Mensis Januarii, Anno MDCXXVII (1627). Salisburgi, ...Typis Gregorii Kyrneri Typographi Aulici: IV + 20 pagg. (= fol. 211 - 223)

c) (Theoriae ad Libros Metaphysicorum Aristotelis): fol. 225 - 284 Non est dubium, quin etiam hic tractatus a P. Simone Fyrbas traditus et a F. Benedicto Graff scriptus sit. Initium Protologiae ad VIII. Libros Metaphysicorum: Omnes Homines ait Aristoteles hic scire desiderant... fol. ~~296~~269v litterae O verbi Theoria hae litterae initiales inscriptae sunt: H. E. V. F. T. Q. S. F. & B. G. M A. In inferiore margine eiusdem paginae: Anno 1634. die 13 Novembris... Dominica 23ª: post Pentecosten ~~Ex(?)~~hoc scriptum fuit ~~e (a??)~~ F. Vito Gadolt Andecensi. (Videtur hic Fr. Vitus Gadolt ~~aut~~ inscriptiones artificiose delineasse ~~aut notulas suas Fratri Benedicto Graff describendas tradidisse~~.)

d) Nucleus Philosophicus, Peripatetice Enucleatus, In Alma Universitate Salisburgensi, Praeside, P. F. Simone Fyrbas,....Monacho Schyrensi, Philosophiae Professore Ordinario. Disputatus Ab....Christophoro Kircher, Tyrolensi, Brixinensi, Hieronymo Störz, Bojo, Monacensi, Philosophiae Candidatis. Ad diem 16 Mensis Octob. M. DC. XXXIV. (1634)....Salisburgi, Typis Christophori Katzenbergeri, Typographi Aulici et Academici: VIII + 20 pagg. (=fol. 285 - 304)

Bibl. Cod. MN II 25

761 expagg., teg. a2 cum litteris initialibus ut in cod. MN II 20 Commentarius Theologicus in Materiam de Deo Uno et Trino ex I. Parte Summae S. Thomae Propositus Ab.....P. Thoma Ringmayr ...monasterii Wessenprunensis ....professo, SS. Theologiae Doctore, eiusdemque in Alma Universitate Salisburgensi Professore Ordinario. Excerptus a F. Benedicto Graff eundem Ordinem in Seittenstetten professo. Anno M.DC.XXXV. (1635): p. 3 - 752
Initium Prooemii In Materiam de Deo uno, et Trino: Sapientibus et Insipientibus debitorem se esse cognoscat... Finis p. 751/52: ... universo Cursui Theologico finem imponimus, quem Anno Christi vigesimo octavo inchoatum absolvimus unà cum trigesimo quinto...

Arch. Cod. 34 TT (A 78)

4°, 474 pagg. manuscript. + VI + 38 pagg. typis impressae; teg. b1 decoratum herbarum figuris (sine colore impressis)

a) (Organi Aristotelici Theoriae Dictatae a.....P. Simone Fyrbas, Monacho Schyrensi. Exceptae a F. Mathia Wassermann ...Professo Seittenstettensi). Initium Protologiae ad Universam Philosophiam Aristotelis: Illud, quod Sallustio teste, diu inter mortales certamen fuit... Hoc initium demonstrat hunc tractatum eundem esse atque illum codicis MN II 20 (vide supra p. 13!); ex qua re etiam auctorem novimus. Scriptoris vero nomen coniicimus e litteris initialibus in parte adversa tegumenti: F M W P S 1634. Post hunc tractatum plura folia excisa sunt.

b) Syntagmata Logica. Ex Organo Aristotelis Deprompta. In Alma Universitate Salisburgensi, Praeside P. F. Simone Fyrbas....Monacho Schyrensi, Philosophiae Professore Ordinario, Propugnata ab...Christophoro Trättnig, Carintho, è S. Vito, Phil. Baccalaureo. 1634, Salisburgi, Typis Christophori Katzenbergeri, Typographi Auxlici et Academici.

Bibl. Cod. MN II 26 vgl. Admont 1023

II + 147 foll. manuscr. + IV + 32 pagg. typis impressae (= fol. 148 - 166) + 113 foll. manuscripta (= fol. 167 - 280) + IV + 24 pagg. typis mandatae (= fol. 281 - 295) + 30 foll. manuscr. (= fol. 296 - 326); tegumentum ut in cod. 34 TT (vide supra!)

a) (Theoriae Physicae ad IV Aristotelis Libros de Coelis Dictatae ab ....P. Simone Fyrbas ....Monacho Schyrensi. Exceptae a F. Mathia Wassermann ...Professo Seittenstettensi. Salisburgi Anno 1634): fol. 1 - 127. Initium Protologiae fol. 1r: Quantum ~~xxxxx~~ caelum distat a terra in tantum nobilior.... Hoc initio constat hunc tractatum eundem esse atque tractatum codicis MN II 23, fol. 1 - 124 (vide supra p. 15!) ideoque a P. Simone Fyrbas traditum esse. Scriptorem autem et annum, quo codicem scripserit, e tegumento conicies. Fol. 128 - 147 vacua.

b) Pronunciata Philosophica. De Natura Coelesti....Sub Praesidio P. F. Simonis Fyrbas ....Propugnata a...F. Wolffgango Davide Probst,... Monseensi Professo....Anno M. DC. XXX. (Cetera de eodem tractatu typis impresso vide supra p. 15 ad partem b codicis MN II 23!)

c) Liber Unicus Theoriarum Physicarum ad II Libros Aristotelis de Generatione et corruptione: fol. 2 (!) - 108 cum Indice fol. 109 -112r (= fol. 167 - 278). Initium Protologiae fol. 167: Physica in communi corpus naturale qua naturale in communi considerat....Idem initium eundemque tractatum invenies supra p. 15 in parte d codicis MN II 23.

d) Syntagmata Physica, De Natura Generationis....Praeside P. F. Simone Fyrbas ....Propugnata A....F. Oddone Guzinger ....Seonensi Professo .....M. DC. XXXIV (1634). (Cetera de eodem tractatu typis impresso vide supra p. 15 ad partem e codicis MN II 23!)

e) (Theoriae Physicae ad IV Aristotelis Libros Meteororum Dictatae ab .....P. Simone Fyrbas.....Exceptae a F. Mathia Wassermann .... Anno 1634): fol. 1 - 26r cum Indice fol. 27v - 28v (= fol. 296 -324) Initium fol. 296r: Post simplicia corpora perfecta corpora mixta tractavimus..... Confer igitur supra p. 15 eundem tractatum in parte c codicis MN II 23. De scriptore et tempore vide supra in partem ~~xx~~ a)!

Bibl. Cod. MN II 19

294 + 412 = 706 pagg., teg. a2; script. 1635

a) Tractatus Tres De Voto, Juramento, et Horis Canonicis: Pag. 1 - 282 Initium Praefationis p. 1: Justitiae officium est alterius debitum reddere.... Auctor et scriptor ignoti.
Pagg. 283 - 294 vacuae.

b) Tractatus.De Actibus ~~H~~ humanis: 220 pagg. (= 29~~6~~5 - 415)
Initium Praefationis: Theologia Universè est doctrina de Deo... Caput VI huius tractatus agit de Legibus: p. 185 sequ. Clausula huius tractatus p. 220: Finis datus Septembris die decimo ..1635.

c) Tractatus De Meritis Bonorum operum contra Haereticos: p. 225 - 274 (= p. 5/420 - 5/469). Initium Proaemii: Quae Justi ex Dei gratia et libero arbitrio bona operantur... Clausula p. 274: ...hic ideo non
d) fuit completa quia professor in gravem aegritudinem lapsus, ideoque impeditus absolvere non potuit.

d) Tractatus De Sacramentis novae Legis contra Haereticos: p. 275 - 407 (= p. 5/470 - 702) Initium Proemii: De Sacramentorum natura, numero, materia..... Auctor (vel Auctores) et scriptor omnium partium ignoti.

Bibl. Cod. MN II 27

264 foll., teg. a2, script. 1636

Commentaria et quaestiones in universam Aristotelis logicam ad mentem Divi Thomae Doctoris Angelici: fol. 1 - 260v cum Indice fol. 261 - 264.

Initium fol. 1: Qualis praerogativa, quae utilitas sit scientiae logicae....Clausula fol. 260v: Finem 12 Septembris nostrae logicae imposuimus, Anni....16.36. In folio titulari insigne monasterii Seitenstettensis delineatum est cum litteris initialibus M. B. M. V. I. S. (= Monasterium Beatae Mariae Virginis In Seittenstetten) 1637. Auctor et scriptor (vel scriptores?) ignoti.

Bibl. Cod. MN II 28

514 pagg. ~~mxxx~~., teg. e folio membranaceo verso; script. 1636

Logica Peripatetica Tradita a R. P. Adamo Griesser Societatis Jesu Sacerdote. Excepta a Bartholomaeo Piscatore Fischensi in Catholico Gymnasio Soc. Jesu Augustae (= Augsburg) Ad S. Annam. M Anno Domini M. DC. XXXVI (1636): pag. 1 - 508 cum Indice p. 509 - 513

Initium Prooemii Logicae Peripateticae sive Doctrinae in universam Logicam Aristotelis Stagiritae Tradi Solitae p. 1: Philosophia primo iuxta etymon quibusdam definitur... Clausulae p. 47: Absolvimus 18 Januarii 16.36.....p. 508: Absolvimus 5. Septembris Anno 1636. p. 513: Tota logica continet .9. tractatus. 31 quaestiones. 102 articulos.

Scriptor huius codicis idem esse videtur atque duorum codicum sequentium.

Bibl. Cod. MN II 29

X + 804 + II + 110 manuscriptae pagg. + II + 14 (+ II + 14) pagg. typis impressae + 3 pagg. index manuscriptus; teg. a1; script. 1637/38

a) Physica Peripatetica Tradita a R. P. Adamo Griesser Societatis Jesu Sacerdote. Excepta a Bartholomaeo Piscatore Fischensi in Catholico Gymnasio Soc. Jesu. Ad S. Annam Augustae (= Augsburg) Anno M.DC.XXXVII et VIII: p. 1 - 760
Initium Proaemii Physicae peripateticae Sive Doctrinae in Universam Aristotelis stxagiritae physicam seu philosophiam Naturalem hoc tempore tradi Solitae p. 1: Aristotelicam ac peripateticam veramque philosophiam universam... Clausula p. 68: Anni 1637, die 12 Januarii.
Tractatus VI. disserit de Constitutione Mundi in 4 Libros De Coelo, cum compluribus perpulchris delineationibus (p. 321, 323, 324, 334), Tractatus VII. De Meteoris, Tractatus VIII. De Generatione aliisque Transmutationibus rerum Naturalium, Tractatus IX. De Anima et Corpore Animato. Clausula p. 759: Absolvimus libros de anima 12 Martii (1638).

b) (Argumenta singulorum articulorum partis a): p. 761 - 802

c) Metaphysica Dictata a R. P. Adamo Griesser Societatis Jesu Sacerdote Scripta a Bartholomaeo Piscatore ...(ut in parte a)... Anno...M.DC.XXXVIII (1638): p. 1 - 106 (=807 - 913)
Initium Prooemii (sub titulo: Metaphysica Peripatetica sive Doctrina in Universam Metaphysicam Aristotelis 14 lib. comprxehensam hoc tempore Tradi solet.): Est haec ultima et ratione sui obiecti praestantissima pars... Clausula p. 106: Finis philosophiae nostrae impositus est 19 Maii Anni Domini M.D.C.XXXVIII.

d) Disputatio Philosophica Ex VIII. Libris Physicorum. Quam D. O. M. A. (= Deo Optimo Maximo Auxiliante) In Catholico Gymnasio Societ. Jesu Ad S. Annam Augustae Vindelicorum Praeside Adamo Griesser Soc. Iesu ibidem Philosophiae Prxfessore. Propugnabit .....Henricus Guett Landspergensis Metaphysicae Studiosus. Ad diem 29 Aprilis, M.DC.XXXVIII (1638).....Augustae Vindelicorum, Typis Ioannis Udalrici Schoenick: II + 14 pagg. (= p. 918 -934)

e) Disputatio Philosophica Ex Libris De Generatione. Quam..... (ut in parte d!)..Praeside Adamo Griesser....Propugnabit... Balthasarus Hainrich Grienwaldensis Grienenwaldensis Metaphysicae Studiosus. Ad diem 18 Maii, M.DC.XXXVIII....(ut in parte d) II + 14 pagg. (= p. 935 - 951)

Bibl. Cod. MN II 30

II+ 550 foll. manu scripta; post singulos institutionum libros aliquot folia vacua; teg. a1 (dorso aegerrime sauciato)
(Commentarius In IV. Institutionum Imperialium Libros)
Initium Prolegomenorum In IV. Institutionum Imperialium Libros fol. 1r: Inprimis scire oportet forum esse duplex....
Nota possidentis fol. Ir:"In Usum Bartholomaei Vischer J(uris) U. (=Utriusque) Licentiati" Itaque verisimile est hunc codicem circa annum 1640 exaratum esse. Nam hunc Bartholomaeum Vischer eundem esse atque Bartholomaeum Piscatorem illum, qui codices MN II 28 et 29 (vide supra pagg. 19 et 20!) conscripsit, quis neget? Etenim nomina consonant et character scribendi in Codice MN II 29 et 30 non est tam dissimilis, ut alium scribentem postulet.
Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 31 vgl. Admont 1024

558 pagg.; teg. a2; script. 1637
Commentarii in Organum Aristotelis Anno 1637.
Initium Prooemii p. 1: Magna pars mortalium conqueritur de naturae malignitate (?).....
In margine p. 1: Dictante R. P. F. Michaele Trumeter Monacho Burensi (= Michaelburano, cuius monasterii anno post abbas factus est). 1637. 27 Martii.
Litterae initiales (inauratae) in parte adversa tegumenti: F AE M P M S = Frater Aemilianus Menzinger professus monasterii Seittenstettensis

Bibl. Cod. MN II 32

262 pagg. + Index p. 263 - 271; tegumentum e folio membranaceo completo modis musicis ornate scriptis (saec. XV); script. 1637/38
Compendium perbreve ex Casibus R. P. Gretseri.(Videtur hoc compendium electum esse e opere quodam praeclari illius P. Jacobi Gretseri S. J., + 1625, etsi in editione maxima operum eius, Ratisponae 1734 sequu., 17 Tomi, non invenitur.) Clausula p. 262: 31. Jan. 1638
Continet istud compendium tractatus de peccatis in genere et Sacramento Paenitentiae; de Legibus; de Indulgentiis, de Censuris, de Virtutibus Theologicis, de Virtutibus Cardinalibus, de Vitiis contra Naturam, de Observatione festorum.
Inscriptio in dorso: M. S. Casistica de peccatis et Paenitentia sub P. Gretsero.

x) Verisimiliter auctor huius translationis nil nisi exemplar versionis Latinae a Carolo Stengelio exaratae adhibuit. Tale exemplar usque adhuc in bibliotheca Seitenstettensi restat, scil. Meditationes in regulam S. P. N. Benedicti Nunc primum Latine publici iuris factae opera et studio R. P. F. Caroli Stengelij (Bibl. Seitenstettensis No. 6, 7, 121) duo in exemplari etiam mendum in dedicationis sermone invenitur, quo auctor Meditationum Francogallice compositarum P. Philippus Francis nominatur. Vere etenim P. Philippus Francois erat nomen eius. Meditationes illae Francogallice Parisiis anno 1613, versio Stengeliana Augustae Vindelicorum anno 1623 in lucem evenit.
De priore translatore vero, scil. de P. Laurentio Visetio, vide epistolam R. P. Ioannis Damasceni Brockaert de die 3. Iunii 1970, depositam in archivi fasiculo 31A

Bibl. Cod. MN II 33

882 pagg., teg. a2; script. 1638

a) (Tractatus de Legibus): p. 5 - 123; initium p. 5: Tractatus de legibus est quidem communis Theologis et Jurisperitis....

b) (Tractatus De Dimvina Gratia): p. 125 - 390; initium im Proaemii in Tractatum De Divina Gratia ex 1^{a} 2^{ae} S: Thomae p. 125: Tractaturi de divina gratia lumine gratiae inprimis indigemus.....

c) Tractatus De Sacramentis ex $3.^{a}$ parte S. Thomae Dictatus à R. P. Thoma Ringmair Wessenbrunnensi Professore Ordinario, &c: Salisburgi. 1. 6. 38. Initium p. 407: Post Dominicam passionem Sacramenta sunt potissima Instrumenta nostrae Salutis....
De Sacramentis in Genere p. 407 - 560;
De pertinentibus ad Sacramentum Baptismi: p. 560 -642
De &Sacramento Confirmationis: p. 643 - 662
De Sacramento Eucharistiae: p. 663 - 878
Auctor partis a) et b) incertus, item scriptor pagg. 5 - 413, 663 - 878; paginas vero 413 - 662 scripsit Fr. Gabriel Saur, Professus Seittenstettensis, ut nota p. 662 ostendit: Huc usque descripsit F. G. S. P. S. Anno M. DC XXXVIII. (PP. 413 - 662 ab eadem manu scriptas esse e charactere scripturae intelligitur.)

Bibl. Cod. MN II 34

16 + 477 pagg., teg. a2; script. 1639

Meditationes: Oder Betrachtungen Über die gantze Regel deß Heiligen Vatters unnd Patriarchen Benedicti: Erstlichen in Frantzöschier (sic!) Sprach, Hernacher aber Zwaymal in Latein beschriben Worden, anietzo aber zum Ersten mall in die teusche (!) Sprach Ubersetzt. (Auctor originis ~~versionis~~ Francogallicae fuit iuxta praefationem operis nostri p. 9 P. Philippus Franeis Ordinis S. Benedicti in Lotharingiâ, auctor versionum Latinarum P. Laurentius Visetius, in Malmudariensi Caenobio eiusdem Ordinis et Congregationis Professus (= e monasterio Malmedy ~~Marmoutier~~), respective Carolus Stengelius Abbas in Einhausen (= Anhausen), cuius versione probabiliter auctor noster usus est.) Clausula in fine Praefationis: Vale, et Vive, ut Vivas 1639. Auctor ignotus.x)
Inscriptio in parte adversa tegumenti: .A. A. Z. S. 1676 = Adam (Piringer) Abt Zu Seittenstetten 1676 ne tegumento quidem inclusum esse codicem anno 1676 ostendit, nam litterae initiales et numerus annalis parti abrasae tegumenti impressa sunt. Quid sibi velint litterae L (?). V. in dorso tegumenti, nescio; dubito tamen, num initia sint translatoris (potius: Latinae Versae?)

Bibl. Cod. MN II 35

82⁺ + 450 pagg.; teg. a1; script. 1639/40

a) De Defectibus in Celebratione Missarum Occurrentibus: p. 1⁺ - 13⁺

b) Tractat Von der Schwagerschafft: p. 13⁺/14⁺ (partim Latine, partim Germanice)

c) Tractatus De Sacramentis tam in Genere quam in Particulari: p. 25⁺ (= pagina titularis), p. 1 - 222 (omnia Sacramenta etiam in specie!) p. 25⁺: Fr. Maximilianus Kherscher, Ordinis S: Benedicti. Professus Monasterii Seittenstottensis (!) Anno 1639.(Nomen scriptoris etiam p. 80 reperies.) P. 1 in margine superiore: Sum Monasterii Seittenstöttensis Anno 1640. Initium Disputationis De Sacramentis p. 1: Opportune ad interpretationem Decalogi accedit disputatio de Sacramentis....
N. B.! Inter p. 4 et 5 alter tractatus de Sacramentis in Communi isque in initio mutilus insertus est (p. 27⁺ - 82⁺).

d) (Theologia Moralis): p. 224 - 403
Initium Proemii In Decalogi Praecepta p. 224: Aggredimur Deo Propitio primam Theologiae moralis partem.....Clausula p. 403: Haec omnia a Fratre Maximiliano Kherscher sunt scripta: Finivi: 30 Junii M: DC: 40 (Continet haec pars tractatus De Principiis generalibus moralis Theologiae, De Actibus Humanis, De peccato Actuali)

e) Index Casuum: p. 405 - 430; p. 430: Finis huius Libri. A. Fratre Maximiliano Kherscher Ordinis Divi Benedicti. professus Monasterii Seittenstöttensis Script: Anno M.DC.40. 6. Julius. Fin.

f) (Quaedam quaestiunculae de Sacramentis Ordinis et Matrimonii): 431/2

g) Memoriale Sciendorum A Clericis: p. 434 - 441

h) (Comparatio signorum zodiaci cum litteris A - M): p. 447 (Fortasse haec comparatio usui erat ad constituendum alphabetum arcanum.)

i) Quid unaquaeque littera Alphabetica latina valeat. ex Wione (?) p. 448 (Carmen alphabeticum versibus heroicis compositum)

Bibl. Cod. MN II 319

189 foll.; teg. e folio membranaceo modis musicis in conscripto, sed usu longaevo aegerrime attrito; script. 1640

Artzeney biechel So alles gerrecht und bewerth ist, waß hirinen beschriben Mein Susanna Maria Weissenbergerin geborne Velspergerin (?) gehörig.Steyr den 12 Januarii 640. Priori parti tegumenti affixa est scheda, quae haec indicat: Geschenk des Herrn Pilsinger Gastwirt in Allhartsberg. 5. XI. 1907. P. Anselm Salzer (tunc temporis bibliothecarius!)

Arch. Cod. 34 - 24 (A 77)

16°, 573 pagg., inclusae folio membranaceo modis musicis inscripto

Contiones festivales Latinae, quas scriptor ignotus e variis libris manualibus deprompsit, ut homilias habendas in ecclesiis ad S. Michaelis, Allhartsbergensi, Wolfsbacensi et (praesertim 1646/47) Aspacensi praepraret. Prima contio 1639 habita est, ultima 1647. P. 53 invenies nom.P. Romani (Textoris, + 1649), p. 516 nomen P. Aemiliani (Menzinger). Quantum coniectare licet, P. Gabrielem Saur, qui anno 1647/8abbas electus est, postquam parochus Aspacensis fuit, auctorem scriptoremque huius codicilli esse arbitror, non tamen sine dubio.

Bibl. Cod. MN II 37

504 pagg., inclusae folio membranaceo modis musicis ornate inscripto (saec. XV); script. 1641

a) De Sacramentis novae Legis Tractatus Practicus Summo cum labore conscriptus. Anno....M:D: CXXXXI (1641): p. 7 - 383 (ubi iterum numerum anni invenies) (Continet hic tractatus omnia sacramenta etiam in specie!) Initium Praefationis p. 9: Ut homo declinet à malis actibus....

b) Compendiaria praxis Difficillimorum casuum conscientiae, in administratione Sacramenti paenitentiae crebro occurrentium. In tres partes distincta. Auctore R. P. Valerio Reginaldo è societate Jesu. Editio secunda correctior. (Exemplar transscriptum operis, quod primum 1619 Moguntiae typis Joannis Wolmari editum est.): p. 403 - 495.

Scriptor totius codicis et auctor partis prioris ignoti.

Bibl. Cod. MN II 38

IV + 329 foll.; teg. a1; script. 1642/43

Dorso schedula cum signo IV L S N° 390 affixa est; hoc signum indicat, quo loco hic codex ante annum 1784 in bibliotheca Ardacensi repositus sit. (Vide proximum codicem et supra p. 5/6 ad cod. MN II 318!)

a) Summulae, seu Brevis Introductio In universam Aristotelis Logicam: fol. 1r - 47v. Initium fol. 1r: Cum intellectus humanus in operando variis obnoxius sit defectibus.... Nota utentis in margine superiore huius paginae: Jo(annis) Udalrici Zurcherri Brudentini U J.

(= Utriusque Juris) Candidati 1649. Clausula fol. 47v.: die vigesimo nono absolvimus. Finis Summularum. J. Udalricus Zürcher studiosus logicae. 1642 (numerus luridissime scriptus)

b) (Logica Aristotelis): fol. 48r. - 320v. Initium Tractatus Primi Proaemialis In Aristotelis Logicam fol. 48r: Ingredimur Deo Ter Optimo Maximo... Nota temporis fol. 95v: 13 Die Januarii 1643, et fol. 320v: 5. Septembris Anno 1643.

c) (XX Theses Logicae): fol. 321 (plicatum; 34 : 23 cm) (typis impressum) Graecii, Apud Haeredes Ernesti Widmanstadij, 1643.

d) (Index totius codicis): Fol. 323r - 327r.

Clausula fol. 47v. ostendit Joannem Udalricum Zürcher hunc codicem scripsisse, pars c) monstrat, Graecii habitas esse istas lectiones logicae, auctorem vero indicant, quae dorso inscripta sunt: (Commentarii in Univer)sam Aristotelis logicam A Reverendo Patre Everardo Neidhart dictati sunt 1643.

De auctore et scriptore vide etiam sequentem codicem!

Udalricus Zürcher erat praepositus in Andagger 1642-1662.

Bibl. Cod. MN II 39

IV + 368 foll.; teg. a1; scr.ipt. 1644

Ad signum IV L. S. N.o 391. dorso affixum vide supra p. 24 ad codicem MN II 38!

a) In Universam Aristotelis Physicam Prooemium: fol. 1 - 4v. Initium Prooemii: Post Exanlatos (!) felicis Deo Ter Optimo Maximo....

b) In octo Libros Physicorum: fol. 5 - 310; initium: Tribus hos octo libros tract(at)ibus complectemur..... Clausula fol. 310r: absolvimus octo libros Physicorum 3. die Septembris horis antemeridianis. Anno 1644.

c) Introductio ad Astronomiam: fol. 312 - 367; initium fol. 312r: Astronomia inter humanas Scientias una est ex primariis....Clausula fol. 367v: Finis, et professor quoque huius mōāe(?), vitam finivit. Professorem autem indicat inscriptio dorsi: (Commentarii in libros) Physicorum A Reverendo Patre Everardo Neidhart dictati sunt 1644. Scriptor idem est atque in codice MN II 38; cuius nomen invenies etiam fol. IVv: Sum Jo(annis) Udal(rici) Zürcherr Brudentini. Multae adumbrationes in margine ad partem c!

P. S.P. Everardus Neidhart non potest esse auctor Introductionis ad Astronomiam, sed solius commentarii in octo libros Physicorum. Etenim P. Joannes Everardus (Eberhard) Neidhart (=Nidardus), nat. anno 1607 in Arce Falkensteinensi in Austria Superiore, Societatem Jesu ingressus 1631, professor Ethices, Philosophiae et Juris Canonici in Universitate Graecensi, postea Inquisitor Hispaniae factus, tandem 1672 S. R. E. Cardinalis electus, 1681 mortuus est.

Bibl. Cod. MN II 40

III + 194 foll.; teg. a1; script. 1647/48

Compendium Casuum Conscientiae (Inscriptio in dorso luridissima)

a) Liber Primus De Regula actuum humanorum: fol. 1 - 13r; initium: Conscientia est dictamen rationis....

b) Liber Secundus De Praeceptis Virtutum Theologicarum: fol. 13r- 27r. Initium fol. 13v: Ex iis, quae fideles explicitè credere tenentur...

c) Liber Tertius De praeceptis Decalogi et Ecclesiae: fol. 27 - 83 Initium fol. 27r: Huius praecepti, prout est affirmativum....

d) Liber Quartus De ratione cognoscendi, et discernendi peccata: fol. 83 - 91; initium fol. 83r:(Peccatum) est trasgxnsgressio legis.....

e) Liber Quintus De Praeceptis particularibus certo hominum statui propriis: fol. 91 - 109v. Initium fol. 91v: Status Relgigiosus est..

f) Liber Sextus: De Sacramentis: fol. 109v - 157v. Initium: Habebit hic Liber tractatus sex....

g) Liber Septimus De Censuris Ecclesiasticis: fol. 157v - 172v. Initium Censura est poena temporalis et medicinalis.... Clausula fol. 172v.: Die 26 Januarii Anno 1648.

h) Index Libri: fol. 178 - 185r.

i) Appendix: fol. 185v - 188r. Fol. 187v P. Carl: Grobendanck laudatur. Videtur ille idem esse atque P. Carolus de Grobendoncque SJ, qui in illo tempore modo Olomucii, modo Pragae praeter alia etiam Theologiam Moralem docuit.

Ceterum auctor et scriptor ignoti.

Bibl. Cod. MN II 41

III + 141 foll., inclusa folio membranaceo finem Ordinis Missae saec. XV. manu scriptum continente; script. 1648

Inscriptio in dorso: Logica MS. 1640, sed numerus anni mendum xxx est, nam clausula fol. 135v. ita exhibet: Anno 1648 Quinta Septembris. Videtur hic codex partem alteram lectionum logicarum continere; incipit enim medio in Articulo IV Disputationis octavae.

Scriptor et auctor ignoti.

Bibl. Cod. MN II 44

III + 220 foll.; tegumentum est folium manum scriptum saeculi XV. (exhibens evangelium de fine mundi) membranac.
Inscriptio dorsi: MS. de Sacramentis in genere et specie 1648.

a) Tractatus primus De Sacramentis in genere: fol. 1 - 26r.
Initium Praefationis fol. 1r: Quoniam utilitas, necessitas et praestantia rei.....Clausula fol. 26: Absolvimus 23. die Novembris..1648

b) Tractatus II - VIII (de singulis sacramentis in specie): fol. 27r.- - 214v. Clausula in fine operis: Absolvimus 16. Octobris; Anno 1649 Auctorem esse P. Pium Theisenseer Ordinis Praedicatorum comparato codice MNII 47 (vide unam alteramve paginam inferius!), qui eosdem tractatus continet, certe probabis. Scriptor autem huius codicis apparet e signo: F: C: A: (= Frater Caelestinus Aumayr, professus Seitenstettensis) fol. 1r.

Bibl. Cod. MN II 42

140 pagg. + 86 fol. (= 312 pagg.); teg. a1; script. 1648

a) Institutiones Dialecticae: p. 3 - 125; initium Praefationis Authoris p. 5: Quoniam ut Author est Aristoteles.....

b) Index Logicae (id est partis sequentis!): p. 129 - 138; clausula p. 138: Finis. Die 8 Septembris. Anno 1648.

c) Commentaria et Quaestiones in universam Aristotelis Logicam, ad mentem Divi Thomae Aquinatis: fol. 1 - 84, ubi clausula: 18 Jul.1648
Initium Praefationis: Absolutâ minori Dialecticâ,....
Imagines pulchrae delineatae p. 3 et fol. 40r.
Auctor ignotus, scriptorem autem tradunt litterae initiales parti adversae tegumenti nigro colore impressae: F B S P S + Frater Bonifacius Stummer Professus Seittenstettensis

Arch. Cod. 34 X (XVIII 3v)

40, 333 foll.; teg. a2; script. 1650/51

a) Commentarius in VIII Libros Physicorum Aristotelis Traditus a R. P. Rudolpho Wiser Monacho Benedictino ad S. Lambertum (St. Lambrecht) Philosophiae Professore ordinario. Exceptus a Religioso F. Bonifacio Stummer, Monacho Benedictino Seittenstettensi. Anno MDCLI (1651): fol. 1 - 272. Inscriptio haec margine eleganter lineata circumdata est, cuius auctor a parte sinistra signum suum "A Waltres exc." posuit.

Initium Proemii fol. 1r: Cum in logica sufficienter scientiarum viam indagaverimus.... Clausula fol. 272r: Absolvimus hun Commentarium....primâ Martii Post prandium Anno Domini 1651

b)Commentarius inI-V. Libros de Coelis Aristotelis Traditus a R. P. Rudolpho Wiser....(omnia ut in parte a!): fol. 273 - 333 (cum indice). Titulus eadem marigine ornatus est, cui tamen non solum a parte sinistra: "A. Waltres exc.", sed etiam a parte dextra:"B Moncornet le Jeune sculpsit" subnotatum est.
Clausulae fol. 325v: Absolvimus 4 libros De caelis pridie calendas Aprilis, fol. 333r: absolvi haec omnia 12 Aprilis Anni 1651... Elegantissimas adumbrationes invenies ante foll. 300, 301, 305, 306, et folio 326.

Bibl. Cod. MN II 43

II + 235 foll.; teg. a2; script. 1651

a)Commentarius in duos Libros Aristotelis De Generatione et Corruptione Traditus a R. P. Rudolpho Wiser Monacho Benedictino ad S. Lambertum Philosophiae Professore Ordinario. Exceptus a F. Bonifacio Stummer Monacho Benedictino Seittenstetten Anno M.DC. LI: fol. 1 - 104v. Inscriptio eadem margine ornata est ut in parte b codicis praecedentis. Initium fol. 1r: Obiectum attributionis physicae est corpus naturale considerabile..... Clausula fol. 104v: Absolvimus hunc Tractatum 14 Junii post prandium 1651...

b)(Commentarius in quatuor Libros Aristotelis De Meteoris): fol. 105r - 130v. Initium Postquam Aristotelews in duobus libris de genxxxeratione et corruptione....

c)Commentarius in Tres Libros Aristotelis De Anima Traditus...(ut in parte a!)...Exceptus a F. Bonifacio Stubmer (!) Monacho Benedictino Seittenstettensi Anno M DC LI: fol. 132 - 208v. Margo inscriptionis ut in parte b codicis praecedentis, sed perpulchris coloribus adornata. Initium fol. 132r: Obiectum attributionis physicae est coxrpus naturale quod multipliciter.... Clausula: Absolvimus hunc Commentarium.....secunda Septembris ...Anno 1651 (fol. 208v.)

d)Commentarius In XIV Libros Metaphysicae Aristotelis: Traditus... (cetera ut in parte c, etiam margo inscriptionis!): fol. 209r - - 230v. Initium: Physica abstrahit à materia sensibili singulari... Clausula: Absolvimus 12 Septembris anteprandium Anno Domini MDCIL (mendum calami!)

Bibl. Cod. MN II 45

V + 269 foll.; teg. a1; script. 1649

In Octo Libros Physicorum Aristotelis (cum Disputatione Proemiali De Habitibus: fol. 2v - 36v et Indice Definitionum Physicarum: fol. 268). Folium titulare ornate delineatum est; cuius artifex hoc signum in parte dextra subnotavit: M. Rudolphus Schwisius condiscipulus fecit. Supra inscriptionem extenditur arcums cum litteris initialibus A.M.D.V.M.G. = Ad Maiorem Dei Virginisque Mariae Gloriam. Infra inscriptionem inveniems numerum anni: Anno M.D.C.XL.IX.(1649); item fol. 63r: 16 Januarii Anno 1649. Initium fol. 1r: Hoc tandem est Studium Quod tibi Promitti saepius audisti....
Neque auctoris neque scriptoris nomen in hoc codice inveniri potuit, sed quod codex noster eundem scripturae characterem exhibet, quem sequens, et quod in sequente codice cursus philosophicus codicis nostri continuatur, vix a veritate aberrabis, si P. Christophorum Khlingshirn, qui sequentis codicis partes physicas dictavit, etiam hunc tradidisse putaveris.

Bibl. Cod. MN II 46

III + 203 foll.; teg. a1; script. 1649/50

a) Disputatio I In Duos Libros Aristotelis De Ortu et Interitu Seu de Generatione et Corruptione: fol. 1 - 89r. Initium fol. 1r: Explicamus hunc librum quando inter expectationem Divinae Ogenerationis....
b) Disputatio In Libros De Mundo et Coelo: fol. 89v. - 96v.
c) Meteorologia: fol. 97r. - 107r.
d) Disputationes In Libros De Anima: fol. 109r. - 170v. Initium: Postquam Aristoteles 8 Libris Physicorum examinasset substantiam....
e) Disputatio Unixxica In Metaphysicam: fol. 170v. - 175r. Initium: Scripsit 14 Libris Metaphysicorum Aristoteles.....
Clausula fol. 175r: paCeM â soLo Deo, paneM De CoeLo et FINEM PHILOSOPHIAE chronographica anni quo absolvi. quo Mars absolvit et Pax florere coepit. (1650). Ad partes a - e pertinet etiam nota fol. III r: Pars Tertia Sub Reverendo Patre Chrmistophoro Khlingshirn conscripta, qui hâc absolutâ Anno 1650 calidis febribus obdormivit in Domino Viennae die Divo Thomae Aquinati Sacro Anno 1651 +
f) Disputationes Ethicae De Voluntate et eius Actibus, Item de Passionibus Animae: fol. 177r. - 198v. In fine notatum est: Opus imperfectum ^a Patre ni fallor proprio nomine dicto Henrico Oderwolff, qui alio avocatus non amplius rediit, sed absens valedixit, et officium Parochi Petreitae suscepit in Silesia Anno 1650. (Videtur igitur P. Henricus Oderwolff partem f dictasse.)

Bibl. Cod. MN II 47

X + 574 pagg.; teg. a1; script. ~~1649~~ 1648/49

a) Tractatus Primus De Sacramentis in Communi 1650 (quo tamen anno nil nisi pagina titularis videtur ornata pictaque esse): p. 1 - 75 Initium Praefationis: Quoniam Utilitas, Necessitas et praestantia...

b) Tractatus II - VIII (De singulis sacramentis in specie): p. 75 -568 Clausula p. 568: Absolvimus 16. Octobris .1.6.4.9. Sub Admodum Reverendo Religioso nec non doctissimo P. Pio Theisensseer, Domino Lectore. Ordinis Praedicatorum. Scripsit ac descripsit Fr. Emmeranus Vogtius. Ordinis S. P. Benedicti. Monasterii Seitenstettensis professus. Inscriptio dorsi: Tractatus Casistici De Sacramentis... N. BB. Easdem lectiones de Sacramentis continet Cod. MN II 44 (vide supra p. 27!)

Bibl. Cod. MN II 48

892 pagg. ; teg. a1; script. 1650/51

a) Proaemium in Aristotelis Organum: p. 1 - 147; initium p. 3: Omnes homines inquit Aristoteles, 1. Met: Cap. 1. natura scire desiderant....; clausula p. 147: Absolvimus prolegomena 19. Decembris650

b) Isagoge Porphyrii: p. 148 - 310; initium p. 149: Chrysaorius genere Patritius.....clausula p. 310: Absolvimus Universalia 31. Januarii ante prandium. eodem autem die Fr. Placidus post prandium et Fr. Bernardus Glunicensis discesserunt (scilicet e convictu regularium Salisburgensi, non ex ordine, siquidem Fr. Placidus idem est atque Fr. Placidus Steger Seitenstettensis).

c) Praedicamenta Aristotelis: p. 311 - 554; initium Prooemii p. 312: Totius logicae K Innitium (?) Cepit (?) Aristoteles à Cathegoriis...

d) Ad duos Libros Aristotelis Peri Hermenias Seu de Interpretatione: p. 555 - 678; initium Prooemii: Postquam Aristoteles de summis....

e) In duos Libros Priores Analyticos: p. 679 - 856; initium: Opus hoc initium est tertiae partis logicae... clausula: Absolvimus Logicae Organum tertiâdie Junii. Anno 1651 (sequuntur in eadem pagina notulae astrologicae pro 15. et 16. Junii nec non aliquot nomina personarum e fabula et poesi famosarum, fortasse pro indice personarum cuiusdam dramatis)

f) Index Totius Logicae: p. 857 - 867 (incompletus)

g) Nomina RR PP Convictorum (Theologorum, Physicorum, Logicorum): p. 885 - 890

h) in parte aversa tegumenti ab intrinsecus nota de nuptiis Mariae Magdalenae Vogtin, cum Tobia Glinzen (Glirzen?) Lanione 1652, 14. Maii.

i) p. 345a sequens invenitur carmen, suppositis modis musicis: A cibo bis cocto, A Medico indocto, A Mala Muliere Libera me Domine.
p. 270 stipiti arboris Porphyrii inscriptum est nomen Emmeranus. Eundem fratrem Emmeranum Vogt professum Seitenstettensem indicant litterae initiales in parte adversa tegumenti: F E V P S et inscriptio dorsi: Logica Salisburgi Scripta optima manu F. Emmerani Vogt Seitenstettensis 1651. Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 50

778 pagg, tectae duobus foliis membranaceis, saec. XV manu scriptis; script. 1650/51

a) Tractatus De Sacramentis in Communi: p. 3 - 122; pag. 3 in margine superiore: Hic Tractatus dictatus est ab Admodum Reverendo P. Matthiâ Bastianschiz Scholarium Viennae in Collegio Praefecto Generali Viro Septuagenario Societatis Jesu Sacerdote; in margine inferiore: 1650 ; initium: Materia huius anni authore Deo.... clausula p. 122: Hic Tractatus est finitus 16 Januarii â prandiis quando dictare debebat P. Brogiolly (Progiolly?) qui tunc infirmus fuit Anno 1651.

b) Tractatus II et sequentes: De Sacramentis in particulari: p. 123 - - 434 (tractatus de Matrimonio imperfectus!)
(p. 435/36 deleta cum nota p. 435: Male scripsi ideo delevi 18 Augusti 1651.)

c) Tractatus De Tribus Primis Praeceptis Decalogi: p. 437 - 528.
Nota in margine superiore p. 437: Hic Tractatus dictatus est ab Admodum Reverendo P. Angelo Progyolo Societatis Jesu Sacerdote Viennae in Collegii Archigymnasio. Initium: Currenti Studiorum Anno 1650 ex praescripto Scholastico....Clausula p. 528: Huc usque P. Angelus Progyolo S. Jesu Philosophiae Decanus Natione Venetus, Patritius Conditione. (Disputatio I: De Conscientia; II: De Legibus)

d) Tractatus De Actibus Humanis: p. 529 - 617. Nota in margine superiore p. 529: Hic Tractatus dictatus est ab Admodum Reverendo P. Henrico Herding Philosophiae Decano. Initium: Voluntarium recte definitum est id.....Clausula p. 617: Hanc lectionem scripsi in Vigilia seu Sabbato Palmarum quo finivimus materiam de actibus humanis et libero arbitrio praeside R P. Henrico Herding S. S. Theologiae Doctore. qui etiam Materiam de Legibus resumpsit dictavitque ab initio iter incipiendo, licet R. P. Angelus Progiolo materiam eandem iam incepit. die 16 Aprilis 1651.

e) Tractatus De Legibus: p. 618 - 774 (cum indice usque ad p. 778).

Initium p. 618: Dico I°: nomen Legis sumitur pro regula directrice actionum moralium.....

f) Tractatus De Peccatis et Vitiis: p. 675 - 773 (Sectio 1: De peccato Luxuriae et intemperantiae; Sectio 2: De Sacramento Matrimonii; Sectio 3: De peccato Furti (et obligatione restitutionis); Sectio 4: De Obligatione certorum Statuum miscue in praxi occurrentium; Sectio 5: De circumstantiis peccatorum quas confessarius debet scire.)

g)(Index rerum alphabeticus): p. 774 - 778

Nota p. 449: Hodie quae est dies 12 novembris vidi Elephantum foemellam altitudine quatuor ulnarum quae ut experiri licuit prudentissime varia artificia sese scire ostendit, inprimis probosside (=proboscide) extenso semellas (Semmeln) petivit in eoque semellam aprensam ori in circulum probosside rotato eam imposuit quo in probosside digladiatus est cruciferum (Kreuzer) elevavit ex terra lusit in tympano apraehenso bacillo etiam(?) hac in die ursus venit ad convictum medii anni Tyrnaviâ liberalitate Illustrissimi et Reverendissimi Strigoniensis Archiepiscopi domino Lippai tribus Sch petariis (?) transmissus 1650.

Bibl. Cod. MN II 51

I + 152 + 166 (= 319) foll.; tegumentum abscissum; scr.1652

a) fol. 1r: (Index)

b) Tractatus in Secundam Secundae Divi Thomae De Iustitia et Iure: fol. 1 - 33; initium fol. 1r: Aggredimur tractatum et scitu et utilitate longè utilissimum..... Clausula fol. 33v: Absolvimus hunc tractatum 18 Januarii quâ 7ª (fuit enim hodie dies Jovis) nôx (?) vidi Comoediam in aulâ Imperatoris Exhibitam, ubi erat videre theatrum artificiosissimis perspectivis ab initio columnarum, 2°. arborum, 3 Columnarum instar pallatii 4°. Petrarum instar montosi littoris Marini, mare illud alluens. 5°. instar horti amoeni viridis arcubus foliorum statuis exornatorum in praesentibus viridium columnarum. Volatusque personarum iam è coelo in terram iam è terrâ in coelum evolentium videre erat. in hâc Comoedia Ferdinandus quartus Rex Hungarorum et Bohemorum ipse in Cataphractura (im Harnisch) Lanceis Picolominium ducem, et dux Regem impetivit, Lanceis fractis gladiis dimicabant. 1652.

c) Tractatus 2 De Contractibus: fol. 34 - 152; initium fol. 34r: Contractus ..(?)..accipi potest I°. latè et impropriè....

Nota fol. 109 r: Haec lectio scripta est 8ª Junii 1652 quam diem praecessit sepultura Reverendissimi Domini Caspari Gorizuti Sacrae

Caesareae Maiestatis Elemosynarii 7.ª eiusdem Cannonici Viennensis ....Comitata est funus Venerabilis Congregatio S. Barbarae cum Statua.

Clausula fol. 152r: Haec Sub Patre Joanne Bertholdo Societatis Jesu Sacerdote Primario Professore. Viennae. 1652

d) In Primam Partem Divi Thomae Tractatus I De Deo Trino et Uno: fol. 1r - 163v. Initium: Deum esse fide Divina creditur..... (= f.154/317 Fol. 65v (= 219v): Nota lingua Hungarica scripta; fol. 81 (=235)r: hic articulus fuit finitus ultima Aprilis in Vigilia SS. Philippi et Jacobi Apostolorum in quorum festo primitias habuit M. (?) Alexander Winklerus Westphalus Kleselianus in Templo S. Stephani adstitit ei Junior Engelhardt Theologiae Baccalaureus Curatus. primus primitians in novo Convictu fuit. fol. 104 (=258)r: Hanc lectionem descripsi domi quam neglexi ob sacristanatum meum, cum altaris imaginem ereximus in novo Convictus sacello. Dominus Franciscus Kijraly Presbyter ex Pazmaniano Collegio in parochiâ ...(?)..prope ..(?) ...defunctus est. Nota fol. 107 (=261)r: 10 Junii 1652 ivit Imperator Ratisbonam Viennâ, prius tamen Pragas, pro Coronando in Regem Romanorum Ferdinando 4°

e) (Index rerum alphabeticus): fol. 163v- 166r (=316 - 319)
E nota Hungarica fol. 65v (=219v) apparet, scriptorem huius codicis et (propter eundem characterem scripturae) item codicum MN II 50 et 52 - 54 vix non natione Hungaricum fuisse.

Bibl. Cod. MN II 52

588 pagg.; tectae folio membranaceo saec. XV (benedictionibus esculentorum) inscripto; script. 1652/53

a) Tractatus De Augustissimo Incarnati Verbi Mysterio ....Sub R. P. Paulo Rosmer S.S. Theologiae Doctore Professore Ordinario primario. die 5. Novembris Anno 1652: p. 3 - 318. Initium: De hoc agit S. Thomas 3.ª parte quaestione I articulo I....Clausula: 1653.Finis. In R. P. Philippi Miller SS. Theologiae Doctoris eiusdemque in ...Universitate Viennensi Professoris secundarii, nec non Archiducis Serenissimi Leopoldi Confessarii Ignatii Leopoldi ~~sui (?)~~ scilicet Junioris Filii Imperatoris Ferdinandi Tertii ~~Consuris~~ Caesaris. (Sequitur postscriptum: Nun Dormientis in Morte Invictissimi Patris successor Filius Invictissimus Leopoldus Primus 1659). 208 lectiones

b) Tractatus De Angelis: p. 321 - 394; initium: Quae Divus Thomas â quaestione 44 usque ad 49... Clausula: Finivimus 13 Januarii Anno 1653 Sub Reverendo P. Nicolao Avancino SS. Theologiae Doctore et Professore Ordinario Secundario in Octavâ Epiphaniae Domini....

c) In Primam Secundae Divi Thomae Aquinatis De Ultimo Fine Hominis et eius Actibus: p. 395 - 583. Initium: Plurima, quae ad ultimum finem hominis spectant....Clausula: R. P. Nicolai Avancini SS. Theologiae Doctoris, eiusdemque in ....Universitate Viennensi Ordinarii primarii Professoris nec non in praefata Universitate Generalis studiorum Praefecti. 1.6.5.3. 6. Septembris.

d) (Index rerum alphabeticus): p. 584 - 588

Bibl. Cod. MN II 53

822 pagg., tectae folio membranaceo (proprio Missarum in festo SS. Petri et Pauli et in Commemoratione S. Pauli) inscriptox (saec. XV); script. 1653/54

a) Ex 3^{a} Parte Divi Thomae Aquinatis Tractatus De Sacramentis Praelegente ...P. Henrico Herding Societatis Jesu SS. Theologiae Doctore eiusdemque Professore Ordinario Secundario docentis Primâvice Theologiam 1653: p. 3 - 428 (de Sacramentis in genere; de Eucharistia; initium tractatus de Baptismo) cum Indice p. 428 - 434 (alphabetico Initium: Postquam de Verbo Incarnato egerit (?) S. Thomas... (p. 4) Carmen lusorium p. 322; p. 376: NB Nonâdie Julii Anno 1654 circa secundam horam matutinam praevius terrae motus maximus deiecit columnam Romani Imperii Augustissimam Romanorum Regem Ferdinandum quartum annos 21 natum. Annum unum et tres septimanas circiter Regni gubernacula moderantem; variolis (?) hic occubuit sanctissimus et Innocentissimus Princeps cerebrique defectu quod in humorem redactum aquosum (apertum) repertum est ita enim dicebatur (credo??)

b) Ex I^{a} 2^{ae} Divi Thomae Aquinatis Tractatus De Gratia et Merito A. R. P. Carolo Herbardt S. J. SS. Theologiae Doctore eiusdemque primario Ordinarioque Professore praelegente 1653: p. 435 - 733
Initium p. 436: Post Explicatam liberalitatem et honestatem....

c) Tractatus 2 De Vitiis et Peccatis Creaturarum: p. 737 - 822
Initium: De Peccato Actuali Habituali et Originali trahituri sumus.

Bibl. Cod. MN II 54

1010 pagg. + 98 foll; tegumentum membranaceum proprio missarum S. Evangelistae Lucae et S. Caeciliae Virginis et Martyris saec. XV ornate inscriptum; script. 1655

a) Tractatus De Fide, Spe et Charitate in quaestionem primam et sequentes ex 2.^{a} 2.^{ae} Divi Thomae: p. 5 - 397. Nota p. 4: P. Henrici Herdin S. Jesu Doctoris Theologi(ae) et Professoris Viennae eiusdem

Initium p. 5: Suppono I.° ex Philosophia obiectum materiale et formale esse....Clausula p. 397: Datum die 7.ª Septembris 1655 sub Herdingo.

b) Notata digniora ex Libro qui intitulatur Actus, Vel Acta Apostolorum: p. 399 - 485. Initium: Omisso litterali textu....(Tractatus imperfectus).

c) Prolegomena In totam Sacram Scripturam: p. 487 - 613. Initium: Tractant hanc de prolegomenis materiam....

d) Tractatus De Virtute Poenitentiae: p. 621 - 923; initium: Poenitentia dupliciter considerari potest.....

e) Tractatus De Sacramento Poenitentiae: p. 923 - 1005; initium: Expeditis poenitentiae sive ut virtuti propriis....

f) Index (rerum alphabeticus) in sequentem Explicationem Psalmorum: p. 1006 - 1010 et 1005 (!)

g) Notata digna Ex secunda quinquagena Psalmorum: fol. 1 - 88v. Initium: Ex Psalmo I.° (!) Miserere mei Deus. Compositus est is â Davide....Auctor partis a Henricus Herding SJ, ceterum scriptor totius codicis et auctores partium b - g ignoti.

Arch. Cod. 33 L (I 1. u.)

8°, 66 foll., teg. a1

Spelaeum Veritatis. Eruderatum a Michaele Ernesto Paungartner ab et in Hueb (Carmina et Epigrammata Latina Profana). Fol. 32v: Viennae 1650; etiam alia carmina tunc temporis orta sunt. In folio titulari infra nomen auctoris invenitur signum possidentis: "Melchioris praepositi",id est Melchioris a Pergen, praepositi Ardacensis. Schedula dorso affixa usque adhuc ostendit hunc libellum in bibliotheca praeposituraе Ardacensis signum (IV) L. S. Nr. 382 habuisse. (Melchior a Pergen praepositurae praefuit 1662 - 1700)

Bibl. Cod. MN II 55

IV + 237 foll., teg. a2 (in parte adversa JHS, in parte aversa imago Matris Immaculatae iuxta Apoc. XII, 1); script. 1652

a) Tractatus De Actibus Humanis Traditus ab....P. Udalrico Freyberger Ordinis S. P. Benedicti Monacho et Priore dignissimo, SS: Theologiae Doctore, S. Petri Salisburgi Professo, Casuum Conscientiae Professore Ordinario Exceptus â ....F. Josepho Schwaiger Ordinis S. P. Benedicti Celeberrimi Monasterii Seittenstettensis Professo Salisburgi Anno 1652: fol. II - IV et 1 - 144; initium Praefationis In Casus Conscientiae: Theologia secundum Etymologiam nominis....

b) Tractatus IIdus. De Vitiis et Peccatis. Traditus ab....P. Udalrico Freyberger Ordinis S. P. N. Benedicti Priore in Celeberrimo Monasterio Ad S. Petrum Salisburgi Professore Casuum Ordinario. Exceptus â Religioso F. Josepho Schwaiger eiusdem Ordinis Professo in Celeberrimo Monasterio Seittenstettensi. Anno 1652: fol. 145 - 233v.
Initium Prooemii fol. 146r: Post tractationem de actibus humanis in genere.....

c) Index (ad utramque partem a et b): fol. 234r - 236r
In adversa tegumenti parte litterae initiales: .F.I.S.P.S. = Frater Josephus Schwaiger Professus Seittenstettensis
Eosdem tractatus exhibet Cod. MN II 59 et fere eosdem pars a et b Codicis MN II 66 (vide inferius!)

Bibl. Cod. MN II 56

II + 364 foll; teg. a2; script. 1652/53
Commentarius in 8 Libros Physicorum Aristotelis Philosophorum Principis Naturae Universae Scrutatoris. Traditus Ab....P. Amando Pachler Monacho Benedictino in ...Monasterio ad S. Petrum Salisburgi Professo, Philosophiae Professore Ordinario. Exceptus A ...F. Josepho Schwaiger Eiusdem Ordinis in ...Monasterio Seittenstettensi Inferioris Austriae Professo. Anno 1652: fol. 1 - 357v; Index: fol. 358r. - 361v.
Initium Prooemii: Progredimur â Logicatibus senticetis....
Clausula: fol. 357v: absolvimus primo die Mensis Martii (1653)
Litterae initiales in tegumento ut supra ad Cod. MN II 55; in dorso: Reverendissimi Pachleri S. Petrensis Lectiones....(Nam anno 1657 P. Amandus Pachler abbas ad S. Petrum Salisburgi factus est.)

Bibl. Cod. MN II 57

III + 267 + 33 (=303) foll; teg. a2 (ut in cod. MN II 55); 1653

a) Commentarius in Libros De Coelis Traditus Ab...P. Amando Pachler... ...(ut in cod. MN II 56)..Exceptus.A. R. F. Josepho Schwaiger... (ut in eodem cod.)...1652: fol. 1 - 72
Initium Proaemii: Dignum est ut humanum ingenium attollat oculos...
Clausula: Absolvimus secundo Martii 1653.

b) In Duos Libros De Ortu et Interitu: fol. 72v. - 175v.
Initium Proaemii: De coelis per elementa ad terram descendimus..
Clausula: Finivimus 31 Maii 1653.

c) Commentarius In. 3. Libros De Anima: fol. 167 - 264v.
Initium Proaemii: Accedimus paulatim ad finem physicae .....
Clausula: Absolvimus tertio Septembris Anno 1653

d) Indices ad partes a - c: fol. 265r - 267r
e) Commentarius In Quatuordecim Libros Metaphysicorum Aristotelis Compendiosus. Traditus Ab.....P. Amando Pachler .....(ut in codice MN II 56).....Exceptus A. R. F: Josepho Schwaiger .....(ut in eodem codice)....Seittenstöttensi Inferioris Austriae Professo. 1.6.5.3.: fol. 1 - 31r (=268r - 298r) cum Indice fol. 31 (=298)v. Initium Proaemii: Accedimus ad supremum scientiae naturalis apicem.. Clausula fol. 31 (=298)r: Absolvimus ....nostrum Cursum Philosophicum Sonantibus tympanis et organis. 15 Septembris Anno 1653.
f) Litterae Datae ex Monasterio Seittenstöttensi. 6. Septembris. Anno 1653 (ad Archiepiscopum Salisburgensem?), ut fratres Josephus Schwaiger et Joachimus Hartung, pro tempore in alma Universitate Salisburgensi Philosophiae et Theologiae Moralis studiosi, ad S. Diaconatus ordinem admitterentur (apographon): fol. 32 (=299) Litterae initiales in tegumento ut in codice MN II 55 (supra p. 36)

Bibl. Cod. MN II 58

IV + 233 foll. (foll. 227 et 228 desunt!); teg. a2 (ut in codice MN II 55); script. 1653

Tractatus De Jure et Justitia Traditus ab.....Patre Udalrico Freyberger Monacho Benedictino ad S. Petrum Salisburgi Professo, Casuum Professore Ordinario. Exceptus â Religioso F: Josepho Schwaiger eiusdem Ordinis in Celeberrimo Monasterio Seittenstettensi Inferioris Austriae Professo Philosophiae Studioso. Anno. 1653

Initium Praefationis fol. 1r: Cum homo sit animal politicum.....

a) Pars Prima: De Jure, et Justitia: fol. 1v - 44r
b) Pars Secunda: De Restitutione: fol. 44r - 150v
c) Pars Tertia: De Contractu: fol. 151r - 226v. (Finis deest!)
d) Index (totius tractatus): fol. 229r - 231v. (Initium deest!)

Litterae initiales in tegumento ut in codice MN II 55 (supra p. 36). Eundem tractatum continent Codex MN II 60 (infra p. 38) et pars a codicis Arch. 34 P (infra p. 43/44).

Bibl. Cod. MN II 125

774 pagg; teg. a1; script. anno 1652

a) Praefatio In Casus Conscientiae: p. 3 - 8
Initium p. 3: Theologiam (L!) secundum Ethimologiam nominis sermonem de Deo, rebusque divinis significat.....

b) Tractatus I De actibus humanis: p. 9 - 538.
Initium Quaestionis I p. 9: actus humanus proprie est, qui âxm voluntate deliberatâ procedit..... Clausula: absolvimus 24 Maii.

c) (Tractatus II De vitiis et peccatis): p. 541 - 661. Initium p. 541: Post Tractationem de actibus humanis in genere.....
Inscriptio dorsi: Casus Conscientiae Salisburgensxes M. S.
Inscriptio partis adversae tegumenti: A.A.Z.S. 1676 (= Adam Abt Zu Seittenstetten 1676); quae tamen inscriptio nil indicat, nxisi tegumento munitum esse codicem nostrum anno 1676. Nam codicem nostrum si comparaveris cum codice proximo MN II 59, mox videbis utrumque codicem eosdem tractatus continere, nisi quod tractatus alter in codice MN II 125 utpote imperfecte scriptus cum casu secundo Articuli tertii Quaestionis quartae desinit. Etenim praeter eadem initia invenies codicis MN II 125 tractatum priorem 24 Maii absolutum esse, eundem vero tractatum codicis MN II 59 24 Maii. Anno 1.6.5.2. Certum est igitur codicem nostrum anno 1652 scriptum esse.
Insuper e comparatione codicis nostri cum codice MN II 59 auctorem esse utriusque tractatus P. Udalricum Freyberger Ordinis S. Patris Nostri Benedicti Priorem in Celeberrimo monasterio ad S. Petrum Salisburgi, Sacrosanctae Theologiae Doctorem et in illo tempore casxuum conscientiae Professorem ordinarium.
Eosdem autem tractatus non solum codex proximus MN II 59 exhibet, sed etiam Cod. MN II 55 (vide supra p. 35/36!), Cod. MN II 64 (vide infra p. 40!) et fere eosdem pars a et b Codicis MN II 66 (infra p. 43!). Scriptor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 59

III + 361 foll; teg. a2 ut in cod. MN II 55; script. 1652

a) Tractatus Casisticus De Actibus Humanis. Dictatus àb ....Patre Udalrico Freyberger Celeberrimi Monasterii ad S. Petrum Salisburgi Priore; SS: Theologiae Doctore et pro tempore Casuum Conscientiae Professore Ordinario. Anno .....MDCLII (1652): fol. 1 - 243
Initium Praefationis In casus Conscientiae fol. 1r: Theologiam (!) secundum Ethimologiam nominis sermonem de Deo, rebusque divinis significat.....

Clausula fol. 243v: Absolvimus 24 Maii. Anno 1.6.5.2.

b) Tractatus Secundus De Vitiis et peccatis. Traditus Ab ....P. Udalrico Freyberger. Ordinis S. P. N. Benedicti Priore in Celeberrimo Monasterio ad S. Petrum Salisburgi Casuum MProfessore Ordinario. Anno MDCLII (1652): fol. 244r. - 355r.
Initium Prooemii fol. 245r: Post tractationem de actibus humanis in genere....Clausula: Absolvimus hunc tractatum de Vitiis et Peccatis decimo die Octobris (1652)

c) Index totius Tractatus (id est totius codicis): fol. 355v - 358r.
Inscriptio dorsi: De Actibus Humanis Tractatus Casisticus P. Freyperger M S. â F. Rom. Voith Seittonstetsi 1652. et de peccatis
Litterae initiales (inauratae) in parte adversa tegumenti:
.F.R.V.P.S. = F. Romanus Voith Professus Seittenstettensis (scriptor) Eodsdem tractatus continet Cod. MN II 55 (vide supra p. 35/6) et fere eosdem pars a et b Codicis MN II 66 (vide infra!); eundem tractatus etiam in cod. MN II 64 (vide infra p. 40) invenies.

Bibl. Cod. MN II 60

III + 232 foll.; teg. a2; script. 1652/53

Tractatus De Iure et Iustitia Traditus Ab...P. Udalrico Freyberger Monacho Benedictino ad S. Petrum Salisburgi Professo Casuum Conscientiae Professore Ordinario. Exceptus A Religioso Fr. Romano Voith eiusdem Ordinis in Celeberrimo Monasterio Seittenstetensi Inferioris Austriae Professo Philosophiae studioso. 1652.
Initium Prooemii fol. 1r: Cum homo sit animal politicum....

a) Pars Prima De Jure et Justitia: fol. 2r - 50v.

b) Pars II De Restitutione....MDCLIII (pagina titularis artificiosa): fol. 51r - 176v.

c) Pars Tertia De Contractibus....Anno Millesimo Semxcentesimo quinquagesimo tertio: fol. 177r - 232r. Clausula: et haec dicta sufficiant pro hoc Anno. Et sequenti anno plura de his, etiam de Monopolis.

Eundem tractatum continent Cod. MN II 58 (supra p. 37) et pars a cod. Arch. 34 P (quem vide inferius!) nec non cod. MN II 63 (vide infra p. 40!) N. B! In codice MN II 60 deest finis tractatus.

Bibl. Cod. MN II 61

670 pagg.; teg. a1; script. 1652

Considerationes Seu Declarationes Super Omnia Evangelia Totius Anni. Per Singulas Dominicas, Et Festivitates Sanctorum Distributae

Das Ist: Etliche Undershidliche Erwegungen, Und Erklärungen Über die Heillige Evangelien. So zu den Sonn: Und Feürtigen, durch daß Ganze Jahr, In Der Christliche Catholisxhe Kürh geprediget werden. Aus undershidliche, fürnembe, Bewerthen Lateinishe Authoribus Recolligiert, Und in die Teushe Sprach Übersezt. 1.6.52 (Germanice, inscriptiones et notae marginales Latine)
Signum auctoris p. 3: PGL = P G L = P. Gregorius Lechler, qui probabilissime et ipse codicem scripsit.
Nota p. 422: Ante primas Vesperas Primitiarum R P. Bonifacii Stumer 29. Julii 1652. p. 602: NB. hoc die Id est: 30. Julii. 1652. Primitias habuit R. P. Bonifacius Stumer. p. 649: usque ad NB ...(?).. Wolßpach 1668 (alio atramento postscriptum)

Bibl. Cod. MN II 62

VII + 446 pagg.; teg. a1; script. 1652/53

Organum Philosophiae Ex Divi Thomae Ac Aristotelis Doctrinâ fideliter explanatum ab ....P: Dominico Caesare Monacho Benedictino ad Quercum Superiorem (id est Ober-Alteich) Professo Exceptum â Religioso F: Joachimo Hartung eiusdem Ordinis Professo in Seittenstätten Anno 1652 Undecimo Calendas Decembris.
Initium Prooemii p. VII: Ut nemo derepente fit maximus.....
Inscriptio dorsi: Logica P. Dominici Caesare Oberaltachsis M S â F. Joachim Hartung Seittenstettsi 1652.

Bibl. Cod. MN II 122

96 + 189 (= 285) foll.; teg. a1; script. 1654 (?)

a) In Duos Libros De Generatione et Corruptione: fol. 1 - 91v. Initium fol. 1r: Corpus naturale dividitur primo in simplex et mixtum...(Prooemium)
b) (In Tres Libros De Anima): fol. 1 - 92 (=97 - 189). Initium Prooemii: Libri isti de anima, quamquam in ordine in physica sint postremi....
c) (In Quatuor Libros Aristotelis De Meteoris): fol. 93 - 106 (= 190 - 203). Initium Prooemii: Quia vera methodus dictat.....
d) In Metaphysicam Aristotelis: fol. 93 - 172 (secundum veteres foliorum numeros = secundum recentes: 108 - 187 = 205 - 284 numeratis in universum totius codicis foliis): Initium Prooemii: Lustratis naturalis philosophiae campis amoenissimis....
Si scripturam huius codicis cum codice MN II 62 (vide supra!) comparaveris, veri similiter codicem nostrum ab eodem, scilicet Fr. Joachimo Hartung, scriptum esse coniicies.

Bibl. Cod. MN II 63

VI + 478 pagg.; teg. a2 (in parte adversa: JHS, in parte aversa Mater Immaculata iuxta Apoc. XII, 1) Tractatus De Iure et Iustitia Dictatus per ....P: Dominum Udalricum (Freyberger) Ordinis S: P: Benedicti Professum in Celeberrimo Monasterio Sancti Petri (Salisburgi). pro tempore Priorem Exceptus â Religioso F: Joachimo Hartung eiusdem Ordinis Monacho Seittenstötten si Anno 1652.

Initium Praefationis p. 1: Cum homo sit animal poßiticum....

a) Pars Prima: de Jure et Justitia: p. 2 - 77
b) Pars secunda de restitutione: p. 77 - 297
c) Pars tertia, De contractibus: p. 297 - 462; clausula p. 462: Absolvimus hunc Tractatum 13 octobris Anno 1653.
d) Index Tractatus huius....: p. 463 - 468

Eundem tractatum continent Codd. MN II 58 (supra p. 37) et MN II 60 (supra p. 38, sed imperfectus) nec non pars a cod. Arch. 34 P (quem vide inferius!)

Bibl. Cod. MN II 64

138 + 89 (=227) foll.; teg. a2 (ut cod. MN II 63); script:1653

a) Tractatus Primus De Actibus Humanis. Dictatus ab....P. Domino Udalrico Freyberger Ordinis S. P. Benedicti, Celeberrimi Monasterii ad S. Petrum Salisburgi Professo, ac Priore, SS: Theologiae Doctore, et Casuum Conscientiae Professore Ordinario. Exceptus â me F: Joachimo Harttung (!), eiusdem Ordinis Monasterii Seittenstettensis Inferioris Austriae Professo, ac Philosophiae Studioso: fol. 1 - 135v. (cum indice: fol. 136r - 137v)

Initium Praefationis fol. 2r: Theologia secundum Ethemologiam.....

b) Tractatus Secundus De Vitkiis et Peccatis. Anno: 1653: fol. 1 - 83 (= 139 - 222)v. Initium Proemii fol. 1 (=139)v: Post Tractationem de actibus humanis in genere.... Index fol. 84 - 85xr(=223 - 224r*)

Fol. 2r nota in margine: 1675 primo die februarii incepi hunc tractatum relegere et marginalia augere.

Eosdem tractatus invenies in codd. MN II 55 (supra p. 35/36) et MN II 59 (supra p. 37/38) et fere eosdem in partibus a et b cod. MN II 66 (vide infra!)

Bibl. Cod. MN II 49

VI + 414 pagg.; teg. a1; script. 1654

Commentarius in Aristotelis Organum Traditus ab....P. Anselmo Schlager Monacho Benedictino Andecensi (= e monasterio Andechs), Salisburgi Philosophiae Ordinario Professore, Exceptus a Religioso Fratre Wolfgango Duernegger eiusdem Ordinis in Celeberrimo Monasterio Seittenstöttensi ad Beatam Virginem in Austria inferiori professo Anno Virgineo â partu 1654: p. 1 - 402

Initium Proloquii Logicae: Cum Logica sit instrumentum Sciendi....

Clausula p. 402: Absolvimus Logicae Organum 27 die Maii Anno 1651 Distributus totus cursus in 189 lectiones. (Pluribus de causis numerum anni 1651 lapsum calami esse arbitror: Etenim F. Wolfgangus Duernegger 1652 vota emisit, ideoque 1651 nondum nomen religionis Wolfgangum gerebat, quod tamen p. 175 stipiti arboris Porphyrii inscripsit. Insuper veri simile est P. Anselmum Schlager anno 1651 nondum Logicam docuisse. Certissimum autem argumentum est clausula earundem lectionum, quas P. Anselmus Schlager tradidit, in codice MN II 65, quem mox tractabimus; Absolvimus hanc Logicam 27 Maii Anno 1654.)

Inscriptio in parte adversa tegumenti: F W D P S = Frater Wolfgangus Duernegger Professus Seittenstettensis

Arch. Cod. 34 W (XVIII 3 v)

4°,135 + 122 = 257 pagg., teg. a1; script. 1654

a) Tractatus De Legibus: p. 1 - 135. Initium praefationis: De legibus agere etiam ad Theologum moralem pertinet..... (p. 1)

b) Tractatus De Censuris Ecclesiasticis: p. 1 - 122 (= 136 - 257) Initium Praefationis p. 136: Notitia de censuris ecclesiasticis.... Inscriptio in dorso: De Legibus et Censuris Ecclesiasticis M S Casistica. Inscriptio in parte adversa tegumenti eadem, quae supra in codice MN II 49; qua de causa F. Wolfgangum Duernegger etiam hunc codicem scripsisse putandum est. Auctor ignotus. Quo anno exaratus sit codex noster, ostendit numerus 16.54 in tegumento adverso.

Eosdem tractatus invenies etiam in partibus c et d codicis MN II 66 (vide infra p. 43!)

Bibl. Cod. MN II 65

V + 371 pagg.; teg. a1; ~~1654/55~~ script. 1653 - 1655

a) Sequentes versus heroici: p. III:
Par vitium cunctis, et nulli fidere velle
Fide bonis, diffide malis, si fidis amico,
Fide quidem, sed tanquam inimico fide futuro.

b) Commentarius In organum Aristotelis Philosophorum Principis Traditus Ab....P. Anselmo Schlager Monacho Benedictino Andecensi Salisburgi Philosophiae Professore Ordinario. Exceptus A Religiosox Fr. Joanne Merck Eiusdem Ordinis in Celeberrimo Monasterio Seittnstettensi in Inferiori Austria Professo Anno 1654: p. V et 1 - 359
Initium Proloquii in Logicam Aristotelis p. 1: Cum Logica modus sit et instrumentum Sciendi.....
p. 83: Nota. 15 Decembris anno 1653 tempore pomeridiano circa horam sextam piê in Domino obiit Reverendissimus et Illustrissimus Princeps et Archi Episcopus Paris ê Comitibus Lodroni Salisburgi.
Clausulae: p. 84: Absolvimus 22 Decembris (1653); p. 244: Absolvimus haec postpraedicamenta in Vigilia Sanctissimi Patris nostri Benedicti (20. Martii) Anno 1654. p. 359: Absolvimus hanc Logicam 27 Maii Anno 1654.

c) Nomina Convictorum Anno 654. mecum commorantium: p. 364 - 366, quos p. 366 - 367 sequuntur, qui "Accessêre ad Convictum. Anno 655.
Litterae initiales in parte adversa tegumenti: .A.L. .C.S.F.I.M.P.S. = Aristotelis Logica Collegium Salisburgense Frater Ioannes Merck Professus Seittenstettensis
Pars b huius codicis idem collegium exhibet, quod cod. MN II 49 (vide supra p. 41!) et cod. MN II 69 (vide infra p. 45!)

Arch. Cod. 34 - 15 (XVIII 3 h)

4°, 210 + 48 = 258 pagg.; teg. s1; script. 1655

a) Selectum Ex Universo Jure Canonico Collegium: p. 1 - 210. Initium p. 1: Juris Canonnici Divisio. Jus Canonicum primo sic dictum est, quod collectura sit....Clausula p. 210: Absolvi 22 Martii Salisburgi Anno 1655

b) Collegium totius Juris Canonici sive Compendiosa S. (?) Decretalium explicatio: p. 1 - 48 (= 211 - 258); finis huius partis deest.
Litterae initiales adverso in tegumento: C. S. E. V. I. C .F.I.M.P.S. = Collegium Salisburgense ex universo Jure Canonico, F. Joannes Merck Professus Seittenstettensis. Qui frater hunc codicem scripsit; auctor autem utriusque collegii ignotus.

Bibl. Cod. MN II 66

IV + 176 + 132 + 248 = 560 pagg; teg. a1; script. 1655, resp.54

a) Tractatus Casisticus De Actibus humanis.Traditus.Ab....P. Udalrico Freyberger: Monasterii Benedictini ad S: Petrum Salisburgi Professo SS: Theologiae Doctore et Casuum conscientiae Professore ordinario. Exceptus. A: Reverendo (!) Fratre Joanne Merck: Ordinis S: P: Benedicti Monasterii Seittenstettensis professo. Anno 1655: p. 1 - 176 Initium Praefationis in Casus Conscientiae p. 1: Theologia secundum Ethimologiam nominis sermonem de Deo, rebusque Divinis significat... Clausula p. 176: finivi Anno 1655. 19 Maii.

b) Tractatus Secundus De vitiis et peccatis: p. 1 - 129 (= 181 - 310) Initium p. 181: peccatum est dictum, factum vel concupitum..... Clausula p. 310: Finivi Salisburgi Anno 1655. 9. Junii

c) (Tractatus De Legibus): p. 1 - 136 (= 314 - 449). Initium Praefationis In Tractatum De Legibus p. 314: De legibus agere etiam ad Theologum Moralem spectat...Clausula p. 449: Absolvimus hunc tractatum Anno 1654 18 Martii.

d) (Tractatus De Censuris):p. 136 - 244 (= 449 - 557). Initium Praefationis In Tractatum de Censuris p. 449: Notitmia de censuris Ecclesiasticis.....

Litterae initiales in adversa parte tegumenti: .C.C. .F.I.M.P.S. = Casus Conscientiae (vel: Collegium Casuum) F. Joannes Merck Professus Seittenstettensis. Hunc omnes tractatus scripsisse veri simile est, item P. Udalricum Freyberger non solum partem a, sed etiam partem b dictavisse certum est, quia ambo tractatus valde similes sunt iis, quos codd. MN II 55 (supra p. 35/36), MN II 59 (supra p. 37/38), MN II 64 (supra p. 40) continent; sed num idem etiam tractatus c et d tradiderit, dubitandum est, quod etiam Cod. ~~34 xx~~ 34 W (supra p. 41) eorundem, quos continet, tractatuum auctores vel potius auctorem tegit silentio.

Arch. Cod. 34 P (XVIII 3 m)

4°, II + 398 + 292 = 692 pagg.; teg. a1; script. 1655

a) Tractatus de Jure et Justitia: fol. 1 - 196v (=p. 1 - 392). Initium Praefationis in Tractatum De Jure et Justitia fol. 1r: Cum homo sit animal politicum.... Eundem tractatum a P. Udalrico Freyberger dictatum continent etiam Codd. MN II 58 (supra p. 37), MN II 60 (supra p. 38, sed imperfectus), ~~et~~ MN II 63 (supra p. 40)

b) Tractatus de Sacramentis (in genere et quoad omnia sacramenta etiam in specie): p. 1 - 284 (= 401 - 684). Initium Praefationis p. 1 (= 401): In Theologia practica....Nota in eadem pagina: 10. November anno 1654. hunc tractatum de sacramentis in genere Auspice Deo ter optimo Maximo incepimus. Clausula p. 258: Absolvi Salisburgi 13 Octobris Anno 1655.
In parte adversa tegumenti litterae initiales ut in Cod. MN II 66 (Vide praecedentem paxginam!) At incertum est, utrum F. Joannes Merck totum codicem scripserit an solam partem b; etenim pars a, utpote calligraphice scripta, longe differt a parte b.

Bibl. Cod. MN II 67

327 + 111 = 438 pagg., tectae folio membranaceo saeculi XV continente particulam Divini Officii manu scriptam; script. 1654/55

a) (Tractatus Primus In Libros Octo Physicorum Aristotelis): p. 2 - 313 folium titulare deest. Initium Prologquii p. 2: Peragrato horribili logicae deserto.....Clausulae: p. 67: Absolvimus hunc librum primum primo die Septembris. 1654 Anno. ....p. 313: Absolvimus 9: Januarii 1655.

b) Tractatus secundus In Libros Quatuor De Caelis et Mundo: p. 1 - 105 (= 328 - 432). Initium Proloquii p. 328: Postquam Philosophus in 8: libris physicorum egit de corpore naturali in communi ..... Nota in eadem pagina: Coepimus aggredi hos libroxs 9 Januarii 1655 Clausula p. 51: Absolvimus 25 Januarii Anno 1655. Clausula in fine tractatus deest. Accedunt ad singulas huius codicis clausulas quaedam sententiae aut e Sacra Scriptura aut e libris profanis sumptae. Eosdem tractatus exhibet codex MN II 70 (vide infra!), e quo reperimus P. Anselmum Schlager Monachum Andecensem has lectiones dictasse. Scriptor huius codicis ignotus.

Bibl. Cod. MN II 68

III + 403 + 158 = 564 foll; teg. a2, in parte adversa JHS, in parte aversa Mater Immaculata (Apoc. XII, 1); scr. 1654/55

Commentarius In Tertiam Partem S. Thomae Aquinatis. De Sacramentis Poenitentiae, Extremae Unctionis, Ordinis, Atque Matrimonii. MDCLIV Initium fol. 1r: A sacramento Eucharistiae cum S: Doctore P progredimur ad sacramentum paenitentiae.....

a) Quaestio Prima De Sacramento Poenitentiae: fol. 2v - 322xr.
Clausula fol. 322r: Absolvimus primo Julii. 1654.
b) Quaestio XIII. (!) De Sacramento Extremae Unctionis: fol. 325r -357v
Nota initialis: Incepimus quarto die Julii 1654. (fol. 325r)
c) Quaestio XIV. De Sacramento Ordinis. fol. 358r - 400r.
d) Quaestio XV. De Sponsalibus. fol. 1r- 49v (= 404r - 452v)
Nota initialis fol. 2 &(=405)v: 1654. Die 26 Augusti
e) Quaestio XVI. De Matrimonio: fol. 50r - 157v (= 453r - 560v)
Clausula fol. 157 (=560)v: Absolvimus II Die Aprilis Anno MDCLV.
Nota scribentis fol. 378r: Sacro subdiaconatus ordine initiatus fui 1656 Sabbato 4 temporum circa festa Pentecostes.
Diaconatûs ordine initiatus sum in Dedicatione huius Ecclesiae Lambacensis. 1656. Die 24 Septembris. (Quid sibi velit illud "huius Ecclesiae Lambacensis" incertum est. Videtur tamen haec nota in monasterio Lambach in Austria Superiore scripta esse; ipsum scriptorem monachum Lambacenxsem fuisse sola hac nota vix puto probare posse. Item auctor harum lectionum ignotus.)
In parte adversa tegumenti ab intrinsecus vetus numerus codicis: Ms.465.

Bibl. Cod. MN II 69

143 foll; teg. a1; script. 1654

Commentarius In Aristotelis Organum Dictatus A ....P. Anselmo x Schlager Monacho Benedictino Andecensi Exceptus A Religioso F. Adamo Piringer Eiusdem Ordinis Monacho Professo in Celeberrimo Monasterio Austriae inferioris Seittenstettensi Anno 1654: fol. 1 - 143v. In fine desunt multa folia.
Initium Prooemii fol. 2r: Cum Logica modus sit et instrumentum sciendi..... Eundem Commentarium in Organum Aristotelis continent codd. MN II 49 (supra p. 41!) et MN II 65 (supra p. 42!)b.
Idem Frater Adamus Piringer etiam duos sequentes codices scripsit. 1674 - 1679 monachus ille religiosissimus Abbas Seitenstettensis fuit.

Bibl. Cod. MN II 70

VIII + 368 pagg.; teg. a2 (ut in codice MN II 68)

a) Commentarius In Octo Libros Physicorum Traditus A....P. Anselmo Schlager Monacho Benedictino Andecensi Exceptus A Religioso F. Adamo Piringer eiusdem ordinis Monacho Professo in celebri Monasterio Seittenstettensix Austriae Inferioris Anno 1654

Initium Proloquii fmkp.1r: Peragrato horribili (logicae) deserto pervenimus ad amoenos phisicae campos.... Clausula p. 257: absolvimus hos libros physicorum 9 Januarii Anno 1655.

b) Tractatus. II. In IV. Libros De Coelo et Mundo: p. 257a - p. 355 Initium Prooemii p. 258: Postquam philosophus in 8 physicorum egit de corpore naturali in communi.... Clausula p. 355: absolvimus 13 februarii.

Eosdem tractatus invenies etiam in codice MN II 67 (supra p. 44) Adverso in tegumento litterae initiales .F.A.P.P.S. = Frater Adamus Piringer Professus Seittenstettensis (de quo supra ad MN II 69)

Bibl. Cod. MN II 71

252 foll; teg. a2 (ut in codice MN II 68); script. 1655

a) Tractatus In Duos Libros De Generatione et Corruptione: fol. 4r - 104r. Initium Prooemii fol. 5r: Recta scientiarum methodus, exigit.. fol. 104r: Clausula: 5 Maii

b) Tractatus IV.(!) In Libros IV. Aristotelis De Meteoris: fol. 105r - - 121v. Initium: Post traditam generalem doctrinam.....

c) Tractatus In Tres Libros De Anima: fol. 122r. - 192r. Initium Prooemii fol. 123r: De anima praesens praesens (lapsus calami!) pertractatio est.....

d) Tractatus Sextus et Ultimus In XII Aristotelis Libros Metaphysicos: fol. 194r - 248r. Initium Prooemii fol. 195r: Non suprema scientiarum physica est.....Clausula fol. 248r: absolvimus 17 Septembris Anno 1655

Inscriptio dorsi: de generatione et Corruptione, Meteoris, anima, Metaphysica MS. â Reverendissimo Adamo Piringer Seittenstettensi 1655. Quod hi tractatus prosequuntur tractatus codicis MN II 70 (vide supra!) a P. Anselmo Schlager Monacho Andecensi traditos, veri simile, etsi non certum est, eundem etiam hos tradidisse. Eosdem tractatus invenies in proximo codice MN II 72.

Bibl. Cod. MN II 72

506 pagg.; teg. membranaceum saec. XIV. aut XV. modis musicis ornate inscriptum; script. 1655

a) Tractatus Tertius In Duos Libros De Generatione Et corruptione: pag. 1 - 195. Initium Proloquii p. 1: Recta scientiarum methodus...

b) Tractatus IV In Quatuor Libros Aristotelis De Meteoris: p. 207 - 244 (= 1 - 38); initium p. 207: Post traditam generalem doctrinam... Clausula p. 244 (= 38): Absolvimus 22 Maii 1655

c) Tractatus V. In Tres Libros De Anima: p. 251- 388 (= 1 - 140) Initium p. 251: De anima praesens pertractatio est.... Clausula p. 388 (= 140): die 17 Augusti Anno 1655

d) In XII Libros Metaphisicos Aristotelis Tractatus Sextus et Ultimus: Initium Prooemii p. 393: Non suprema scientiarum physica est.... Clausula p. 504 (= 109): Absolvimus 17: Septembris. 1655

Quem si comparaveris codicem cum praecedente, facile videbis, eosdem eum continere tractatus, quos ille, ideoque veri simile esse P. Anselmum Schlager Monachum Andecensem eos tradidisse.

Bibl. Cod. 97.1.11

fol.; 126 foll.; teg. b1 cum dorso albo; in parte adversa tegumenti D. A. S. (= Dominicus Abbas Seitenstettensis) 1774 Arcana Sive Notata Dignissima. Statum Austriae Superioris potissimum concernentia. etc.

In pagina titulari subscriptio nominis: Jo(annes) Bapt(ista) Kedif (Redif?). Quam subscriptionem notam possidentis esse puto.

Terminus, post quem codex noster ortus est, videtur esse annus 1655, quo anno acta sunt, quae fol. 77v et 79r inveniuntur. Anno 1774 hic codex non nisi novo tegumento munitus est.

Bibl. Cod. 97.1.10

fol; 439 foll. et 24 foll. Index; teg. ut supra in cod. 97.1.11; numerus annalis, tinea obesus, restituatur: 1774

Codex Ferdinandeus oder Kurtzer Begriff aller Landsfürstlichen General Mandaten sovil deren biß auff dieße Zeit, bey allen Registraturen zu finden seind. Alles Vleisßes zusammen gebracht Durch Joannem Baptistam Suttiner der R: D: (=Regiae Domus) Röm: Kay: May: N: Ö: Regirungs Kantzlern Anno 1656.

Nota in pagina titulari: ex libris Ferdinandi Ignatii ab Albrechtsberg Anno 1709 (alio atramento, quam quo ipse codex scriptus est)

Res gerendae in hoc codice ordine alphabetico dispositae sunt.

Bibl. Cod. MN I 2

fol; IV + 752 pagg; teg. ut in codice 97.1.11 (vide paginam praecedentem!)
Einer Löbl: NÖ: Landschafft Gedenckhbuech Auß denen Denckhwürdigen Landtags Handlungen von Anno 1521. biß 1581 alles Vleißes in Nachfolgente ordnung zusamen getragen Durch Joannem Baptistam Suttinger. zum Thurnhoff der R: D: (= Regiae Domus) Röm: Kay: May Rath und N: O: Regierungs Cantzlern Anno 1657.
Scriptor ignotus. Ordo rerum alphabeticus usque ad initium litterae M. Continuationem vide in codice proximo!

Bibl. Cod. MN I 3

fol; pag. 753 - 1419 + 52 pagg. Index (= 718 pagg.)
(Continuatio codicis praecedentis: Litterae M - Z et Index)
Cetera vide supra!

Bibl. Cod. 96.1.18

fol; 371 foll; tegumentum a2; scriptus anno 1661
Ius Consuetudinarium Collectum à Domino Ioanne Baptista Suttinger â Turnhof, I: V: D: (= Iuris Utriusque Doctore) Austriaco Viennensi Excelsi Inferioris Austriae Regiminis Cancellario Anno M:D:C:LXI (1661). Scriptor ignotus.
Ordo rerum alphabeticus: Litterae A - L inclusive (Germanice)
Idem ius consuetudinarium, sed ab alia manu scriptum, continet codex sequens:

Bibl. Cod. MN I 4

fol; 1104 pagg; tegumentum penitus abscissum; script. 1661
Ius Consuetudinarium Collectum A Domino Ioanne Baptista Suttingero â Thurnhoff I: V: D: (= Juris Utriusque Doctore) Austriaco Viennensi Excelsi Inferioris Austriae Regiminis Cancellario. Anno. Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Primo.
Ordo rerum alphabeticus: Litterae A - L inclusive (Germanice)
Scriptor ignotus. Idem ius consuetudinarium, sed ab alia manu scriptum, continet codex praecedens 96.1.18.
In margine superiore paginae titularis nota possidentis: Ex libris Ioannis Ignatii Albrec(ht I: U: D:) (restituta iuxta codicem sequ.)

Bibl. Cod. 96.1.19

fol; 686 pagg; teg. a1

Pars Secunda Iuris Consuetudinarii (Vide partem primam supra p. 48 ad codicem MN I 4!)

Nota possidentis in margine superiore paginae titularis: Ex Libris Joannis Ignatii Albrecht. J. V. D. (= Juris Utriusque Doctoris)

Bibl. Cod. MN I 5

fol; 368 pagg; teg. b1 decenter ornamentis impressis ornatum (Artzney Buech) (Continet hic liber plurima variorum medicorum aliorumque praecepta sub 41 titulis disposita.) p. 3 - 5: Regüster Und Sumärischer Inhalt Dises Artzney Buechs. p. 3 in margine superiore: Dißes hab Ich Von Herrn Prandauer Ab Schreiben Lassen. (Incertum est, utrum scriptor huius codicis consanquinitate iunctus sit cum celeberrimo illo architecto Jacobo Prandtauer necne.)

Nota possidentis in parte priore tegumenti ab intrinsecus: Ex libris Wolfgangi Pancratii Trebrer (?) Anno 1663.

Qua de re codex noster sine dubio non post annum 1663 scriptus est. Invenitur autem in eadem tegumenti parte alia nota eaque Germanice scripta de Anno 1651. Quamvis obscurus sit sensus huius notae, tamen ista nota permotus codicem nostrum non post annum 1651 scriptum esse suspicor.

Bibl. Cod. MN II 73

398 pag; teg. a1; script. XVII 1658/59

a) Summulae seu brevis introductio in Logicam: p. 7 - 58

Initium p. 7: Quemadmodum qui legendi artem rectè scire desiderat.

Clausula p. 58: Absolvimus Summulas 23 Novembris Anno 1658.

b) Universae Philosophiae Peripateticae Aristotelis commentarius Logicalis: p. 67 - 398; in fine permulta folia excissa.

Initium Prooemii p. 67: Ingressuri scopulosum Lo:gicae fretum....

Partem b continet etiam proximus codex MN II 74.

Auctor et scriptor codicis nostri ignoti.

Bibl. Cod. MN II 74

824 pagg., teg. a2, script. 1658/59

a) Universae Philosophiae Peripatheticae Aristotelis Comendarius Logicalis: p. 5 - 796. Initium Proaemii p. 5: Ingressuri scopulosum Logicae fretum..... Clausula p. 796: ...hoc anno 1659 17 Maii absolvimus....

b) Conclusiones ex Universa Logica: p. 801 - 819 (19 Conclusiones)
In dorso: Logica MS. (= manu scripta) F. Theophilmi Janck Seittenstettensis. Eundem fratrem Theophilum Ianckh Professum Seittenstettensem indicant litterae initiales adverso in tegumento: ℟ :F:T:I:P:S: Auctor ignotus.
Partem a (eamque mutilam) continet etiam praecedens Codex MN II 73
Partem b invenies etiam in codice MN II 82, p. 559/72 (infra p. 52)

Bibl. Cod. MN II 75

II + 359 + II foll., teg. a2, script. 1659

Disputationes In octo Libros Physicos Aristotelis: fol. 1 - 359
Initium Prooemii fol. 1r: Peragrato scopuloso Logicae freto ad fortunatas naturae Insulas pervenimus....
Has disputationes continuat sequens Codex MN II 76.
Inscriptio dorsi: I. et II. Liber Physicus M S. a F. Theophilo Jank Seittenstettensi. Eundem F. Theophilum Janckh, quippe qui scripserit hunc librum, nuntiant litterae initiales adverso in tegumento: :F:T:I:P:S:
Clausula ad librum I Physicorum fol. 151v: Absolvimus librum 2 Septtembris 1659

Bibl. Cod. MN II 76

II + 416 (360 - 776) + II foll., teg. a2; script. 1660
(Continuatio disputationum in octo libros Physicos; vide codicem praecedentem!): fol. 360 - 776v. Finis deest.
Inscriptio dorsi: 2ª. Pars in 8. Libros Physicos M S F. Theophil Jank Seittenstettensis. Adverso in tegumento: .F.T.I.P.S.(= Frater Theophilus Janckh Professus Seittenstettensis) .1.6.6.0.
Auctor ignotus.
Easdem disputationes, quae in codicibus MN II 75 et 76 mutilae continentur, completas reperies in codice MN II 80 (infra p. 51).

Bibl. Cod. MN III 3

16°, teg. a2, sed valde obfuscatum; script. 1660; 348 pag

a) Sententiae ex Seneca: p. 5 - 234.
Clausula p. 234: Finitum 24.Aprilis Anno 1660

b) Juvenalis (Sententiae): p. 237 - 269

c) Ovidius (item Sententiae): p. 271 - 279

d) Claudianus: p. 281

e) Martialis: p. 301 - 302

Neque qui has sententias excerpserit neque qui hunc codicillum conscripserit, notus est.

Bibl. Cod. MN III 4

16°, teg. b1 ornamentis decoratum, sed valde laesum
720 pagg.; script. iuxta modum scribendi inter ~~1660mk1721~~
annos 1660 et 1710

a) Articulus Primus De Ad statum Religiosum pertinentibus: p. 1 - 80
Initium p. 1: Considera, si Religiosus sis....

b) De varia piarum Meditationum materia cuivis hominum statui apta: p. 81 - 128. Initium Praefationis p. 81: Inter omnia pietatis verae Exercitia...

c) Articulus tertius. Aliae Considerationes de passione Morte et resurrectione Christi: p. 129 - 240. Initium Capitis I De Pedum lotione p. 129: Considera igitur ô anima mea.....

d) Articulus. 4. Puncta meditationum de Beata Virginme Maria in eius praecipua festa ac diem Sabbathi expendenda: p. 241 - 269. Initium Capitis I De Conceptione Beatae Virginis p. 241: Considerabis.....

e) Articulus.5. Considerationes perbreves ad Sui cognitionem, peccati odium, Deique ingenerandum timorem utilissimae: p. 270 - 288. Initium Capitis I De miseria hominis ex parte Corporis p. 270: Olim nihil fuisse.....

f) Articulus. 6. De variis Miseriis vitae humanae et quatuor Novissimis eiusdem: p. 289 - 375. Initium Considerationis I De Peccatorum multitudine p. 289: 1° Igitur peccatorum vitae praeterritae.(!)...

g) Articulus. 7. De Beneficiis Dei: p. 376 - 394. Initium Capitis I De Creationis beneficio p. 376: 1° Considera: Ab aeterno....

h) Articulus. 8. De Dignitate status Sacerdotalis: p. 395 - 442. Initium p. 395: Caput I. De dignitate Sacerdotum generatim. 1° Considera, quam praeclara nomina....

i)Articulus. 9. Variorum bonorum seges, quam ferre homo Ecclesiasticus in ordine Sacerdotali constitutus posset, pro Salute tam Sua quam proximorum et ad thesauros Sibi aeternos cumulandos in caelis: p. 442 - 494. Initium p. 442: Si in Sacerdotio.....

j)Index p. 497 - 515

k)Adiumenta generalia ad vitae emendationem conducentia: p. 517 - 519

l)Annotationes de Morte ex Sanctis Patribus: p. 520 - 523

m)Quo fine litteris incumbendum ex S. Bernardo: p. 527 - 528

n)De vitiis quae maximè declinarri debeant: p. 529 - 542

o)De Virtutibus, quae homines Christianos potissimum decent: p. 543 - 584. Initium p. 543: 1. Timor Dei. Ante omnia se offert Dei Timor...

p)Meditatio de Scopo et fine religiosi hominis: p. 631 - 696 (cum aliis Meditationibus)

q)Communia Omnibus Meditationibus: p. 696 - 702

Auctor vel Compilator harum meditationum nec non scriptor ignoti.

Post pag. 222 instrumenta passionis Christi delineata sunt.

Bibl. Cod. MN II 80

1044 pagg., teg. a2 (in parte adversa I H S, in aversa Mater Immaculata secundum Apoc. XII 1); script. 1659/60

(Disputationes In Octo Libros Physicorum Aristotelis): p. 5 - 1034

Initium Proaemii p. 5: Peragrato scopuloso Logicae freto ad fortunatas tandem naturae Insulas pervenimus.....

Clausulae: p. 260: Et haec in Librum 1. Physicorum dicta sufficiant. quem 2. Septembris absolvimus. p. 623: Absolvimus Secundum Librum Physicorum 24 Novembris...p. 739: Tertium Librum 9 Decembris finivimus....p. 880: Proxima die post Epiphaniam hoc est 7 Januarii... p. 923: Librum quartum prima post Epiphaniae die ortum (?) eodem post octavam absolutum Christo obtulimus....p. 1019: Absolvimus Continuum continuo Labore non capiendum 28 Januarii manè.... p. 1034: ...in absolutione 30 Januarii octo Librorum Physicorum Summa et octava sit Deo Laus....

Ne una quidem ex omnibus istis clausulis prodit, quo anno scriptus sit codex noster. Sed quod easdem disputationes continet, quas codices MN II 75 et 76, non dubitabis, quin et hic codex anno scholari 1659/60 ortus sit. Scriptorem exhibet inscriptio dorsi: octo Libri Physicorum Reverendissimi Abelzhauser Seittenstettensis .M S. Scripsit igitur hunc(et septem sequentes codices)Benedictus Abelzhauser, qui 1687 - 1717 praefuit coenobio Seitenstettensi.

Auctor ignotus. (De codicibus MN II 75 et 76 respice supra p. 49!)

Bibl. Cod. MN II 81

243 foll; teg. a2 (ut in cod. MN II 80); script. 1660

a) (Disputationes in IV. Libros Aristotelis De Caelis): pxfol. 3r - 133r. Folium titulare et initium desunt. Clausula fol. 133r: ... ..Libros de caelis 15. Martii absolvimus.

b) Quaedam ad Libros de caelis pertinentia excerpta ex Philosophiâ R. P. Joannis Stoz Societatis Jesu Ingolstadii habitâ Anno 1655: fol. 133v - - 137v.

c) Disputationes in 2 Libros Aristotelis De Ortu, et interitu: fol. 144r - 241v. Initium: Quem hactenus secuti sumus.... Clausula: Absolvimus Libros de Ortu et interitu 22 Maii ad eius honorem, cuius profestum celebravimus, Sanctissimae Triadis....
Quae clausula demonstrat hunc codicem anno 1660 scriptum esse, quod in illo anno profestum Sanctissimae Trinitatis die 22 Maii celebrabatur. Scriptorem comperimus ex inscriptione dorsi: MS. Physica de Caelis, generatione et corruptione Reverendissimi Abelzhauser Seittenstettensis. Quem vide supra p. 51 ad codicem MN II 80!
Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 82

658 pagg; teg. a2 (ut in cod. MN II 80); script. 1660

a) Disputationes in 3 Libros Aristotelis de anima: p. 5 - 406
Initium p. 5: Dignissima iam nobis Philosophiae pars,....
Clausula p. 406: Absolvimus naturalem Philosophiam nostram 21. Augusti....

b) In Metaphisicam: p. 409 - 476. Initium Proaemii p. 409: Coronidem tandem philosophiae ....(?)...aggredimur.....

c) Disputationes in quatuor Libros Meteorologicorum Aristotelis: p. 477 - 555. Initium p. ~~xxx~~477: Inscribuntur hi Libri Meteorologici..

d) Conclusiones Ex Universa Logica: p. 559 - 572. Easdem 19 conclusiones iam invenimus in parte b codicis MN II 74 (supra p. 49).

e) Theses Physicae: p. 575 - 654 (62 Propositiones)
In dorso notantur titulus et scriptor: MS. de anima et Metaphysica Reverendissimi Abelzhauser Seittenstettensis (de quo supra p. 51 ad codicem MN II 80!)
Quo anno codex noster exaratus sit, nusquam inveni, sed quia profecto codicem MN II 81 continuat, sine dubio anno 1660 scriptus est.
Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 85

352 foll; teg. a2 (ut in cod. MN II 80); script.1662

a) Tractatus De Virtute, et Sacramento Paenitentiae: fol. 3 - 223
Initium Quaestionis 85 De sacramento paenitentiae secundum quod est virtus fol. 4r: Paenitentia coaevum nascenti malo antitodum (!) Clausula fol. 223v: Absoxlvimus Tractatum de paenitentia 27. Maii in Vigilia Pentecostes....

b) Tractatus De Sacramento extremae Unctionis: fol. 226 - 268
Initium Quaestionis Primae Praeliminaris de potentia obedientiali fol. 226r: Ne oleum, et ...(?)..tam in hoc, quam in aliis sacramentis.....Clausula fol. 268v: 18. Aug. absolvimus Anno 1662.

c) Tractatus tertius De Sacramento Ordinis: fol. 269 - 315.
Initium fol. 269r: Restant 2. Sacramenta ordinis, et matrimonii....

d) Tractatus quartus De Sacramento Matrimonii: fol. 316 - 350r.
Initium fol. 316r: Quinque distinguuntur passim in matrimonio....
Inscriptio dorsi: MS. Reverendissimi Abelzhauser (de quo scribente supra p. 51 ad codicem MN II 80!). de Paenitentia, Extrema unctione ordine Indulgentiis, purgatorio, censuris, Matrimonio.
Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 83

864 pagg; teg. a2 (ut in codice MN II 80); script.1663

a) Prolegomena Totius Theologiae: p. 7 - 60. Initium p. 7: Proemium. Agit S. Doctor de Deo Uno, Trino, et Creatore Angelorum.....

b) Tractatus (quinque de Deo Uno): p. 61 - 737. Initium Tractatus Primi p. 61: Quia Deus est praecipuum huius scientiae subiectum....

c) Tractatus Ultimus De Sacro Trinitatis Mysterio: p. 738 - 860
Initium p. 738: Puteus quidem hic altus est.... Clausula p. 860: 10 Octobris 1663. Inscriptio dorsi:"MS. Reverendissimi Abelzhauser (de quo scribente supra p. 51 ad codicem MN II 80!) de Deo Uno et Trino. 1663." Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 84

624 pagg; teg. a2 (ut in codice MN II 80); script. ?

Tractatus In Tertiam partem S. Thomae Aquinatis De Arcano Incarnationis Mysterio: p. 5 - 615. Initium Proloquii p. 6: Cum scopus totius Summae theologicae sit agere de Deo....Inscriptio dorsi: MS Reverendissimi Abelzhauser Seittenstettensis de Incarnatione. Qui codicem nostrum inter annum 1660 et 1665 videtur scripsisse.(Cetera de scribente supra p. 51 ad codicem MN II 80!)

Arch. Cod. 34 - 13 (XVIII 3 h)

4°, 654 pagg; teg. a2 (ut in codice MN II 80)

a) Tractatus De Gratiæa Dei In Primam Secundae S. Thomae: p. 7 - 453 Initium Proloquii p. 7: Postquam Divus Thomas (?) hic in Prima Secundae â quaestione 90 usquè ad.... Clausula p. 453: 26. Junii

b) Tractatus De Virtutibus Theologicis in Secundam Secundae S. Thomae Aquinatis: p. 457 - 654.

Inscriptio dorsi: De Gratia, Merito, Fide, Spe, Charitate M S Reverendissimi Abelzhauser Seittenstettensis (de quo scribente supra p. 51 ad codicem MN II 80!). Quo anno hunc codicem scripserit, accurate non possumus dicere, sed neque ante annum 1660 neque post annum 1666 constat. Etiam huius codicis auctor ignotus.

Arch. Cod. 34 - 16 (XVIII 3 h)

4°, 794 pagg; teg. a2 (ut in codice MN II 80); script. 1664

a) Tractatus De Angelis: p. 1 - 337. Initium Praefationis p. 6: Facilè mortalis facundia excurrit in laudem Angelorum.....Clausula p. 317: Absolvimus 15. Martii 1664.

b) Tractatus De Actibus humanis in Primam Secundae S. Thomae: p. 341 - 644. Initium p. 343: Supponitur primo: Vocabulum finis hic sumi...

c) Tractatus ultimus De Conscientia: p. 645 - 794. Initium p. 645: Quam utilis et necessaria sit theologis.....Clausula p. 794: Undecimo ....(?)..1664 desivimus.

Inscriptio dorsi: MS. Reverendissimi Abelzhauser Seittenstettensis de Angelis, actibus humanis, conscientia 1664. (Cetera de scribente vide supra p. 51 ad codicem MN II 80!) Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 77

446 foll; teg. a1; script. 1660/61

a) (Summulae seu Institutiones Dialecticae): fol. 2 - 81v. Folium 1 (= folium titulare)deest. Clausula fol. 81 v: absolvimus Summulas 6 Decembris in festo Sancti Nicolai Anno 1660

b) Commentarius In Organum Aristotelis: fol. 84 - 446. Initium Praefationis fol. 84r: De praeludiis ad rem, de summulis ad ipsam transgredimur summam....Clausulae: fol. 206v: Absolvimus nostra Prolegomena vigesimo sexto Januarii....Anno 1661. fol. 446v: Absolvimus 20 Maii post prandium praesentibus Dominis Dominis Reverendissimis Abbatibus in Confirmatione Magnifici Domini Patris Rectoris 1+6+6+1. Auctor et scriptor ignoti.

Bibl. Cod. MN II 78

III + 52 + 43 = 98 foll; tegumentum modis musicae sacrae saec. XV. diligenter inscriptum (membranaceum); script. 1661

a) Disputatio Sexta. De Sacramento Paenitentiae: fol. 1 - 50v. Initium fol. 1r: Secunda post naufragium tabula est paenitentia....

b) (Tres Quaestiones De Sacrificio Missae): fol. 1 - 42 (= 56 - 97) Initium fol. 1 (= 56)r: Omissis iterum variis derivationibus nominis missae..... Clausula fol. 42 (= 97)v: Interim sit honor Deo In saeCULUM (Chronogramma, quod indicat annum 1661). Absolvimus ipso festo S: Placidi 4 Octobris, sub Admodum..... P. Desiderio Schapperger Monacho Benedictino in Seon: SS: Theologiae Doctore et Casuum Conscientiae Professore ordinario. Conscripta a Fr. Ignatio ab Arzt eiusdem ordinis in Monasterio Divae Virginis Seittenstettensi Inferioris Austriae professo. Anno 1661.

Bibl. Cod. MN II 79

337 foll; teg. a2 (in parte adversa JHS, in aversa Mater Immaculata secundum Apoc. XII 1); script. 1662/63

a) Institutiones sive Summulae Dialecticae: fol. 1 - 61v. Initium In Prooemium fol. 1r: Antequam philosophici cursûs stadium per Logicae postum (portum?) ingrediamur.....

b) (Prolegomena Logicae): fol. 63 - 126r. Initium fol. 63r: Dùm ad penitiora Logicae arcana penetranda animum appellimus....

c) Introductio seu Isagoge Porphyrii Sive de Universalibus: fol. 126 - 209v. Initium fol. 126v: Traditis Prolegomenis Logicae.....

d) Commentarii in Organum Aristotelis: fol. 210 - 337. Initium fol. 210r: Aggredimur ad ipsam doctrinam Logicae....Clausula fol. 337r: Absolvimus in Festo Sancti Georgii Martyris die 23 Aprilis Anno 1663.

Auctor et scriptor ignoti. Idem autem scriptor etiam duos sequentes codices conscripsit.

Bibl. Cod. MN II 86

812 pagg; teg. a2 (ut in codice MN II 79); script. 1663/64

a) (Commentarius Primus In Octo Libros Physicorum): p. 5 - 622. Folium titulare vacuum. Initium (Prooemii) p. 5: Post sententa, ut vocant Logicae, superata.... Clausula p. 622: Absolvimus hos octo Libros Physicorum. 9. Januarii: Anno 1664.

b) (Commentarius Secundus in IV. Libros De Coelis): p. 627 - 804
Initium: Si âb Universali Corporis naturalis consideratione....
Conclusio: Absolvimus hos libros de Coelis die 16. Februarii. Anno 1664. Commentarius tertius. In duos Libros de Orte et Interitu, sive de Generatione et Corruptione. (Qui tamen commentarius neque in hoc codice neque in alio invenitur.)
Auctor et scriptor ignoti, quamquam idem scriptor etiam praecedentem et probabiliter sequentem codicem exaravit.

Bibl. Cod. MN II 87

550 pagg; tegumentum chartaceum cum dorso membranaceo saec. XV. manu scripto; in parte adversa et aversa tegumenti fragmenta libelli Neuer Hauß=Calender, Auf das Jahr nach Jesu Christi Geburt, M.DCC.XII. (1712)....gestellet Durch Ernestum Wecker, Med. Doct. Gedruckt in Lintz, bey Johann Caspar Leidenmayr. Nihilominus codicem iam circa annum 1665 scriptum esse puto propter characterem scripturae, qui ab illo codicum MN II 85 et 86 vix distingui potest.

a) (Undecim Theses in Casus Conscientiae): p. 3 - 28. Initium Monitionis ad Lectorem: Plerasque materias practicas hisce thesibus complexi sumus....

b)(Libri aliquot De variis et Selectioribus Sacrae scripturae legibus): p. 31 - 46. Initium Praefationis et Intentionis Operis: Nunquam non operae pretium duxi et summi momenti esse iudicavi.....
Idem initium invenies p. 173 codicis MN II 123, et re vera pars b codicis nostri nil est nisi fragmentum initii operis, quod in codice MN II 123, p. 171 - 349,totum continetur, et (uti ad codicem MN II 123 demonstrandum erit) a R. P. Benedicto Abelzhauser compositum est. Cum P. Benedictus Abelzhauser anno 1666 doctoris theologici lauream adeptus sit, opus vero laudatum (ut ad eundem codicem memorandum erit) anno 1672 iam exstiterit, hoc fragmentum neque ante annum 1666 neque post annum 1672 ortum esse puto.

c) (De praeceptis Decalogi): p. 47 - 354. (Non nisi quinque priora praecepta in codice nostro exstant.) Initium p. 47: Decalogus omnium aliarum legum Epitome est....

d) (In Librum Quartum Decretalium): p. 357 - 489; initium: In toto hoc libro quarto causae et quaestiones matrimoniales.... vgl. Adment 1040

e) (In Librum Quintum Decretalium): p. 495 - 550. Initium: In hoc quinto Decretalium libro agit.....(Etiam huius partis iam non exstant nisi XVIII tituli priores.) De scriptore vide codices MN II ~~85~~ 79 et 86. Auctor solius partis b notus.

Bibl. Cod. MN II 88

407 foll; teg. a2 (in parte adversa I H S, in aversa imago Matris Immaculatae iuxta Apoc. XII 1); script. 1663

a) Theologia Scholastica de Deo Trino et Uno.

a) Prolegomena Totius Theologiae: fol. 1 - 20v. Initium Prologquii fol. 1r: Agit S. Doctor de Deo Uno et Trino, et Creatore.....

b) (Tractatus quinque de Deo Uno): fol. 21 - 370r. Initium fol. 21r: Quia Deus est praecipuum subiectum huius scientiae.....

c) Tractatus Ultimus de Sacro Trinitatis Mysterio â quaestione 27 usque ad 45: fol. 370v - 406v. Initium fol. 371r: Puteus quidem hic altus est.....Clausula fol. 406v: fInI Deo TrIno et VnI saCraMVs Labores. Die IX Octobris (Hoc chronogramma annum 1664 videtur indicare. Sed quod codex noster paene ad verbum idem continet quod codex MN II 83 - vide supra p. 53! -, facile conmiectaberis, etiam codicem nostrum iam anno 1663 scriptum esse; et sane in voce "VnI" chronogrammatis prius scriptum erat "Vno", quod tamen utpote lapsum grammaticalem scriptor postea emendavit. Ceterum de auctore et scriptore nihil notum, nisi quod auctor idem est atque in codice MN II 83.)

In parte adversa tegumenti ab intrinsecus nota historica de oppido Jaurinum (= Raab in Hungaria) ad annos 1594 et 1598.

Bibl. Cod. MN II 89

434 pagg; tegumentum membranaceum saeculo XV. ornate modis musicae sacrae inscriptum; script. 1665

(Logica). Initium Sumulariae in Aristotelis logicam introductionis pag. 7: Solent ad initium statim proponi tironibus Sumulae.... Clausula p. 430: finitimus Anno 1665 die 28 Julii. Sub Admodum Reverendo Patre Stephano Sevioviz (Semoniz?) Artium liberalium et Philosophiae Doctore nec non eiusdemque professore ordinario. Graecii.....Dionysius Kerner Grispachensis. (Quaerendum est, num hic scriptor idem sit atque P. Amandus Kerner Austriacus Griesbacensis, qui primo die Novembris 1667 in monasterio Seitenstettensi vota emisit. Qui hanc quaestionem facilius affirmat, ne negligat Patrem illum Amandum Kerner in archivi Seitenstettensis codicibus 29 F, 34 R, 34 T, 34 V - quos vide inferius! - alium adhibuisse scribendi characterem! immo anno 1669 Salisburgi Logicae studuisse.)

Inscriptio dorsi: Logica Graecensis MS. 1665.

Bibl. Cod. MN II 90

277 + 53 foll; tegumentum membranaceum saeculo XV manu scriptum (tractatus theologicus?)

a) Dialectica Seu Introductio Ad Philosophiam: fol. 1 - 26v. Initium fol. 1r: Dialectica ex Graeco Dialeges (!) derivatur.....

b) Logica seu Prima Pars Cursus Philosophiae: fol. 27 - 267r. Initium Proloquii Primi. De philosophia In Genere. Definitio philosophiae esse potest, quod sit cognitio totius naturae....(fol. 27r)

c) Compendium Logicae: fol. 1 - 51v (= 278 - 328v). Initium Disputationis Primae et Secundae De Obiecto et Natura Logicae fol. 1 (=278)r: Dico primo Logica est facultas intellectualis.....

Neque nomen auctoris et scriptoris notum est neque quo anno scriptus sit codex noster.

Bibl. Cod. MN II 91

675 pagg; tegumentum membranaceum saeculo XV modis musicae sacrae ornate inscriptum (fragmentum libri Gradualis aut Antiphonalis)

a) Tractatus De ~~xxxxx~~Angelis pag. 1 - 301. Initium Disputationis primae p. 1: Nota primo per angelum nihil aliud intelligi quam....

b) Tractatus De beatitudine sive ultimo fine hominis p. 302 - 385. Initium Disputationis primae De beatitudine obiectiva p. 302: Nota primo operari formaliter (?) propter finem....

c) Tractatus Secundus in Primam Secundae Divi Thomae De actibus humanis: p. 385 - 548. Initium p. 385: Dico primo voluntarium bene definiri.....

d) Tractatus Secundus de actibus humanis in quaestiones 18, 19 et 20 Summae (Summi?) Doctoris (?): p. 549 - 669. Initium p. 549: In priori tractatu egimus de esse physico actuum humanorum....

Neque auctorem novi neque scriptores (paginas enim 390 - 404 alia manus scripsit) neque quo anno exaratus sit codex.

Bibl. Cod. MN III 5

8° min., 312 pagg., scriptus 1667

a) Politicae gnomae: p. 13 - 19 (65 sententiae)

b) Morales gnomae: p. 47 - 54 (69 sententiae) cum appendice p. 55

c) Panegyricus Ennodii (p. 79 - 88) et Plinii (p. 88 - 114) (175 sententiae) cum appendice p. 115. Clausula p. 114: Finis Panegyrici. 9. Novembris Anno 1667.

d) Ex Plauti Amphitruone: p. 143 - 145 (13 sententiae)

e) Exempla è Talione Stengelii (p. 173 - 177), Ex Stengelio De Fame (p. 178), Vis et Virtus Exemplorum Stengelii (p. 179 - 181), De paenitentia Eiusdem (p. 181 - 182), De Casu et fortunâ Eiusdem (p. 183 - 186), De sortibus Eiusdem (p. 187 - 190), Croesus et Irus eiusdem (p. 190 - 193; quod opus nusquam inveni; notum est opus inscriptum: Croesus et Codrus), Ex eiusdem De Honore (p. 194 - 198), Mundus et eius partes Eiusdem (p. 198 - 201), Matrimonia fausta et infausta Eiusdem (p. 201 - 206), De Monstris et Monstrosis (Eiusdem) (p. 207 - 210), Spes et fiducia Eiusdem (p. 211 - 215) Ex Ruinard (p. 215 - 217), Ex Libro Historiarum (p. 217 - 220), Mercurius Histor(icus) (aut Historiarum?) (p. 220 - 235) (287 exempla)
NB! Opuscula Georgii Stengelii SJ (+1651) Ingolstadii in lucem evenerunt. Ruinard, cuius opere usus est compilator noster, non potest esse egregius ille P. Theodericus (Thierry) Ruinart O S B congregationis S. Mauri (nat. 1657!). Quem librum Historiarum auctor noster excerpserit, nescio. Exempla 280 et 281 (p. 229 - 230) non demonstrant librum Mercurium historicum non ante annum 1667 editum esse; nam duo haec exxempla fortasse non ex isto libro excerpta sunt.

f) Fabulae, et Apologi Ex Talione Stengelii, De Virtute exemplorum, Croesus et Irus Eiusdem (p. 269 - 270; 10 fabulae)
Veri simile est hunc libellum ab ipso compilatore scriptum esse, sed non novimus, quis tot libros legerit et excerpserit.

Bibl. Cod. MN II 93

96 pagg; tegumentum e duobus foliis membranaceis saec. XV. inscriptis, sed maxime attritis sordidisque conglutinatum; 1667 Sumulae seu brevis Introductio In universam logicam. Initium p. 1: Logicae officium est Intellectum hominis per praecepta dirigere.... Nota p. 92: F: Bernardus Leittner Admontensis 1667. Hanc ipsius scribentis notam esse ostendit idem character scribendi, quem etiam

Codex MN II 94 (quem vide infra!) exhibet. Frater ille Bernardus Leittner, antequam anno 1665 monasterium Seitenstettense ingressus est, in monaxsterior Admontensi studiis humanioribus operam dedxit. (Vide in archivo monasterii Seitxenstettensis fasciculum 2A Nr. 206!). Cur is, qui Graecii in Styria natus sit, semetipsum in codice nostro Admontensem nominet, ignotum est. Numquid, postquam anno 1666 in mo monasterio Seitenstettensi vota nuncupavit, iterum in monasterio Admontensi studiis incubuit?
Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 92

teg. a2, in parte adversa signo IHS, in aversa imagine Matris Immaculatae iuxta Apoc. XII 1 decoratum; 786 pagg.

a) Institutiones dialecticae: p. 1 - 125. Initium: Proaemium. Qui in acie hostem prosternere flagrat.... Clausula: Absolvimus quartâ die Martii 1667.

b) (Commentarius in Organum Aristotelis): p. 129 - 775. Initium Proloquii: A velitationibus ad pugnam, â fundamento in sublime..... Clausula p. 775: ....calamum 24 Januarii anni 1667. admovimus, removimusque eodem anno decimo tertio Augusti....
Scriptura simillima est codici MN II 93 (vide supra!), ideoque Fr. Bernardum Leittner etiam codicem nostrum scripsisse nil haesitans putarem, nisi etiam codex MN II 93 institutiones dialecticas contineret. Forsitan Frater ille die 21. Septembris 1666 in monasterio nostro professus primum studium logicae coeperit usque ad institutiones dialecticas mense Januario 1667 finitas in monasterio Admontensi, deinde Salisburgum profectus cursum philosophicum denuo inchoaverkit.
Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 94

386 + 200 = 586 pagg; teg. duobus foliis membranaceis fragmentum lectionum divini officii saec. XV. scriptum exhibentibus conglutinatum; script. ~~fortasse paulo post annum 1668.~~ 1672. 1670.

a) (In librum tertium Decretalium): p. 1 - 344 (usque ad initium tituli 22). Initium Tituli Primi De Vita et honestate Clericorum: p. 1: Duo sunt genera Christianorum scribit S. Hieronymus.....

cf. Admont 1040/1

b) Tractatus In Librum quartum Decretalium: p. 1 - 193 (= 387 - 580) Initium p. 387: Praefatio. Totus hic liber tractat de matrimonio.... Nota in folio praeliminari huius codicis: Conscripta â P: Bernardo. Quem non nisi P. Bernardum Leittner esse ostendit eadem scriptura ut in codice MN II 93 (vide supra p. 59/60!). Nomine autem Patris vix ante annum 1672, quo anno probabiliter sacerdotio initiatus est, appellabatur. Qua de causa nota in folio praeliminari, codice iam pridem scripto, appoxsita esse videtur. Etenim pars ~~[illegible]~~ a (cum eadem mutilatione) invenitur etiam in parte c codicis MN II 114 (vide infra p. 71) anno 1620 a P. Ludovico Engel Monacho Mellicensi Salisburgi tradita. Veri simile est eundem professorem etiam partem b codicis nostri dictavisse.

Bibl. Cod. MN II 95

159 + 261 = 420 pagg; teg. folium membranaceum, fragmentum lectionarii saec. XIV. scripti (Epistulae et Evangelia)

a) Tractstus Moralis. De Legibus: p. 1 - 155. Initium: Notandum: inter constitutiones, et statuta propriè loquendo.....

b) Tractatus Theologicus moralis in præcepta Decalogi, et Ecclesiae: p. 1 - 259 (=160 - 418). Initium Proaemii In universam Theologiam moralem: Non excurro multùm in laudes, et praeconia Theologiae moralis.....

Scriptor huius codicis iuxta typum scripturae idem Fr. Bernardus Leittner est, qui etiam codices MN II 92 - 94 exaravit.
Auctor utriusque partis ignotus. Pars b easdem lectiones continet, quas codex MN II 110 (vide infra p. 68!) anno 1669 scriptus et pars e codicis MN II 100 (vide infra p. 63!)

Bibl. Cod. MN II 96

193 + 303 = 496 pagg; teg. folium membranaceum saec. XV. modis musicae sacrae ornate inscriptum; script. ca. 1670

a) Tractatus Primus De Vitiis, atque peccatis: p. 1 - 185. Initium Quaestionis Primae p. 1: Notandum est primo haec vocabula virtus,...

b) Tractatus Casistico practicus in materiam de Jure, et Justitia: p. 1 - 282 (=194 - 475). Initium Proemii p. 194: Agemus hoc anno Deo opitulante De Jure, et Justitia.....
Character scribendi indicat eundem Fr. Bernardum Leittner, qui codices MN II 92 - 95 (vide p. 59 - 61), etiam hunc codicem scripsisse. Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 97

663 pagg; teg. conglutinatum e duobus foliis membranaceis, saec. XV lectionibus breviarii inscriptis; script. ca. 1670 Tractatus De Jure et Justitia: p. 1 - 659. Initium Disputationis primae De Jure p. 1: Nota primo: Jus varie usurpari..... Scriptura huius codicis simillima est codicibus MN II 92 - 96 (vide supra p. 59 - 61) ita, ut etiam hunc codicem a Fr. Bernardo Leittner scriptum esse arbitrarer, nisi materiam de jure et justitia iam codex MN II 96b contineret. Bisne Frater ille lectiones de Jure et Justitia audivit notavitque? Forsitan nomina ex monachorum in schedula notata, quae in hoc codice inventa est, indicare possint, quo tempore codex noster ortus sit. Sed quia p. 1 - 521 codicis nostri easdem lectiones exhibet, quas cod. MN II 115 (vide infra p. 72!) circa annum 1670 scriptus, etiam codicem nostrum in illo tempore ortum esse quis neget?

Bibl. Cod. MN II 98

409 foll; teg. a2 in parte adversa signo IHS, in aversa imagine Matris Immaculatae secundum Apoc. XII 1 decoratum

a) Commentarius In Philosophiam Naturalem Dictatus Ab....P. Michaele Seitz, Celeberrimi Monasterii Admontensis Professo pro tempore Salisburgi Philosophiae Professore ordinario. Exceptus ab F: Ambrosio Marholt ordinis S: P: Benedicti Monasterii Seittenstettensis Professo. Anno MDC LXVII (1667): fol. 1 - 288r. Initium Proemii Physices: Postquam in itinere peripathetico Spineta logicae feliciter egressi. Clausulae: fol. 230v: ...in octo libros Physicorum sit satis. absolvimus hos libros 11 Februarii 1668. fol. 288r: ...et haec de motibus atque universim in libros de generatione. absolvimus hos libros 21 April 1668.

b) Tractatus In tres Libros De Anima: fol. 288v - 365v. Initium: Dilatis tantisper materiis de caelis et elementis ad tres libros de anima festinamus.....

c) Tractatus in Quatuor Libros Meteorologicorum: fol. 365v - 382r. Initium: Quae nunc tractanda aggredimur non tam difficilia sunt....

d) Disputatio XIII (ante partem b dilata; vide supra!) In quatuor libros de Caelis: fol. 382r - 389v. Initium: Caelum á Caelando....

e) Tractatus In Methaphysicam: fol. 389v - 400rr. Initium: Proemium. Methaphysica quam explicandam aggredimur nihil aliud est....

Fr. Ambrosius Marholt etiam 5 sequentes codices scripsit et ab anno 1679 usque ad annum 1687 monasterio Seitenstettensi praefuit.

Bibl. Cod. MN II 99

170 foll; teg. a2 (ut in codice MN II 98); script. 1669

a) Tractatus De Vitiis et Peccatis in Primam Secundae Divi Thomae â quaestione 71 usque ad Nonagesimam: fol. 1 - 135r. Initium fol. 1r: Hunc tractatum ita absolvit Sanctus Doctor.....

b) Tractatus De Legibus: fol. 138rr - 167v. Initium Disputationis Primae in quaestionem 90 S: Doctoris De Lege in Communi fol. 138r: Quaeres primo, an lex sit actus rationis vel voluntatis?.... Inscriptio dorsi: MS. Reverendissimi Marholt Seittenstettensis sub P Pettschacher de Vitiis et peccatis ac Legibus 1669.

Scriptor igitur est Fr. Ambrosius Marholt (vide ad cod. MN II 98!), auctor autem P. Benedictus Pettschacher, Monachus ad S. Lambertum in Styria professus.

Easdem lectiones invenies in codicibus MN II 103 et 111.

Bibl. Cod. MN II 100

273 foll; teg. a2 (ut in codice MN II 98); script. 1669

a) Tractatus Secundus in tertiam partem Divi Thomae De Sacramentis in Genere: fol. 1r - 81r. Initium Proemii: Post considerationem eorum inquit Angelicus Doctor hic in proemio.....

b) Quaestio 66 De Pertinentibus ad Sacramentum baptismi: fol. 81v - - 100r. Initium fol. 81v: Nomen baptismus graecum est.....

c) Quaestio 72 De Sacramento Confirmationis: fol. 100r - 102r. Initium fol. 100v: Suppositis iis quae huc usque de baptismo.....

d) Quaestio 73 De Sacramento Eucharistiae Secundum Se (et ceterae quaestiones de Eucharixstia): fol. 102v - 164v. Initium: Eucharistiae nomen Graecum est et latinis idem significat.....

e) Tractatus Theologicus Moralis in Praecepta Decalogi et Ecclesiae: fol. 169r - 272r. Initium: Non excurro multum in laudes et praeconia moralis Theologiae.....

E charactere scripturae apparet Fr. Ambrosium Marholt totum codicem scripsisse. (De quo scribente supra ad cod. MN II 98!)

Partes a - d continent etiam codices MN II 104 et 113. Itaque ex codice MN II 104 comperimus P. Desiderium Schapperger monachum monasterii Seeon has partes tradidisse anno 1669.

Auctorem vero partis e nescimus, quamquam hanc partem etiam cod. MN II 95b (vide supra p. 61!) et cod. MN II 110 continent, iique completam, cum codex noster hunc ultimum tractatum mutilum exhibeat. Cod. MN II 110 insuper ostendit has lectiones anno 1669 traditas esse.

Bibl. Cod. MN II 118

288 foll; teg. a2 (ut in codice MN II 98); script. 1670
Tractatus tertius in tertiam partem S: Doctoris De Reliquis quatuor Sacramentis (id est de Sacramento Paenitentiae: fol. 2v - 248 r; de Sacramento Extremae Unctionis: fol. 248v - 255v; de Sacramento Ordinis: fol. 255v - 265r; de Sacramento Matrimonii: fol. 265r - - 285r).
Initium Proemii fol. 2r: Explicatis praecedenti anno tribus novae legis sacramentis.....Clausula fol. 285r: Absolvimus 4 Octobris die festo S: Francisci antemeridianis horis 1670
Typus scripturae manifestat etiam hunc codicem F. Ambrosium Marholt (de quo supra ad cod. MN II 98 in pag. 62!) scripsisse.
Eundem tractatum invenies etiam in archivi codice 34 - 17 (de quo plura inferius!); nihilominus auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 101

316 foll; teg. a2 (ut in codice MN II 98); script. 1670
Tractatus De Gratia, Fide, Spe, et Charitate. Traditus. Ab....P. Benedicto Pettschacher Liberi et Exempti Monasterii ad S. Lambertum Professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore, eiusdemque Professore ordinario. Exceptus A F. Ambrosio Marhold (!) Professo Seittenstettensi manu propria 1670
a) Tractatus De Gratia: fol. 1r - 233r. Initium: De gratia agit S: Doctor â quaestione 109, primae secundae usque ad secundam,secundae.
b) Tractatus in secundam secundae Divi Thomae De Fide, Spe, et charitate: fol. 234r - 316v. Initium: De fide, idem dico de spe et charitate, tria potissimum considerantur.....
Eosdem tractatus continet etiam codex MN II 112 (vide inferius!)

Bibl. Cod. MN II 102

430 foll; tegumentum a2; script. 1671/72
a) Tractatus De Deo Uno Traditus Ab....Patre Desiderio Schapperger, Celeberrimi Monasterii Seonensis professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore, eiusdemque Professore primario, Exceptus calamo A F: Ambrosio Marholt Monasterii Seittenstettensis professo Sacrosanctae Theologiae Studioso in Universitate Salisburgensi. absolvimus 14 octobris 1671. fol. 2 - 339r.

Initium Proemii fol. 3r: In theologiae sacraria admissis magno nobis solatio sit....

b) Tractatus De Deo Trino Traditus Ab....Desiderio Schapperger....professore ordinario primario Exceptus calamo A F: Ambrosio Marholt.....1672 (cetera ut in parte a!): fol. 340r - 427r.
Initium Proemii fol. 340v: Angelicus noster Doctor postquam tractavit de Deo ut uno....Clausula: Absolvimus hunc tractatum 30 Januarii 1672.

Eosdem tractatus reperies in codice archivi 34 - 10 (vide inferius!

Bibl. Cod. MN II 103

892 pagg; teg. a2 (ut in codice MN II 98); scxript. 1669
Tractatus De Vitiis et peccatis, et Lexgibus: Dictatus âb....Patre Benedicto Petschacher, ordinis Sanctissimi Patris Nostri Benedicti, Liberi ac exempti Monasterii ad S. Lambertum Professo, Sacrosanctae Theologxiae Doctore eiusdemque Professore, Decano, Spectabili, vicerectore Salisburgensi meritissimo.

a) Tractatus De Vitiis et peccatis in primam secundae Divi Thomae â quaestione 71. usque ad Nonagesimam: p. 19 - 678. Initium p. 19: Hunc tractatum ita absolvit S. Doctor.....

b) Tractatus De Legibus: p. 685 - 891. Initium p. 685: Quaeres primo an lex sit actus rationis vel voluntatis?.....
Litterae initialxs in parte adversa tegumenti: F E E S (= Frater Engelbertus Elsnigg Seittenstettensis) 1669. Idem clericus etiam proximum codicem scripsit.
Easdem lectiones continent etiam codices MN II 99 (vide supra p. 63! et 111 (vide infra!)

Bibl. Cod. MN II 104

634 pagg; teg. a2 (ut in codice MN II 98); script. 1669
Tractatus Theologicus De Sacramentis in genere et specie, Dictatus âb.....Patre Desiderio Schapperger Benedictino Seonensi, Sacrosanctae Theologiae Doctore, eiusdemque professore ordinario: p. 3 - 629. Initium Proaemii p. 5: Post considerationem eorum, inquit angelicus Doctor hic in Proaemio,.....
Easdem lectiones continet etiam codex MN II 113 (vide infra!) et pars a - d codicis MN II 100 (vide supra p. 63!). Hunc codicem scripsisse F. Engelbertum Elsnigg 1669 eaedem litterae initiales in tegumento ostendunt atque in codice MN II 103.

Bibl. Cod. MN II 105

46 + 254 = 300 foll; teg. folium membranaceum saec. XIV. orationibus Missarum inscriptum; scriptus 1669/70

Summa Logicae Dictata Ab.....Patre Gregorio Wimberger Ordinis Sanctissimi Patris Benedicti in Celeberrimo Monasterio Cremifanensi professo, et Philosophiae illo tempore Salisburgi Professore Ordinario. Excepta verò â Reverendo Domino Fratre Joanne Gerstl eiusdemque (!) ordinis, Professo in Celeberrimo Monasterio Seittenstettensi inferioris Austriae. M: DC: LXX 1670

a) Summulae sive institutiones Diaclecticae ad faciliorem Logicae cognitionem praemissae: fol. 1 - 46. Initium fol. 1r: Proemium Laudabilis admodum est, et ab omnibus modo Phylosophis recepta consuetudo.....Clausula fol. 46v: Absolvimus Die 10 Decembris Anno 1669

b) Commentarius In Logicam Aristotelis Phylosophorum Principis: fol. 1 - 254 (=47 - 300). Initium Proemii fol. 1r: Phylosophiam antiqui sapientiam nominabant.....Clausula fol. 254 (300)r: Absolvimus hanc Logicam 17 Maii 1670 ~~XXXXXX~~ Fuimus ad examen 2 die Junii EgoNB:2 cum Illustrissimo Domino Domino Comite â Lodron, Reverendo Domino Maximilliano â Piesser Canonico Regulari Professo in Pertlesgaden NB: 38 Reverendo Domino Fr: Petro Koch 15 Professo Monasterii Wessofontani et Cum Reverendo Domino Fratre Wolffgango 10 Gott bewahr Professo Monasterii Andecensis media 8, usque ad 9. (Quid sibi velint numeri huic notae inserti, nescio.)

Bibl. Cod. MN II 106

301 foll; teg. folium membranaceum saec. XIV. modis musicis ornate inscriptum (fragmentum libri antiphonarii)

Commentarius In Philosophiam Naturalem Dictatus Ab....Patre Gregorio Wimberger Ordinis Sancti Patris Nostri Benedicti, Celeberrimi Monasterii Cremifanensis Professo, Philosophiae Professore Ordinario Salisburgi et pro tempore eiusdem Facultatis Decano Dignissimo M:D:C:LXXI 1671 Exceptus A Reverendo Religioso ac Perdocto Domino Fratre Joanne Gerstl, Ordinis Sancti Patris Nostri Benedicti, Celeberrimi Monasterii Seittenstettensis Professo 1671: fol. 1 - 295v cum Indice fol. 297r - 299r. Initium fol. 1r: Tittulus: Commentarius In Physicam Aristotelis Philosophorum Principis Proemium Post commentarium in philosophiam rationalem.....Clausula fol. 295v:.. ...de octo libris physicorum ad honorem.....Doctoris Angelici in ipsius Vigilia (6. Martii) sufficiant.

Bibl. Cod. MN II 107

VIII + 226 + 11 (id est foll. 61 - 72 alterius manuscripti inter foll. 24 et 25 inserta) + 49 + 88 foll. = 382 foll. tegumentum a1; scriptus 1671/72

a) Commentarius in Physicam: fol. 1r - 223v. Initium Proemii: Excissis logicae spinis insudanti neophysico.....Clausulae: fol. 17r: Absolvimus hanc quaestionem Ultimo die Augusti. 1671. fol. 223v: Absolvimus hos octo Physicos (!) die 4 Maii sine solatio. 1672

b) Disputatio In Quatuor Libros De Coelis: fol. 1 - 28v (= 227 - 255v) Initium fol. 227r: Exsplicatis (!) quae de ente mobili in communi...

c) Commentarius In Duos Libros De Generatione Et Corruptione: fol. 1 - 38 (= 276 - 314). Initium Disputationis primae fol. 276r: Dicendum est primo: dari generationem et corruptionem...Clausula fol. 314v: Absolvimus hos Duos libros die 10 Junii. 1672. Iterum sine solatio Incepimus sequentem disputationem scribere die 20 Junii 1672

d) Comentarius In Tres Libros De Anima: fol. 39r - 70v (=315 - 346). Initium: Dari animam pro certo habemus.... Clausula: Absolvimus Libros De Anima 1672 Die 13 Julii Iterum sine solatio.

e) Continuatio Comentarii In Metaphysicam: fol. 71r - 85r (=347 - 361) Initium fol. 347v: Dicendum est primo: Metaphysica est scientia speculativa entis realis....

f) Index In Duos Libros De Generatione Et Corruptione fol. 86 (=362) r, quem sequitur Index In Tres Libros De Anima fol. 86 (=362)v.

NB: In partibus b - f 11 illa folia inserta summae non adnumeravimus. Vox solatium in clausulis, quae supra, idem valet ac convivium.

fol. IVr nota pro bibliopego: Disse Scripta sollenn secundum numerum als wie es an dem ennt der Ziffer zusehen ist einngebundten werdten mit gspörl (?).x) F: Joa(nn)es: NB: Beynebenß sollen sie auch nicht gar zu ser beschnidtten werdten. Cuius fr. Joannis initia inveniuntur etiam fol. 1r in inferiore margine: F: J: Insuper scriptura huius codicis simillima est codicibus MN II 105 et 106. Videtur igitur F. Joannes Gerstl etiam nostrum codicem scripsisse, etsi mirandum est bis eum audivisse et notavisse Commentarium in octo libros Physicorum.

Eosdem tractatus continet etiam Cod. MN II 120 (~~foliis~~ paginis tamen 1 et 2 perditis) et partes c - b - d - e codicis nostri etiam codex MN II 121 (quos vide infra!); nihilominus auctor ignotus.

x) „gspörl" sunt illae codicis clausturae, quibus pars adversa et aversa tegumenti in fronte libri iunguntur, ne fortuitu aperiatur codex.

Bibl. Cod. MN II 108 cf conf. Admont 1072

362 pagg; teg. folium membranaceum saec. XV. modis musicae sacrae ornate inscriptum; scriptus probabiliter 1669
(Logica Aristotelis)
Initium Disputationis Primae Logicae Aristotelis De possibilitate et impossibilitate entis p. 1: Uti de ente ita etiam de possibilitate....Inscriptio dorsi: Logica MN MS F. Ernesti
Quod forma scripturae in codice nostro eadem est atque in codice MN II 110 (vide infra!) a F. Ernesto Weissenperger professo Seittenstettensi scripto, etiam de scriptore codicis nostri non est dubium. Qui frater Ernestus anno 1668 vota emisit; qua de re, quia Logica plerumque initium studiorum post vota nuncupata erat, a veritate non multum aberrabis, si putaveris, codicem nostrum anno 1669 ortum esse. Auctor ignotus. (In Codice Admontensi 1072 auctor Stephanus Szeikovich S.J. Graecii 1665 nominatur.)

Bibl. Cod. MN II 109

364 pagg; teg. ut supra in cod. MN II 108; script. ca. 1670
Commendarius (!) In octo Libros Physicorum sive De physico auditu Aristotelis: p. 1 - 362
Initium p. 1: Superavimus tantem (=tandem) auspice Deo, promovente conatus nostros.....Inscriptio dorsi: Physica MS. F. Ernesti
Ut etiam scriptura indicat, hunc quoque codicem F. Ernestus Weissenperger scripsit. In clausula vero p. 362 loquitur de "hoc secundo cursus nostri anno", ideoque veri simile est codicem nostrum anno 1670 scriptum esse. (Vide supra ad codicem MN II 108!)
Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 110

498 pagg; teg. folium membranaceum saec. XIII. aut XIV. orationibus missarum diligentissime inscriptum; script. 1669
Tractatus Theologicus Moralis In Praecepta Decalogi et aecclesiae: p. 5 - 496. Initium Proaemii In universam Thæologiam moralem p. 5: Non excurro multum in laudes et praeconia moralxis Theologiae.....
Clausula p. 496: Die 9 Octobris Anno 1669 Finis. Inscriptio dorsi: Tractatus Theologicus Moralis Casisticus: 1669 de decalogi et Ecclesiae Praeceptis M. S. P. Ernesti Weissenberger Seittenstettensis
Idem tractatus in parte b codicis MN II 95 (supra p. 61) et in parte e codicis MN II 100 (supra p. 63) invenitur.
Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 111

632 pagg; teg. a2 (in parte adversa signum IHS, in aversa imago Matris Immaculatae iuxta Apoc. XII 1); script. ca. 1670

a) Tractatus De Vitiis et peccatis in Primam Secundae Divi Thomae a Quaestione 71 usque ad 90: p. 5 - 445. Initium p. 5: Hunc tractatum ita absolvit S: Doctor.....Clausula p. 445: In Vigilia S: Bartholomaei finitus hic Tractatus (id est die 23. Augusti)

b) Tractatus de Legibus: p. 447 - 627. Initium Disputationis Primae: p. 447: Quaeres primo an lex sit actus rationis vel voluntatis..... Inscriptio dorsi: Tractatus De Vitiis et peccatis ac Legibus M. S. a F. Ernesto Weisenberger Seittenstettensi.

Eosdem tractatus exhibent codex MN II 99 (supra p. 63) et codex MN II 103 (supra p. 65), uterque 1669 scriptus. Ergo dixeris etiam codicem nostrum anno 1669 scriptum esse; sed vix credibile est fr. Ernestum Weissenperger uno eodemque anno tres codices (nempe MN II 108, 110,111) scripsisse, etsi non est impossibile. Codices MN II 99 et 103 ostendunt tractatus nostros P. Benedictum Pettschacher ad S. Lambertum professum Salisburgi tradidisse.

Bibl. Cod. MN II 112

803 pagg; teg. a2 ut in codice MN II 111; script. ca. 1670

a) Tractatus De Gratia: p. 1 - 652. Initium: Disputatio Prima De necessitate gratiae. De gratia agit S: Doctor a Quaestione 109.....

b) Tractatus In Secundam Secundae Sancti Thomae De Fide Spe et Charitate: p. 653 - 798. Initium p. 653: De fide (idem dic de spe et charitate) tria potissimum considerantur.....
Inscriptio dorsi: MS. F. Ernesti Weisenberger Seittenstettensis de gratia, merito, Fide, spe, Charitate.
Easdem lectiones, a P. Benedicto Pettschacher ad S. Lambertum in Styria professo Salisburgi dictatas, invenies etiam in codice MN II 101 (supra p. 64), qui anno 1670 scriptus est.

Bibl. Cod. MN II 113

678 pagg; teg. a2 ut in codice MN II 111; script. ca. 1670

a) Tractatus Secundus In tertiam Partem Divi Thomae De sacramentis in genere: p. 5 - 210. Initium: Proaemium. Post considerationem eorum inquit Angelicus Doctor hic in proaemio.....

b) De pertinentibus ad Sacramentum Baptisxmi: p. 210 - 271. Initium: Nomen baptismus graecum nomen est.....

c) De Sacramento confirmationis: p. 271 - 278. Initium: Suppositis iis quae huc usque de baptismo et de Sacramentis in genere .....

d) De sacramento Eucharistiae: p. 278 - 676. Initium: Eucharistiae nomen graecum est et latinis idem significat.....

Inscriptio dorsi: MS F. Ernesti (Weissenperger) Seittenstettensis... Easdem lectiones Salisburgi anno 1669 a P. Desiderio Schapperger monacho Seeonensi habitas continent etiam partes a - d codicis MN II 100 (supra p. 63) et codex MN II 104 (supra p. 65). Num vero etiam codex noster anno 1669 exceptus sit, eadem de causa dubitandum est, quam supra p. 69 ad codicem MN II 111 exposuimus.

Arch. Cod. 34 - 17 (XVIII 3 h)

770 pagg; 4°; teg. a2 ut in cod. MN II 111; script. ca. 1670

Tractatus Tertius In Tertiam Partem Divi Thomae De Reliquis Quatuor Sacramentis.

Initium Proaemii p. 5: Explicatis praecedenti anno tribus novae legis sacramentis.....Inscriptio dorsi: MS. F. Ernesti Weissenberger Seittenstettensis de Poenitentia, Extrema Unctione ordine et Matrimonio.

Auctor ignotus.

Eundem tractatum continet etiam codex MN II 118 (vide supra p. 64!) anno 1670 scriptus. Attamen non est certum, etiam nostrum codicem in illo anno scriptum esse. Forsitan professor easdem lectiones pluribus in annis repetiverit. Vix enim credibile (etiam non impossibile) est fratrem Ernestum uno eodemqu anno ~~codexixxx~~ codices MN II 109 (supra p. 68), 112 (supra p. 69), 34 - 17, scripsisse.

Arch. Cod. 34 - 10 (XVIII 3 h)

4°, 888 pagg; teg. a2 ut in codice MN II 111; script. 1670/71 Tractatus De Deo uno et trino In Partem secundam summae Theologicae Doctoris Angelici Divi Thomae Aquinatis Traditus ab ....Patre Desiderio Schaperger Celeberrimi Monasterii Seönensis Professo Sacrosanctae Theologiae Professore ordinario et Primario Anno 1670. Exceptus a Fratre Ernesto Weissenperger eodem anno die septima octobris

Initium Praefationis p. 6: In Theologiae sacraria admissis magno nobis solatio sit.....Clausula p. 878: 29 Januarii absolvimus Eundem tractatum, sed anno scholari 1671/72 scriptum, invenies etiam in codice MN II 102 (supra p. 64/65).

Bibl. Cod. MN II 114

948 pagg; tegumentum deperditum; script. 1672 et 1670

a) Tractatus De Angelis (In) Primam Partem Summae Theologicae Divi Thomae Aquinatis Traditus Ab.....Patre Desiderio Schaberger Ordinis S: Patris Benedicti celeberrimi monasterii Seonensis Professo Sacrosanctae Theologiae Doctore ac (= und = et?) Professore Primario et Exceptus a Reverendo Religioso fratre Ernesto (Weissenperger) Monacho Seitenstettensi Anno 1672 Die 28 Januarii: p. 3 - 175
Initium Proaemii p. 4: Post considerationem Divinarum personarum...

b) Tractatus Primus In Primam Secundae Divi Thomae Aquinatis De Ultimo Fine Hominis, et actibus humanis. Ab.....P. Desiderio (Schapperger) Ordinis Sancti Benedicti Professo in celeberrimo Monasterio Seonensi Sacrosanctae Theologiae Doctore, ac eiusdem Professore ordinario primario. Exceptus A Reverendo ac Religiosox F: Ernesto Weissenperger Eiusdem Ordinis Professo in celeberrimo Monasterio Seittenstettensix. 1672. 9. Aprilis: p. 177 - 535
Initium Proemii p. 178: Universae Theologiae seu S: doctrinae....

c) Liber Tertius Decretalium Dictatus ab.....Patre Ludovico Engel celeberrimi et exempti monasterii Mellicensis Professo Juris utriusque Doctore ac Sacrorum Canonum Professore ordinario primario, nec non facultatis Juridicae spectabili Decanno (!) 1670: p. 547 - 940
Initium Tituli I De Vita et honestate clericorum p. 547: Duo sunt genera Christianorum scribit S: Hieronymus....
Eundem Tractatum in librum tertium Decretalium continet etiam pars a codicis MN II 94 (supra p. 60/61) cf. Admont 1040/1

Bibl. Cod. MN II 115

640 pagg; teg. a2 ut in codice MN II 111; script. ca. 1670
Tractatus De Jure et iustitia In Quaestionem quinquagesimam septimam S: Doctoris et sequentes: p. 5 - 636. Initium Disputationis Primae De iure p. 5: Nota primo ius varie usurpari.....
Eundem tractatum continet Cod. MN II 97 (vide supra p. 62!) p. 1 - - 521.
Propter characterem scripturae certo constat F. Ernestum Weissenperger hunc quoque codicem scripsisse. Qua de causa circa annum 1670 ortum esse eum probe ratiocinaberis.
Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 116

334 foll; teg. a2 ut in codice MN II 111

a) (Tractatus De Legibus): fol. 1 - 94r cum Indice fol. 94 v - 96r. Initium Praefationis In Tractatum De Legibus fol. 1r: De legibus agere etiam ad Theologum moralem spectat.....

b) (Tractatus De Censuris): fol. 97 - 204v cum Indice fol. 205r - 206r. Initium Praefationis in Tractatum De Censuris fol. 97r: Notitia de censuris Ecclesiasticis confessario in primis necessaria est....

c) (De Sponsalibus et Matrimonio): fol. 210 - 329v (=1 - 120; NB: foll. 33 - 40 inter foll. 24 et 25 inserta sunt!)
Initium Quaestionis primae De sponsalibus fol. 210r: Sponsalia â spondendo dicta sunt.....
Scriptor et auctor ignoti, sed forma scripturae tegumentique spectant fere ad annum 1670.

Arch. Cod. 34 V (XVIII 3 v)

4°, 66 + 249 = 315 foll; teg. a2 ut in cod. MN II 111; scr. 1669
Inscriptio folio Ir: Tractatus In Aristotelis Logicam
Inscriptio folio IIr margine pulcherrime adornata: Organum Aristotelicum Traditum Ab .....P. Paulo Mezger Ordinis S. Benedicti in Antiquissimo Monasterio ad S. Petrum Salisburgi Monacho, Artium Liberalium et Philosophiae Doctore et Professore ordinario Exceptum A me F. Amando Kerner eiusdem Ordinis professo ad Beatam Virginem in Seittenstötten, philosophiae et Casuum conscientiae studioso 1669.

a) Institutiones sive Summulae Dialecticae: fol. 1 - 66. Initium fol. 1r: Solent magnarum aedium Architecti..... Clausula: Haec diuturno labore descripta 11. Februarii Anno 1669

b) Commentarius In Organum Aristotelis: fol. 1 - 246 cum Indice Rerum Omnium fol. 247 - 249. Initium Proemii: Si Romae antiquae solemnis consuetudo fuit..... Clausula fol. 246: absolvimus die 14 Maii ... post prandium 1669. Examinatus die 31 Maii.

Arch. Cod. 34 T (XVIII 3 m)

III + 388 foll; 4°; teg. a2 ut in codice MN II 111; 1669/70 Inscriptio folio IIr: Pars I. Physices. De Principiis Corporis Naturalis, Natura, Arte, Violento. item de Motu, Loco, Vacuo, Infinito, Continuo et Tempore. incepta 1669 22.do die Junii..... Inscriptio folio IIIr: Tractatus I in octo Libros Physicorum traditus ab .....P: Paulo Metzger Ordinis S. Benedicti in Antiquissimo Monasterio ad S. petrum Salisburgi Monacho, Artium Liberalium et Philosophiae Doctore et Professore Ordinario, nec non eiusdem facultatis pro tempore Decano spectabili. etc. Exceptus â me. F: Amando Kerner eiusdem Ordinis Monacho Monasterii Seittenstettensis ad beatam Virginem professo, Physices ac Casuum conscientiae studioso. 1670: fol. 1 - 382r cum Indice Rerum Omnium fol. 382v - 387v. Initium Prooemii fol. 1r: Hactenus philosophi monitum obsecuti.... Clausula fol. 382r: absolvimus 8 februarii 1670.....

Arch. Cod. 34 R (XVIII 3 m)

4°; 420 (vide infra!) + 53 foll; teg. a2 ut in cod. MN II 111

a) (Commentarius in Aristotelis Physicam = Pars II. Physices seu Physica Specialis): primitus fol. 1 - 414, sed nunc fol. 1 - 117 excisa sunt; sequitur Index fol. 1 - 6r. (fol. 6r numerus anni: 1670) Clausula fol. 414v: absolvimus primo die Septembris .....

b) Commentarius in Aristotelis Metaphysicam. 1670. 2 September: fol. 1 - 51 cum Indice fol. 52
Initium fol. 1r: Pars ista philosophiae tertia uti tempore ultima...
Clausula fol. 51r: Absolvimus 19. die Septembris.....horâ pomeridianâ quo tempore eram in examine pro subdiaconatu 1670.
Clausula altera fol. 52r: ....haec diuturno labore conscripta a me Fratre Amando (Kerner) sunto. P. (= Professo) Benedictino Seittenstöttensi.
In dorso: Physicae Reverendi P. Pauli Mezger Ordinis S. Benedicti, ad S. Petrum Salisburgi Pars II.

Bibl. Cod. MN II 117

450 foll; teg. a2; scriptus non post annum 1669 (Jus Civile smeu In L Libros Digestorum): fol. 1 - 447r cum Indice Titulorum (alphabetico) fol. 448 sequu.

Initium Proemii fol. 1r: Antequam imperium nostrum vel potius pars eius Orientalis.....

Nota possidentis in parte adversa tegumenti ab intrinsecus: Ex Libris Pauli Mayr J: V: L: (= Juris Utriusque Licentiati aut Juris Utriusque Lectoris) Advocati Regiminis Landishuti Anno Domini 1669.

Auctor et scriptor ignoti.

Arch. Cod. 3 X (A 65)

184 pagg; 4°; tegumentum fragmentum membranaceum commentarii cuiusdam in Psalmos saec. XIV. aut XV. scriptum

Anthologia Sacra

a) Titulus litterarum ad Joannem Philippum de Lamberg Principem Episcopum Passaviensem (1689 - 1712) datarum: p. 1 (NB! Folium primum additum est, cum tomus noster tegumento includeretur.)

b) Minimum fragmentum Lexici Theologici aut Canonistici continens Litteram A a voce Abortum usque ad vocem Absolutio: p. 3

c) Der (!) Sequens von dem allerheyligisten Sacrament des Leibs, und Blueths unsers einigen (?) Heylandt Jesu Christi. (Sequentia Lauda Sion Latine et Germanice): p. 7 - 14

d) Prophetia Sancti Malachiae ē Monacho Penchorensi Archi-Episcopi Ardiniensis Hiberniae Primatis: p. 15 - 24. (Videtur haec pars tempore Innocentii X Pontificis Maximi 1644 - 1655 scripta esse, cum nomina Pontificum Maximorum usque ad Alexandrum VIII 1689 - 1691 postea adderentur. Tota Prophetia Latine composita est.)

e) Verzaichnis der Siben Privilegierten Altär zu Rom (Germanice): p. 24 - 39

f) Oraculum ĉleberrimum, quod divinitus Sancto Patri Benedicto factum fuisse perhibetur: p. 40 - 41

g) (Variae Indulgentiae): p. 41 - 48 (p. 45 sub Clemente X Pontifice Maximo 1670 - 1676 scripta est.)

h) (Poemata spiritualia Latina): p. 49 - 59

i) Indulgentiae Coronis Domini nostri Jesu Christi concessae: p. 60/64

j) (Poemata spiritualia Latina, partim cum translatione Germanica): p. 65 - 87

k) Arbor Consanguinitatis Illustrissimae, Antiquissimae Dominorum Comitum à Stil et Hefft...: p. 88 - 89

l) Syllabus Sive Succincta descriptio Nominum, Vitarum, Operumque â Reverendissimis Dominis Dominis Huius Seittenstettensis Asceterii Abbatibus Habitorum: p. 91 - 101

P. 88 - 101 ab alia manu scriptae; p. 101 ante mortem Abbatis Pauli de Vitsch (1729 - 1747) scriptam esse puto, mortem autem huius abbatis postea additam.

P. 102 - 184 vacuae.

Scriptor, qui probabiliter idem et compilator, ignotus.

Bibl. Cod. MN II 119

993 pagg; teg. a1; script. 1671

(Logica): p. 1 - 992

Initium Proemii p. 1: Ingressuri stadium (!) Philosophicum â logica incipimus.....Clausula p. 992: absolvimus 13 Julii. 1671 incoepimus 7 Januarii.

Numerus anni 1671 invenitur etiam p. 546 in margine superiore. Qua in pagina (uti videtur ab ipso scribente codicem) Arbor Porphyriana calamo atramentoque depicta est. Cuius in arboris stipite nomen Frater Meinradus Higger facile reperies.

Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 120

1184 pagg; tegumentum penitus abscissum; script. 1672

(Physica Aristotelis)

a) (Disputatio I - IV In octo Libros Physicos): p. 1 - 784 (folium primum deest!) Clausula p. 784: Absolvimus octo physicos Anno 1672. die quarta Maii. sine omni omnino schmausß.

b) Disputatio quinta. In quatuor libros Aristotelis De Coelis: p. 791 - - 861. Initium: Explicatis illis quae de ente mobili in communi....

c) Commentarii Continuatio Disputatio sexta. In Duo (!) libros de generatione et Corruptione: p. 871 - 989. Initium Quaestionis Primae: Dicendum est primo Dari generationem et corruptionem.....

d) Continuatio Commentarii. Disputatio Octava (!). De quidditate, quotuplicitate, et proprietatibus animae in communi: p. 1055 - - 1134. Initium Articuli Primi: Dari animam procerto habemus....

e) Continuatio Commentarii. In philosophiam universam aristotelis. Disputatio Nona in quatuordecim libros metaphysicos aristotelis: p. 1134 - 1168. Initium Quaestionis Unicae: Dicendum est primo metaphysica est scientia speculativa entis realis.....
Eosdem tractatus continet codex MN II 107 (de quo supra p. 67!), partes c - b - d - e etiam codex MN II 121 (quem vide infra!)!
Auctor ignotus.
Scripturam si comparaveris codicis nostri cum codice praecedente MN II 119, fortasse putabis etiam codicem nostrum a F. Meinrado Higger scriptum esse. Sunt tamen quaedam differentiae (ex. gr. forma litterae t); qua de re talem opinionem ne dixeris certam!

Arch. Cod. 34 - 8 (XVIII 3 h)

4°; 726 pagg; tegumentum membranaceum, saec. XIV. aut XV. manu scriptum; scriptus 1673

a) Commentarius Quintus De Actibus Humanis: p. 1 - 357. Initium p. 1: Actus humanus ille dicitur.....

b) Commentarius Sextus De Vitiis et Peccatis In Primam Secundae Divi Thomae à quaestione 71. usque ad 90: p. 357 - 701. Initium Quaestionis Primae p. 357: Praesupponendum primo nomine vitii et peccati hic intelligi.....
In parte adversa tegumenti litterae initiales: P M H, quas litteras P. Martinum Riesenhuber archivarium probe ita legisse puto: P. Meinradus Higger. Qui codicem nostrum anno 1673 videtur scripsisse; nam eosdem commentarios continet etiam codex MN II 124 (vide infra!) anno 1673 scriptus. Partem b codicis nostri insuper exhibet pars d codicis MN II 128 (cuius tamen pars b scripta est anno 1676!)
Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 121

173 + 107 = 280 foll; teg. a1; script. 1672

a) Continuatio Commentarii in 2 libros de Generatione Et Corruptione: fol. 1 - 86r. Initium Quaestionis Primae fol. 1r: Dicendum est primo, dari generationem et corruptionem.....(= Initium Disputat.sextae)

b) Disputatio Quinta In 4. libros Aristotelis De Caelis: fol. 97 -170a. Initium fol. 97r: Explicatis illis quae de ente mobili in communi... Clausula fol. 170ar: absolvimus libros de Caelis 13 Augusti 1672...

c) Continuatio Commentarii Disputatio Octava In 3 libros Aristotelis De anima: fol. 1 - 67 (= 174 - 240). Initium Quaestionis Primae fol. 174r: Dari animam pro certo habemus..... Clausula fol. 240v: absolvimus libros de anima 13 Julii 1672 post prandium Und eß hat gleich die Sonen drauf geschinen mit günstigen Wolken. NB. in einer halben fiertl stundt regnet es wider.

d) Continuatio Commentarii In Philosophiam universam Aristotelis. Disputatio 9. in 14 libros Metaphysicae Aristotelis: fol. 67v - 100v.= = 240v - 273v. Initium Quaestionis Unixcae f[illegible]. 241r: Dicendum est primo: Metaphysica est scientia speculativa realis entis..... Partes easdem continent etiam codices MN II 107 (supra p. 67!) et MN II 120 (supra p. 75/76), sed ordine b - a - c - d dispositas. Auctor et scriptor ignoti.

Arch. Cod. 34 - 2 (XVIII 3 h)

fol. mai.; 552 pagg.; teg. c1; script. ca. 1670

Manuscripta Reverendissimi Domini Domini Seitenstettensis Abbatis Benedicti Abelzhauser Quonxdam Clarissimi Moralium Professoris in alma Universitate Salisburgensi collecta 1767 (!)

a) Casus de Sacramentis in genere, et potissimum de Administratione Eorundem, in usum Eorum, Qui in Miniwsterium et Evangelium Dei cum Gentium Apostolo sunt segregati: p. 1 - 264

b) Casus resoluti pro Confessariis: p. 265 - 508

c) Casus speciales in confessione: p. 509 - 552

Inscriptio libri memorat Benedictum Abelzhauser, qui circa annum 1670 Salisburgi Sacram Disciplinam docuit et postea 1687 - 1717 Monasterio Seitenstettensi praefuit, auctorem et scriptorem istorum tractatuum esse. Ergo non multum falletur, qui haec manuscripta circa annum 1670 orta esse ratus erit.

Bibl. Cod. MN II 123

364 pagg; teg. a1; script. ca. 1670

a) Libri aliquot De variis controversiwsticis fidei materiis: p. 5 - - 164. Initium Proemii p. 7: Videbat olim de nocte vir desideriorum et magnus Propheta Daniel.....

b) Libri aliquot De variis et selectioribus Sacrae scripturae legibus: p. 171 - 349. Initium p. 173: Praefatio et intentio operis. Nun-

quam non opere (!) pretium duxi et summi momenti esse iudicavi.... Inscriptio dorsi: Controversistica MS. de Religione et S. Scriptura. Auctorem huius codicis P. Benedictum Abelzhauser esse proximus codex (34 - 23) manifestabit, quippe qui eosdem tractatus contineat. Sed codicem nostrum fortasse ipse auctor sua manu scripsit. Etiamsi codex proximus anno 1672 exaratus est, tamen non pro certo habeo etiam codicem nostrum in illo anno scriptum esse. Nam anno 1672 auctor noster iam Prior monasterii Seitenstettensis fuit; atqui veri simile est composuisse eum tractatus nostros, quamdiu Salisburgi Theologiam controversisticam tradidit. Ergo circa annum 1670 scriptum esse codicem nostrum puto, siquidem ipse auctor codicem scripsit. Dubitandum vero est, num codex noster praeparatio ad lectiones Theologicas habendas sit. Etenim inscriptio "Libri aliquot" magis videtur indicare auctorem hos libros praelio committere voluisse.

Arch. Cod. 34 - 23 (A 77)

8° 8°min.; 300 pagg; tegumentum folium membranaceum modis musicis ornate inscriptum; script. 1672

a) Libri aliquot de praecipuis ac selectioribus Sacrae Scripturae materiis. Admodum Reverendi Religiosissimi et clarissimi Domini Patris Benedicti Abelzhauser; monachi Benedictini in Seittenstöttn, ibidemque Prioris dignissimi: p. 1 - 159. Initium: Praefatio et intentio operis. Nunquam non operae pretium duxi.....

b) Libri aliquot De Variis Controversisticis Materiis. 1672. Mense Novembris: p. 163 - 299. Initium: Videbat olim de nocte vir desideriorum et magnus Propheta Daniel.....

Eosdem libros continet etiam codex praecedens MN II 123, sed ordine inverso. Scriptor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 124

121 + 120 foll; tegumentum folium membranaceum saec. XV. modis musicae sacrae ornate inscriptum; script. 1673,1676

a) Commentarius Quintus De Actibus Humanis: fol. 1 - 117 cum Indice In Tractatum De Actibus Humanis fol. 118r - 120r.
Initium fol. 1r: Actus humanus ille dicitur.....

Clausula fol. 117v: Absolvimus Die 26 Augusti 1673

b) Comentarius In Tractatum De Vitiis Et Peccatis: fol. 1 - 75 (=122 - 196) cum indice rerum alphabetico fol. 77 - 118 (= 197 - 238)
Initium Quaestionis Primae: fol. 122r: Praesuppono primo: nomine vitii et peccati hic intelligi.....Nota fol. 196v: Clauditur nè sic Theologia Seittenstettensis?

c) 1676 Casus Reverendissimo Nostro Moderno (scilicet abbati Seitenstettensi Adamo Piringer?) reservati: fol. 119 (=239)v. (6 Casus)

d) Casus Episcopo reservati: fol. 120 (=240)r. (8 Casus)

Partes a et b inveniuntur etiam in codice 34 - 8 (vide supra p. 76!), pars b insuper in parte d codicis MN II 128 (vide infra!).
Auctor et scriptor ignoti.

Bibl. Cod. 97.1.12

fol; 140 foll; teg. a2; script. non post annum 1675

Gehaimbe Instruction.....Waß einem Hoff Cammer Rath in Rechts Sachen Politicis und Oeconomia zu wissen ist und obliget.
Parti adversae tegumenti haec inscripta sunt: A. A. Z. S. 1675 = Adam Abt Zu Seittenstetten 1675 (scilicet: tegumento hoc munivit librum). Qua de re codex noster non post annum 1675 scriptus sit oportet.
Scriptor et auctor ignoti.

Bibl. Cod. MN II 126

632 pagg; teg. a2; script. non post annum 1676

a) (Tractatus De Vitiis et Peccatis): p. 9 - 540
Initium Disputationis Primae De natura Distinctione et comparatione peccatorum: ad quaestiones 71: 72: 73: S: Doctoris p. 9: Quamvis Divus Thomas ad Dicta quaestione 71: de vitiis et peccatis disputare incipiat.....

b) Tractatus sextus De Legibus: p. 541 - 632 (mutilus!)
Initium p. 541: Materiam De legibus quam Divus Thomas a quaestione 90: usque ad 118: inclusive prosequitur.....
Inscriptio dorsi: M S. de Peccatis ac Legibus 1676. Qui tamen numerus annalis num indicet annum, quo scriptus sit codex noster, dubitandum est. In parte enim adversa codicis haec scripta sunt: .A.A.Z.S. 1676 = Adam Abt zu Seitenstetten 1676, scil. tegumento inclusit codicem. Num vero eodem anno scriptus sit, incertum est.
Auctor et scriptores (nam plures manus distinguendae sunt) ignoti.

Quae tamen maximam partem huius codicis scripsit, eadem manus etiam sequentem codicem exaravit eundemque partim forte 1676 scriptum.

Bibl. Tom. 91.1.51

Ad 24 sermones selectos, eosque Viennae ab anno 1658 usque ad annum 1678 typis mandatos sequuntur in 226 paginas variae orationes academicae ab una eademque manu sctiptae. Sunt autem hae orationes:

Oratio de Nativitate Christi; pp. 1-8
Oratio qua Immaculata Mariana Conceptionis purita adumbratur pp. 9-16 (1674)
Oratio de Immaculata Conceptione B.M.V. pp. 17-21a
Alia de eadem, pp. 21a-26
Congregatio B.M.V. in coelos assumptae pp. 27-30 (1674)
Oratio qua nata Deipara ver gratiae attalisse demonstratur (pp. 31-38)
Festum S. Stephani, pp. 39-46, cum chronogrammatibus 1666-1671
Oratio qua S. Ignatius Rosae comparatur pp. 47-62
Oratio de S. Francisco Xaverio, pp. 63-74
Oratio de S. Francisco Borgia, pp. 75-89
Oratio; Beatus Aloysius comparatur nauarcho, pp. 91-102
Oratio, in qua laudatur factum Aloysii, quod Maschio-natum contempserit, pp. 103-114
Corona matris suae B. Aloysius Societatis Jesu filius pp. 115-126
Oratio de modestia B. Aloisii pp. 127-142
Oratio qua beatus Aloysius in Iride repraesentatur pp. 143-154
Oratio qua B. Aloysius Avi Paradisiacae comparatur pp. 155-170
Oratio seu descriptio paraenetica D. Catharinae Rhetorum ac Philosophorum Principis pp. 171-186
gratulatorium Epicedium de Sanctis Innocentibus pp. 187-198
Oratio, In qua ostenditur nobilius esse vincere eloquentia quam Marte, pp. 199-210
Chria verbalis; Suadetur voluptatis fuga pp. 211-218
Oratio in Dominica 5. post Pascha, pp. 219-226

Tegumentum totius libri chartaceum folio membranaceo factum et in dorso titulo Orationes selectae inscriptum. IV^to in tegumento priore a latere inferiore inscriptum est: Dono accepit à R. M. Philippo Jacobo Franz Domino Parocho in Opponitz 1684. P. Leopoldus (Wimmer tunc temporis confessarius in S. Sanct. Trinitatis Monte) Putandum est has orationes Viennae in Collegio Societas Jesu habitas esse.

Bibl. Cod. MN II 127

834 pagg; teg. a2; script. non post 1676, vix ante1673

a) Tractatus Tertius De Angelis: p. 9 - 245. Initium p. 9: Considerationem Divinarum processionum ad intra recto ordine subsequitur...

b) Tractatus quartus In Primam Secundae De actibus humanis: p. 261 - 646. Initium Proloquii p. 261: Postquam S. Doctor in prima parte disputavit de Deo ut est in se.....

c) (Tractatus De Conscientia): p. 661 - 834. Initium p. 661: Post absolutam considerationem actuum humanorum.....

Pars a codicis nostri eundem tractatum exhibet, quem pars b codicis sequentis MN II 128, traditum a P. Paulo Mezger Monacho Benedictino ad S. Petrum Salisburgi Professo et absolutum quinto idibus (=9.) Aprilis Anno 1676.

Item pars b codicis nostri eundem tractatum continet, quem pars c codicis MN II 128, cuius tamen partis neque auctorem probe scimus neque quo anno scripta sit. In parte enim adversa tegumenti inscriptum est: .A.A.Z.S. 1676 * Adam Abt Zu Seittenstetten (intellige: tegumento munivit codicem) 1676. Qua de re pars c codicis nostri non post annum 1676 scripta est. Atqui clausula partis b p. 646 haec annuntiat:"solent authores hic quaestionem De conscientia attexere quam.....sequenti anno expediemus" Ergo veri simile est partem b non post annum 1675 scriptam esse. Sed certo etiam pars b non multum ante annum 1676 tradita exceptaque est. Scriptor ignotus, etiamsi codicem nostrum eadem manus exaravit, quae maximam partem codicis praecedentis MN II 126.

Pars c codicis nostri eundem tractatum continet, quem cod. 34 - 14 in parte a, eumque a P. Paulo Metzger traditum (anno 1678), mutato tantum prooemio. (Vide infra p. 84/85!)

Bibl. Cod. MN II 128

110 + 107 + 70 (140 pagg) = 287 foll; teg. a1; script.ca.1676

a) Tractatus secundus De Deo Trino: fol. 1 - 54r. Initium Proemii fol. 1r: Loqui incipimus de ineffabilis Trinitatis mysterio....

b) Tractatus tertius De Angelis: fol. 54v - 105. Initium fol. 54v: Considerationem divinarum processionum ad intra..... Clausula fol. 105v: Absolvimus hunc tractatum quinto idibus (= 9.) Aprilis Anno 1676. Sub....~~Domino~~ Patre Paulo Mezger.(De quo supra MN II 127)

c) Tractatus quartus In primam secundae De actibus humanis: fol. 1 - 102v (=111 - 212v). Initium Proloquii fol. 111r: Postquam S. Doctor in prima parte disputavit de Deo ut est in se....

d) Commentarius sextus. De Vitiis et Peccatis. In primam secundae Divi Thomae. A Quaestione 71 usque ad 90: pag. 1 - 139 (= fol. 1 - 70r = fol. 218 - 287r). Initium Quaestionis primae p. 3: Praesupponendum primo nomine vitii et peccati hic intelligi...

Partem b codicis nostri continet etiam pars a codicis MN II 127 (Vide supra p. 80!); item pars c codicis nostri eadem est atque pars b codicis eiusdem eaque, ut p. 80 monstravimus, non post annum 1675, fortasse ipso anno 1675 scripta. Porro partem d codicis nostri reperies in parte b codicis 34 - 8 (supra p. 76!) et in parte b codicis MN II 124, anno 1673 scripti (supra p. 79!).
Scriptor totius codicis nec non auctor (vel potius auctores?) partium a, c, d ignoti.
Eadem manus, quae nostrum, etiam codicem sequentem scripsit.

Bibl. Cod. MN II 129

II + 184 foll; teg. a1; script. 1676

Tractatus Theologicus De Arcano Incarnationis mysterio: fol. 1 -182
Initium fol. 1r: Postquam S. Doctor in prima parte egit de Deo secundum se uno et Trino....(= Initium Proemii)
Clausula fol. 182r: Absolvimus hunc tractatum 5. Octobris. 1676. Sub .....Patre Gregorio Wimberger Professo Cremiphanensi.
Scriptor ignotus, quamquam etiam codicem praecedentem MN II 128 scripsit.

Bibl. Cod. MN II 130

II + 301 + 200 + 121 = 624 pagg; teg. a2; script. 1673/74,1678

a) Commentarius In Librum Secundum Decretalium De Processu Iudiciario, Quem, In Lincensi Caesarei Collegii Societatis Jesu Gymnasio, Praeside Reverendo P: Bellone eiusdem Societatis Jexsu, Artium Liberalium et Philosophiae Doctore, eiusdemque Facultatis pro tempore Decano Spectabili, nec non Sacrorum Canonum Professore Ordinario. Scriptis excepit Adamus Ferdinandus Xaverius Wimmer, Philosophiae, et Sacrorum Canonum Studiosus, Anno ~~1673:~~ p. I, II, 1 - 298
Nota p. II: Continet hic Liber Secundus Decretalium Epistolarum Gregorii Noni Summi Pontificis 30 Titulos, quorum 23 tantum dictavit Lincii, R. P. Bellone, è Societate Jesu. Reliquos verò 7 - ne mancum relinquerem Opus - Salisburgi, ex Dictatis ....P. Ruperti Kympfler, Juris Utriusque Doctoris, Professi Benedictini Cremifanensis, de facto verò Reverendissimi Domini Domini Abbatis in Gleinckh Collegi Anno ~~1678~~.
Initium in II. Librum Decretalium: Prooemium. Expeditis priori libro variis iudicum tam ordinariorum, quam delegatorum officiis...

b) Commentarius in Librum Tertium Decretalium, Gregorii IX Summi Pontificis. Traditus In Lincensi Caesarei Collegii Societatis Jesu Gymnasio, â Reverendo Patre Georgio Szavatkay, eiusdem Societatis Jesu, Artium Liberalium et Philosophiae Doctore, eiusdemque Facultatis pro tempore Decano Spectabili, nec non Sacrorum Canonum explanatore, ac Professore Ordinario. Exceptus Ab Adamo Ferdinando Xaverio Wimmer Philosophiae et Sacrorum Canonum Studioso. Anno 1674. p. 1 - 198 (=302 - 500)
Initium Tractatus In librum tertium Decretalium p. 1: Priore libro actum est de iudiciis.... Clausula p. 198 (=500): die 7 Septembris, Anno 1674

c) Controversiae Fidei Explanatae Ab.....Patre Edmundo Manincor, Ordinis S. Benedicti, in Celeberrimo, et Antiquissimo Monasterio Admontensi Professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore, et Controversiarum fidei Professore Ordinario. Exceptae â me Fratre Leopoldo Wimmer eiusdem Ordinis in Seittenstetten Professo. Anno 1678: p. 1 - 115 (=503 - 618)
Initium Prooemii in Controversias: Diversa ad studia diversi incumbunt,.....Clausula: .....Anno 1678
Inscriptio partis adversae tegumenti: F L W P S (= Frater Leopoldus Wimmer Professus Seittenstettensis) 1 6 8 1 (quo anno tegumento inclusus est liber)
Nota p. 210: huc usque P. Bellone S. Jesu. NB: residui 7 tituli Salisburgi ex Scriptis R. P. Ruperti Kympfler sunt Collecti.

Bibl. Cod. MN II 131

VI + 308 + 167 + 408 = 891 pagg; teg. a2; script. 1675, 1678

a) Commentarius in Librum Quartum Decretalium. De Sponsalibus, et Matrimoniis. Quem in Lincensi Caesarei Collegii Societatis Jesu Gymnasio, Praeside Reverendo P. Marcellino Coronino, eiusdem Societatis Jesu, Artium Liberalium et Philosophiae Doctore, eiusdemque Facultatis pro tempore Decano Spectabili, nec non Sacrorum Canonum Professore Ordinario, Scriptis excepit Adamus Ferdinandus Franciscus Xaverius Wimmer, Philosophiae et Sacrorum Canonum Studiosus, Anno 1675: p. V, VI, 1 - 308
Nota p. VI: Continet hic Liber 4 Decretalium Epistolarum Gregorii, Viginit et unum titulum, quorum 14 tantùm dictavit Lincii, R. P. Marcellinus Coroninus è Societate Jesu. Reliquos verò 7 - ne mancum relinquerem opus - Salisburgi ex dictatis ....P. Ruperti

Kympfler, Juris Utriusque Doctoris, Professi Benedictini Cremifanensis, defactò Domini Domini Abbatis in Gleinckh, collegi. Quibus etiam, praeter diversas Consanguinitatis, et affinitatis tabulas, aliaque ad forum matrimoniale perutilia, accesserunt Collegia privata, ab eodem Clarissimo Domino Patre Ruperto Kimpfler Salisburgi ultimo anno, anteqam ad Abbatialem dignitatem eveheretur, doctissimè elaborata, atque huc pro meliori Repetentis progressu reducta. Anno 1678.

Initium in quartum Decretalium librum p. 1: Priusquam huius libri expositionem aggredior, paucis exponam methodum.....

Nota p. 211: Huc usque R. P. Marcellinus Coronino è Societate Jesu, in Caesareo Societatis Jesu Collegii Linzcensis Gymnasio Philosophiae Decanus, et Sacrorum Canonum Professor Ordinarius dictavit, praeventus vero (?) ab Autumnalibus feriis coronidem imponere non potuit, quare Salisburgi reliquos 7 titulos ex dictatis ...P. Ruperti Kympfler, defacto Abbatis Gluniacensis, collegi, et ita tunc librum quartum Decretalium adiuvante Dei gratia absolvi.

Perpulchrae tabulae ad varia genera, variosque gradus impedimentorum matrimonialium explicandum: p. 293 - 308

b) Sequuntur pro Supplemento reliquorum foliorum, Notata quaedam ex Collegio Juris Canonici: p. 308, 1 - 166 (=308 - 474) (42 Collegia). Haec notata excerpta esse e collegiis privatis a P. Ruperto Kympfler anno 1677 habitis Nota paginae VI, quam supra deprompsimus, demonstrat. Conclusio p. 166 (=474): Finis huius materiae 1678.

c) Commentarius in Librum Quintum Decretalium. De Accusationibus, Inquisitionibus, et Denunciationibus. Quem In Almâ et Archiepiscopali Universitate Salisburgensi. Sub Praesidio .....P. Rudperti Kimpfler, Juris Utriusque Doctoris, Professi Benedictini Cremifanensis inchoavit, Sub Tutamine ....P. Josephi Mezger, Juris Utriusque Doctoris finivit, Fr. Leopoldus Wimmer Ordinis Divi Benedicti, in Seittenstetten Professus. Anno 1678. manu propria: p. 168, 169, 1 - - 407 (= 476 - 884).

Nota p. 169 (= 477): Dictavit P. Rudpertus Kimpfler, defactò Reverendissimus in Gleinckh, praesentis libri materiam, usque ad titulum 10, De his, qui filios Occiderunt. Cuius vices - Vacante tamen per totam Quadragesimam Lectionis huius Cathedrâ - Subivit ...Pater Josephus Mezger, Ordinis Divi Benedicti, ad S. Petrum Salisburgi Professus, ibidemque Prior meritissimus, Juris Utriusque Doctor et Almae Benedictinae Universitatis Salisburgensis Procancellarius dignissimus, totumque quintum tunc Decretalium Librum ad finem usque feliciter continuavit. Anno 1678.

Initium Commentarii in quintum Librum Decretalium Gregorii 9, Summi Pontificis: p. 1 (= 478): Postquam in libris praecedentibus....
NB: p. 175 (= 653): Post discessum Clarissimi Domini Patris Rudperti, defacto Abbatis in Gleinckh, qui usque ad Decimum hunc titulum dictavit: Secutus est Clarissimus Dominus P. Josephus Mezger, Prior ad S. Petrum; qui dictavit sequentem, â praesenti incipiendo titulo, materiam; die 18 Aprilis anno 1678.
Clausula p. 407 (=884): Absolvimus hunc tractatum 8 Octobris 1678.
Inscriptio partis adversae tegumenti: .F L W PS. (= Frater Leopoldus Wimmer Professus Seittenstettensis) .1 6. 78.

Bibl. Cod. MN II 132

IV + 454 pagg; teg. a2; script. 1678

a) Tractatus de Gratia Traditus ab....P. Paulo Metzger exceptus a Fr. Leopoldo Wimmer Seitenstettensi professo anno 1678 (Inscriptio p. IV graphitide scripta): p. 1 - 354
Initium p. 1: Tractatus Secundus.De gratia. Postquam S. Doctor, in prima secundae tractavit de legibus,.....
Clausula p. 354: Absolvimus hunc tractatum 8 Julii, 1678.

b) Tractatus III. (De Virtutibus Theologicis Fide, Spe, et Charitate): p. 355 - 449.
Initium p. 355: De Fide. Pergimus ad secundam secundae Divi Thomae, ubi tractatur de virtutibus et vitiis oppositis in particulari....
Clausula p. 449: Absolvimus hunc tractatum 8 Octobris 1678. Finis huius materiae Anno 1678. Inscriptio tegumenti ut in codice MN II 131 (vide supra!)

Ardh. Cod. 34 - 14 (XVIII 3 h)

4°; 236 pagg. + 127 foll.(=254 pagg.) = 490 pagg; teg.a1;1678

a) Disputatio unica. De conscientia. Dictata ab Admodum Reverendo... Patre Paulo Metzger, Ordinis Divi Benedicti, Celeberrimi, et antiquissimi monasterii ad S. Petrum Professo: Sacrosanctae Theologiae Doctore, eiusdemque in Alma, ac Benedictina Universitate Salisburgensi Professore ordinario: et Scriptis collecta â Fr. Leopoldo Wimmer eiusdem Ordinis Professo Seittenstettensi Sacrosanctae Theologiae, et Sacrorum Canonum studioso Anno 1678:p. 1 - 236.
Proaemium (Scriptoris) p. 2: Post Absolutum Tractatum de gratia, fide, spe, et charitate, quem Deo ordinante collegi â Clarissimo Patre Paulo Metzger hunc quoque Tractatum de conscientia in mino-

ribus vacationibus non quidem propriô, sed alieno scriptionis Marte adiicio.....

Initium Articuli Primi: Quid et Quotuplex sit conscientia? p. 3: Dari conscientiam de fide certum est.....

b) Tractatus Theologico-moralis de Praeceptis Decalogi, et per occasionem de Ecclesiasticis praeceptis virtutibus Theologicis, moralibus et vitiis oppositis: fol. 1 - 127v (pag. 237 - 490)
Initium fol. 1v (= pag. 238): § primus: Quid sit Fides, et quod eius obiectum materiale? Praenoto cum Deum colere non possimus....
Inscriptio dorsi: P. Paul Mezger Tractatus de Conscientia et Praeceptis decalogi tribus primis M. S. a F. Leopold (!) Wibmer (!) Seittenstettensi.
Pars a codicis nostri eundem tractatum continet, quem etiam codex MN II 127 in parte c, mutato tamen prooemio. (Vide supra p. 80!)

Bibl. Cod. MN II 133

886 pagg; teg. a2; script. 1679/80

Tractatus Theologici. De Deo Uno, trino, et Angelis: Explicati Ab... P: Gregorio Wibmperger Ordinis S: Benedicti Monasterii Cremifanensis Professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore, et Professore ordinario: Excepti A. Religioso Fratre Leopoldo Wimmer eiusdem Ordinis in Seittenstetten professo: Anno 1679.

a) (Carmen prooemiale) p. 2: Nescio, Cur asini responsio dicitur esse?
Nescio prudentis dum quoque Sermo Viri est
Dic mihi, quâ ratione Deus Sit Trinus,et Unus?
Nescio, Si dicas, tunc Sapienter ais.

b) (Sex) Tractatus Theologici.De Deo Uno, et Trino. In primam partem Sancti Doctoris Angelici: p. 3 - 720
Initium Proaemii (in Sacrosanctam Theologiam): p. 3: Quanta sit Theologiae dignitas et excellentia..... Clausula tractatus quinti p. 549: Absolvimus hunc tractatum 2 die Septembris, Anno ....1679.
Initium (Proaemii) Tractatus Sexti. De Sacratissimo Trinitatis mysterio: Sicut inter Omnia fidei Catholicae mysteria.....
Clausula tractatus sexti p. 720: Absolvimus hunc tractatum 27 Januarii die S. Joanni Chrysostomo Sacro, Anno 1680.

c) Tractatus Theologicus. De Angelis: p. 720 - 886. Initium (Prooemii) p. 720: Postquam cum S. Doctore de Deo secundum se, Uno, et Trino actum est.... Clausula p. 886:....13 Aprilis Anno 1680.....
Inscriptio in parte adversa tegumenti: F L W P S (= Fr. Leopoldus Wimmer Professus Seittenstettensis) 1680

Bibl. Cod. MN II 134

II + 566 + 192 = 760 pagg; teg. a2; script. 1680, 1678

a) Commentarius In Librum I Decretalium. De officiis, et Ecclesiae Minxistris. Quem In Alma, et Archiepiscopali Universitate Salisburgensi, Sub Praesidio .....Consxultissimi Domini P: Caelestini Sfondrati Ordinis S: Benedicti, Illustrissimi Monasterii ad S: Gallum in Helvetia Professi, Sacrosanctae Theologiae, et Juris Utriusque Doctoris, nec non Sacrorum Canonum Professoris ordinarii, Scriptis excepit Religiosus Fr: Leopoldus Wimmer eiusdem Ordinis ad Divam Virginem in Seittenstetten Professus. Anno 1680: p. 1 - 564
Nota p. II: Dictavit Proaemium, Una cum tribus primis titulis huius libri primi Decretalium, ...Pater Volpertus Mozl Ordinis S: Benedicti, in Celeberrimo Bavariae Monasterio Shyrensi Professus. Verùm, quia morte praeventus erat, huius Vices Supplens, integrum hunc librum primum dictavit, et absolvit.....Pater Caelestinus Sfondrati, Ordinis S. Benedicti in Celeberrimo Monasterio ad Divum Gallum in Helvetiâ Professus, Juris Utriusque Doctorxx et Sacrorum Canonum Professor Ordinarius, Anno 1680.
Initium Prooemii.De Utilitate, et Necessitate Jurxis Canonici: p. 1: Ut in ipso Jurxis Canonici ingressu praeviis velut vestigiis,....
Clausula p. 564: Et hic esto Libri primi Decretalium finis, 26 Auxgusti 1680

b) Loca obscuriora et difficiliora Sacrae Scripturae: Illustrata ab... ...Patre Josepho Mezger, Benedictino in Antiquissimo Monasterii S. Petri Odeo Salisburgi Professo, Sacrae Scripturae Professore Ordinario. Scriptis Excepta â Fratre Leopoldo Wimmer Ordinis S. Benedicti in Seittenstetten Professo. Anno 1678: p. 1 - 192
Initium Praefationis p. 1 (= 569): Scriptura Divina, veluti immensum et profundissimum aequor est.....Clausula p. 192 (=760): Absolvimus hunc tractatum die 5 Octobris, S. Placido, Sociorumque illius Martyrum benedictae turbae Sacro, Anno 1678.
Inscriptio partis adversae tegumenti: F L W P S (= F. Leopoldus Wimmer Professus Seittenstettensis) 1681 (quo anno codex noster tegumento munitus est.)
NB! Nxta p. II, quam supra exscripsimus, ostendit totam partem a codicis nostri a P. Caelxestino Sfondxrati, qui postea Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis creatus est, traditam esse.

Bibl. Cod. MN II 135

470 foll; teg. a2; script. 1681

Miscellanea Sacro-Politica, Digesta In Orationes, Conciones, earumque themata, Symbola, et Declamationes. Collecta Ex diversis Authoribus, in alma, ac Archiepiscopali Universitate Salisburgensi. â Religioso Fr: Leopoldo Wimmer, Benedictino Seittenstettensi. Anno 1681

a) Currus triumphalis Divi Thomae Aquinatis. Oratio de S. Thoma Aquinate dicta ab.....P. Paulo Mezger, in aula Academica Salisburgi: fol. 4r - 11v. Thema: Equitatui meo in Curribus Pharaonis assimilavi te. Canticum Canticorum 1.9. (recte 1, 8!) Initium fol. 4r: Non ad Oratoria nostra convenisse vos hodie existimetis.....

b) Oratio de S. Thoma Aquinate dicta ab.....P. Paulo Mezger in aula Academica Salisburgi in festo Divi Thomae Aquinatis, Anno 1678: fol. 11v - 18v. Thema: Oraculum aureum. Fecit et oraculum de auro mundissimo. Exodi 37. Initium: Auream aetatem iam ab auri reperti tempxrore se perdidisse ingemiscunt miseri mortales.....

c) Oratio in festo S. Thomae Doctoris Angelici, dicta ab .... P. Josepho Metzger Ordinis Divi Benedicti in Celeberrimo Monasterio ad Divum Petrum Salisburgi Priore merixtissimo, in aula Academica Salisburgi 1679: fol. 18v - 27v. Thema: Columba, et Columna. Qui vicerit, faciam illum Columnam in templo Dei mei. Apocxal:3. Initium: SXistite gradum, et animum Duces et Milites Academici, atque Angelici..... Clausula: Non plus ultra. Dixi. 1679

d) Glorwürdige Ehren=Gedechtnuß der Bayrischen Amalasunthae, oder Laich Ehren-Predig, der Weyland Allerdurchlauchtigisten Frauen, Frauen Henriette Adelhaid, Churfürstin auß Bayrn. Gebohrner Königlichen Princessin auß Savoien etc: Gehalten durch den Ehrwürdigen P. Dominum Amedeum Hamilton, Clericum Regularem Theatinum, in den Neu erbauten Templ der P. P. (Patronum?) Adelaidis, Unndt Caietani Zum München, den 30 Merz (?) Anno 1676: fol. 28r - 46v.

e) Unius mors promotio alterius: fol. 46v - 49r. Nota in margine fol. 46v: Dixit (scil. hanc orationem) Nobilis et Consultus Dominus Bxxx Balthasar Braun ascendens Cathedram Juridicam post mortem Nobilis et Consulti Domini (Christophori) Blumlacher Salisburgi (anno 1674). Initium: A fine duco initium, finis vitae mors est.....

f) Oratio ad novos Dominos Doctorxes: fol. 49r - ~~50r~~ 53v. Initium: Salvete Doctorales laureae..... Nota in margine fol. 49r: Eiusdem Authoris (id est Baltxhasar Braun)

g) Quid magis conveniat sapienti Viro inopia, vel opes? fol. 53v - 57r Nota in margine fol. 53v: NB. Dicta fuit haec Oratio ab eodem Domino Doctore Balthasaro Braun, promovente alium ad Doctoratum. Initium: Arduum opus, opes Sapienti Viro vel addicere, vel abdicare:..

h) Petitio Baccalaureatūs habita â Praenobili Domino Leopoldo Tharenot (Tsarenot, Pharenot, Psarenot?), Provinciali Austriaco ad.... Patrem Suum Professorem, in eoque gradu Promotorem, in aula Academica Salisburgi 1679. Vocabatur autem Reverendus P. Professor, Petrus Wolgschaffn, ex antiquissimo monasterii(!) ad Divum Petrum Salisburgi Professus: fol. 57v - 58r. Initium: Postquàm multoties hactenus inter Sacrum et Saxum.....

i) Oratio die Beata Virgine Mariâ, dicta ab .....P. Paulo Metzger, Salisburgi in aulâ Academicâ, in festo Nativitatis Beatae Virginis Anno 1678:fol. 58r - 65r. Thema: Virga tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Psal. 22. Initium: Nutabat tota generis humani moles.....

j) Festum S. Jacobi Apostoli. Per Calicem Passionis S: Jacobus Maior se dignum Divinae Dilectionis, et Amicitiae constituit: fol. 65v - - 75v. Thema (huius concionis germanicae): Potestis bibere Calicem, quem ego bibiturus Sum? Matth. 20 Cap. Clausula fol. 75v: Dixit, et Composuit Reverendus Religiosus P. Probus Franciscanus, Concionator ordinarius in Cathedrali Ecclesia Salisburgi. 1679.

k) De Venerabili Sacramento: Concio dicta â P. Paulo Metzger in Ecclesia Cathedrali Salisburgensi, in Caena Domini Anno 1681: fol. 76r - - 89r. Thema: Positus hic est in Signum. Luc. 2. (Concio Germanica)

l) Notata Digniora. Ad Concionem rectè, et facilè componendam. Authore Admodum Reverendo P. Francisco Wismann è Societate Jesu Cathedralis Ecclesiae S. Stephani Viennae Concionatore: fol. 89v - 126v. Initium: Tria prae oculis habeat Sacer Orator.....

m) Mensura Nobilitatis, Opulentiae, et Scientiarum. Sive de S. Benedicto Oratio Panegyrica. Salisburgi in aula Academica habita 11 Julii 1680 â F. L. W. P. S. (= F. Leopoldo Wimmer Professo Seittenstettensi). Dedicata Reverendissimo, Nobili, ac Amplissimo Domino, Domino Ambrosio, Celeberrimi Inferioris Austriae Monasterii Seittenstettensis Ordinis S. Patris Benedicti Abbati Vigilantissimo, Meritissimo. Sacrae Caesareae Maiestatis Consiliario, etc. Patri Observandissimo, Domino Domino meo Gratiosissimo: fol. 126v - 142v. Initium Prooemii fol. 127r: Ausus Sum hoc anno duo..... Thema fol. 128r: Mensus est Civitatem de arundine aurea. Apocalypsis 21. Initium Orationis: Exulabat in Patmo Divini Cordis illud delicium,..... Clausula: et Orationis meae terminos Sic fixi, et Dixi. 1680.

n) Notata ex Concionibus P. Edmundi Manincor (Admontensis) Quos habuit tempore Quadragesimali in aula Academica Salisburgi 1680: fol. 143r- - 164v (Conciones Germanicae)

1)(Contra Avaritiam): Thema fol. 143r: Qui diligit mundum non est in eo Charitas Patris. Joann: 1. Cap. 2.

2) In Crapulam et Luxuriam: fol. 145v - 149v.

3) In Superbiam Vitae: fol. 149v - 155r.

4) Pro Dominica secunda Quadragesimae. ex Evangelio. Thema fol. 155v: Ad ultimum finem Universa sunt dirigenda. Levantes autem oculos suos neminem viderunt,nisi solum Jesum. Matthaei Capite 17.

5)In festo S. Joseph: fol. 156r - 160v. Thema: Venite ad me, ego sum Joseph. Genesis 45.

6)In malam suspicionem: fol. 160v - 164v.

o) S. Benedictus Aquila: fol. 164v - 168r. Nota in margine fol. 165r: 1680 in festo S. Benedicti ad S. Petrum Salisburgi, Capuccinus.

p) In malam Suspicionem: fol. 168v - 173v.(Videtur in hac concione P. Edmundus Manincor sermonem MN II 135n6 prosequi et perficere.)

q) (Caduca sunt omnia): fol. 173v - 175r. Nota in margine p. 173v: In Dominica Laetare P. Edmundus Seonensis. In aula Academica.

r) De Passione Domini: fol. 175r -175v. In margine fol. 175r: P. Vitus in Congregatione in Dominica Laetare. (Concio Latina deprompta)

s) Pulvis es, et in pulverem reverteris: fol. 175v - 176v.(Concio Latina.) Nota in margine fol. 175v: 19 Februarii P. Edmundus Seonensis in aula Academica. (Auctor est P. Edmundus Gramont!)

t) (De Sanctissima Trinitate): fol. 176v - 179r. Thema: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti Amen. Matth. ultimo. Nota in margine fol. 176v: P. Paulus Metzger in festo Sanctissimae Trinitatis in aula Academica Salisburgi 1 Junii 1681. (Latine!)

u) Oratio De Passione Domini nostri Jesu Christi: fol. 179v - 184r. Thema: Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me. Psal. 68. In margine fol. 179v: P. Paulus Metzger. (Latine!)

v) De Passione Domini nostri Jesu Christi: fol. 184v - 186v. Thema: Oblatus est, quia ipse voluit. Isaiae 53. In margine: P. Paulus Metzger (Latine!)

w) Oratio de Passione Domini nostri Jesu Christi: fol. 186v - 190v. Thema: Attritus est propter Scelera nostra. Isaiae 53. In margine fol. 186v: P. Paulus Metzger in die Parasceves 1681.

x) Symbola Varia: fol. 191r - 195r.

y) Symbola: De fraude et fide, erecta Salisburgi in festo Corporis Christi Anno 1678: fol. 195v - 201r: Unicuique symbolo subscribitur ~~dimeter~~ stichon elegiacum.

z) Emblemata habita in festo Corporis Christi, Salisburgi â Rhetorices Professore 1676: fol. 201r - 203v. (Iterum cum versibus imparibus!)

A) Emblemata. De humilitate, et superbia. In festo Corporis Christi, â Musis Salisburgensibus adumbrata Anno 1677: fol. 203v - 209v (cum versibus imparibus)

B) (Emblemata De Fide, et Fraude, Salisburgi Anno 1678, in festo Corporis Christi adumbrata.): fol. ~~209r~~ 210r - 212r (cum versibus imparibus)

C) Emblemata de Pace, et Bello â Musis Salisburgensibus adumbrata, (appensa in Scholâ Poeseos Salisburgi) Anno ~~1678~~: fol. 212r - 216r.

D) Emblemata, de gratitudine, et Ingratitudine affixa in Schola Rhetorices Salisburgi. Descripta verò Anno ~~1678~~: fol. 216r - 219r (cum versibus imparibus)

E) Adeladi (!) Boici Orbis fulcro, Coniugi Suae Piissimae Parentat amantissimus, et maestissimus Ferdinand Maria Elector (= Apparatus Funebris Piissimis Manibus Adelaidis Bavariae Ducissae, erectus in templo Divi Caietani Monachii 1676.): fol. 219r - 221v

F) Chrmisto In terris pauperrimo Paupertatis statuam erigunt Poetae Salisburgenses. 1680 (Praeside P. Ludovico ad S. Lambertum.): fol. 222r - 223v (cum versibus imparibus) ad emblemata appositis)

G) Deo In Caelis ditissimo Humanae Opulentiae fastum Submittunt Rhetores Salisburgenses. 1680 = Humanae Opulentiae fastus, expressus per R. ~~P. Edmundum (Ruedorffer)~~ Lambaci Professum, Salisburgi (Singulis emblematibus subscribitur ~~distichon elegiacum.~~): fol. 223v - 226r.

H) Deo Optimo, Maximo, Gubernatori Sapientissimo Orbem Politicum Ponunt Poetae Salisburgenses Anno 1679: fol. 226r - 230v. (versus impares!)

I) Deo Optimo,Maximo, Creatori Potentissimo Religionis aram ponunt Rhetores Salisburgenses. Anno 1679: fol. 231r - 239v (iterum emblemata cum versibus imparibus)

J) Emblemata de Vigilantia.....Consecrant Rhetores Salisburgenses ~~1681~~ (fol. 240r - 244v; additiws versibus imparibus)

K) Emblemata de Somnolentia ....Consecrant Poetae Salisburgenses,Anno ~~1681.~~ fol. 244v - 247v (cum versibus imparibus)

L) Patientia Victrix: fol. 248r - 267r. (Drama Latinum). Nota fol. 267 r: Habita fuit haec actio Salisburgi â Reverendo P. Volberto Motzl Professo Schyrensi, tum Rhetorices Professore Ordinario ~~1678~~.

M) Dramation Musicum. In quo. Exhibentur humanae Vitae discrimina, et erga eandem Divinae providentiae argumenta. In promulgatione novi magistratus maioris Congregationis Beatae Virginis Annuntiatae. ab Admodum Reverendo P: Henrico Scherer Societatis Jesu tertiô nonas Aprilis Monachii exhibitum. Anno ~~1672~~ (3. Aprilis) fol. 267r - 302v.

Nota fol. 302v: 19. Januarii Anno MDCLXXVII.

N) Dramation Musicum. In quo, Exhibetur periculosa animae Christianae pugna et gloriosus ope Divinae gratiae reportatus triumphus. Cùm maior Deiparae ab Angelo salutatae sodalitas Monaxcensis annum ageret saecularem, et utrumque Dominum Dominum Praefectum abeuntem, ac succedentem pari amore, ac veneratione complecteretur. âb EAdmodum Reverendo P: Henrico Scherer Societatis Jesu exhibitum Anno 1677: (Latine!) fol. 303r - 333r.

O) Drama De Christo patiente: fol. ~~333v~~ 346v - ~~333r~~ 333r: Nota marginalis fol. 333v: Ex Baūburg (= Baumburg) 1656. Domino Boissl. (Drama Germanicum!)

P) Drama De Christo patiente. Improperia Christi exprobrantis, ad mundum ingratissimum: fol. 347r - 353r. Nota marginalis fol. 347r: Ex baumburg. 1656. Domino Boissl. (Drama Germanicum cum notis musicis pro Angelo proloquente p fol. 353r.)

Q) Christus resurgens Phoenix redivivus: fol. 354r - 359v (Videtur haec Oratio panegyrica die Paschae in quodam conventu monastico habita esse.) (Latine!)

R) Panegyrica de Castitate: fol. 360r - 363r (Latine!)

S) Oratio funebris dicta in sensum sequentem Mors Clientum Marianorum, est salutaris somnus: fol. 363v - 369r. Compellatio auditorum fol. 363v: Excellentissimi.....Domini Sodales, et Auditores in Deipara Virgine assumpta Honoratissimi. Chronogramma fol. 368r: nVnC In pVLVere DorMIo (ad annum 1667) (Latine!)

T) Divus Leopoldus Austriacus hoc est Pius Princeps inclytae nationis Austriacae tutelaris. In Basilica Divi Stephani Protomartyris (Viennae). A Nobili adolescente Leopoldo ignatio de Müller Laudatur: fol. 369r - 372v. (Latine!)

U) Sol Hungariae sive Divus Ladislaus. Regalium virtutum Splendoribus Hungariam illustrans Quem sub auspiciis Augustissimi Romanorum Imperatoris Leopoldi nomine Inclytae Nationis Hungaricae in Basilica Divi protomartyris pangegyrica dictione clebravit Comes Nicolaus ferdinandus Antontius Lippay, de Zombor: fol. 373r - 378r. (Latine)

V) Oratio Panegyrica. De S: Francisco Borgia: fol. 378r - 397r (Latine)

W) Oratio De Caelesti S. Ignatii ambitione: fol. 397v - 418v. Nota fol. 418v: (Oratio) facta â patre Koffer Societatis Jesu (Latine!)

X) Oratio. Nihil nobilitate praestantius in orbe: fol. 418v - 420 (Lat

Y) Oratio. Exoratur clementia de peccato Adami: fol. 420v - 424v (Lat.

Z) Oratio tertiâ Adventus Dominicâ dicta: fol. 424v - 432r. Thema: Elias es tu? et dixit non sum. Propheta es tu? et respondit non. Joannis 21 (rectius: cap. 1, vers. 21) (Latine!)

Z_1)Statua Honoris Divo Ivoni inclytae facultatis Juridicae Tutelari â Nobili excellente, et Doctissimo Domino Bartholomaeo Schwarzman Bavaro Sulzemosensi Artium Liberalium et Philosophiae Magistro Juris Utriusque Studioso erecta 1670 (oratio panegyrica latina probabiliter Viennae habita): fol. 432v - 441v. (Latine!)

Z_2)Astraea Terris Reddita, Seu Sanctus Ivo, inclytae facultatis Juridicae Tutelaris Oratoriâ dictione celebratus â Joanne ortmans, Juliaco Stolbergensi Artium Liberalium et Philosophiae Baccalaureo, ac pro suprema eiusdem Laureâ candidato Juris Utriusque Studioso. Anno 1665. Mense Maio die 26 Viennae: fol. 442r - 449r. (Latine!)

Z_3)Digitus Dei. Sive De S. Patritio. Magno Hiberniae Apostolo, Et Thaumaturgo, Oratio Panegyrica: Pragae in Ecclesia Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis apud Admodum Reverendos Patres Hibernos, ordinis Minorum S. Francisci strictae observantiae, Die 17. Aprilis Anno M.DCLXVII (1667). Habita â Reverendissimo ac Doctissimo Patre P. Georgio Ignatio Castulo è Societate Jesu, Artium Liberalium & Philosophiae Doctore; nec non in Alma Caesarea Regiáque Universitate Carolo Ferdinandea Pragensi Moralis Theologiae professore ordinario. Quam omnibus. Excellentissimis, Illustrissimis, Nobilissimis, Et Magnificis Dominis Dominis Mecenatibus Benefactoribus, ac patronis, Ex debitae Gratitudinis imperio, obsequiosissimo affectu Dicavit, consecravitque. Collegium Reverendorum Patrum Hibernorum: fol. 450r - 460v. (Oratio Latina)

Z_4)S. Ivo Juris Patronus, Miserorum Pater. Sub Allegoriâ Fontis mirabilis. Dictus et Dicatus In humillimum Obsequium, et devotae mentis Affectum. Perillustri ac Generosissimo Domino Domino, J. Antonio Sacri Romani Imperii Comiti De Lamberg &c &c. Domino Suo Gratioso, ab Eiusdem PerIllustris Dominationis Servorum infimo P Augustino Khendling (=Khendlinger?) Ben. S. P. S. p. t. in Pl (= Benedictino ad S. Petrum Salisburgi pro tempore in Plain?): fol. 461r - 466v. In fine Argumenti fol. 461v: 10 Maii MDCLXXIX (1679). (Latine!)

Z_5) Ianus Bifrons Celsissimo, et Reverendissimo Sacri Romani Imperii Principi, ac Domino, Domino Maximiliano Gandolpho Ex Sacri Romani Imperii Comitibus De Khyenburg. Archiepiscopo Salisburgensi Sanctae Sedis Apostolicae Legato. Germaniae Primati &c&c. Principi ac Mecaenati suo Clementissimo, In felicissimum novi anni auspicium humillimè oblatus. â musis Salisburgensibus. ipsis Calendis Januarii Anno M.DC.79: fol. 467v - 469v. (Carmen versibus heroicis compositum, Latinum)

Ipsum fratrem Leopoldum Wimmer usque ad fol. 267r codicem nostrum MN II 135 scripsisse certum est, incertum vero, quis (aut potius qui) cetera folia scripserit (aut potius scripserint).

Arch. Cod. 34 U (XVIII 3 m)

4°; III + 367 foll; teg. a2; scriptus ~~1675~~ 1674/75

Commentarius In Logicam Aristotelis Quem Doctore et promotore.... P. Symperto Reitter Ordinis S: P: Nostri Benedicti, Celeberrimi Monasterii Andecensis professo, et pro tempore in Universitate Salisburgensi facultatis Philosophicae professore ordinario Excepit et scripsit F: Aemilianus Schad eiusdem Ordinis et Monasterii Seittenstettensis professus Anno Domini 1675

a) Ad Aristotelis Logicam Introductio: fol. 1r - 71v.
Initium Prooemii fol. 1r: Scientiarum anima ordo est.....Clausula fol. 71r: ....ad honorem Dei eiusdemque Virginis Matris cuius Immaculatae Conceptionis octavam hodie (=die 15. Decembris 1674) celebramus dicta et dictata sunto.

b) Cursus Philosophici Pars Prima sive Logica: fol. 72r - 367.
Initium Prooemii In Universam Aristotelis Logicam: fol. 74v: De ipsâ antequam ageremus Logicâ....
Clausula fol. 367: Absolvimus die 24 Maii post prandium 1675.
Nota in parte adversa tegumenti ab intrinsecus: Fr. F. (=Fratrum) Seittenstöttensium (scilicet est hic liber) 1675

Arch. Cod. 34 - 9 (XVIII 3 h)

4°; 264 + 256 foll; teg. a2; script. 1677/78

Tractatus Theologici De Sacramentis.

a) (Tractatus I - IV, nempe: De Sacramentis in genere, de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia): fol. 1 - 261. Initium Prooemii fol. 1r: Post considerationem eorum, quae pertinent ad mysteria..... Clausula fol. 261r: Absolvimus materiam de sacramentis in genere, Item Baptismo, Confirmatione, Sanctissima Eucharistia, in specie ante prandium die 9. Octobris 1677

b) (Tractatus V - VIII, dico de Poenitentia, Extrema Unctione, Ordine, Matrimonio, in specie): fol. 1 - 252 (=265 - 517). Initium Prooemii Tractatus quinti. De Sacramento Poenitentiae fol. 265: Si ea, inquit (Concilium) Trident(inum) sessione 14 capite 1, in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset,.... Clausula fol. 456 (191 Absolvimus die 22 Junii 1678
Nota in parte adversa tegumenti ab intrinsecus: Fr. Fr. (=Fratrum) Seittenstöttensium 1678.
Eandem notam eundemque scripturae characterem iam in codice 34 U (vide supra!) invenimus. Qua de causa sine dubio etiam codex noster a F. Aemiliano Schad scriptus est. Auctor vero ignotus.

Bibl. Cod. MN II 138

1010 pagg; teg. a2; script. ca. 1680

a) Tractatus in primam secundae Divi Thomae de gratia: p. 5 - 556
Initium Proemii p. 5: Siquidem quod est sanitas (?) ad videndum solem.....

b) Tractatus In secundam secundae Divi Thomae. De Virtutibus Theologicis fide, spe, et Charitate: p. 557 - 610 (tractatus mancus!)
Initium Articuli primi De Fide p. 557: Tres esse virtutes Theologicas, fidem nimirum spem, et Charitatem certum est.....

c) Sacra Scriptura Historia compendiosa Sacrosanctae Scripturae: p. 637 - 1007. Initium Praefationis p. 637: Quae in laudem historiae praesertim universalis (?) plenis buccis congerunt scriptores..... Neque auctor notus neque scriptor neque quo anno scriptus sit codex noster. Tegumento autem tam a parte adversa quam ab aversa impressum est insigne monasterii Seitenstettensis, in cuius apice tres litterae initiales leguntur, scilicet S C S = Sigillum conventus Seittenstettensis. Quo insigni libris impresso usum est monasterium Seitenstettense abbatibus Ambrosio Marholt (1679 - 1687) et Benedicto Abelzhauser (1687 - 1717) et Ambrosio Prevenhueber (1717 - 1729). Sed e scriptura coniiciendum est vix post annum 1700 scriptum esse codicem nostrum. Immo e charactere scribendi apparet probabiliter eundem, qui codicem nostrum, etiam codicem proximum MN II 137 (anno 1681 scriptum) exarasse. Videtur igitur liber noster circa annum 1680 ortus esse.

Bibl. Cod. MN II 137

716 pagg; teg. a2; script. 1680/81

a) Tractatus De Sacramentis in genere: p. 5 - 406.
Initium (Prooemii) p. 5: A Salvatore ad fontes Salvatoris digredimur.....

b) Tractatus secundus De Baptismo et Confirmatione: p. 406 - 493.
Initium Disputationis primae p. 406: Baptismus a Magistro gentium...

c) Tractatus De SacroSancta Eucharistia: p. 493 - 639. Initium p. 494: Eucharistia idem est latinè quod bona gratia.....
Clausula p. 639: Absolvimus Cursum nostrum Theologicum 27 die Augusti Anno reparatae salutis millesimo sexcentesimo octuagesimo primo (1681). Sub .....Patre Paulo Mezger Ordinis S Benedicti Celeberrimi et antiquissimi Monasterii ad S Petrum Professo Sacrosanctae Theologiae Doctore et Professore ordinario pro tempore Vice=Rectore. fuêre discipuli 22 omnes eiusdem ordinis
Ergo Partes a, b, c codicis nostri dictavit P. Paulus Mezger.

d) Controversiae Fidei De Sacramentis: p. 649 - 703. Initium p. 649: Aggrediamur de sacramentis tam in genere quam in specie.....
Auctor partis d et scriptor totius codicis ignotus; videtur tamen scriptor noster etiam codicem praecedentem MN II 138 (p. 94) et subsequentem MN II 168 (vide infra!) scripsisse.

Bibl. Cod. MN II 168

696 pagg; teg. a2 (ut in Codice MN II 138; vide supra p. 94!); scriptus circa annum 1680

a) Tractatus In Tertiam Partem Summae Divi Thomae De Sacramento Paenitentiae: p. 5 - 573. Initium Proloquii p. 5: Reiicior in portum, unde ante octennium solveram, et diuturno labore altum Theologiae pelagus emensus fueram.....(Videtur igitur auctor iam ante octo annos tractatum de paenitentia tradidisse.)
b) Tractatus De sacramento extremae Unctionis: p. 573 - 588. Initium p. 573: Nomine extremae unctionis intelligitur illa unctio.....
c) Tractatus De sacramento Ordinis: p. 588 - 622. Initium p. 588: Agimus nunc de sacramentis quibus homo perficitur.....
d) Tractatus De sacramento Matrimonii: p. 622 - 679 (tractatus mutilus) Initium p. 622: Speciales huius materiae difficultates integro anno Tractant Canonistae....
Tegumento idem insigne monasterii Seitenstettensis impressum est, quod codici MN II 138. Insuper scriptura eadem est atque in codice isto. Qua de causa etiam codicem nostrum circa annum 1680 et ab eodem scriptum esse, a quo codex MN II 138 (supra p. 94),ratiocinandum est. Ceterum vero et scriptor et auctor ignoti.

Bibl. Cod. MN II 136

602 pagg; teg. a2; script. 1681

a) De Conscientia: p. 5 - 174. Initium Tractatus Theologici quarti De Conscientia p. 5: Cum duplex iuxta S. Doctorem....sit regula actuum.
b) Tractatus quintus De Vitiis et peccatis: p. 174 - 602. Initium p. 174: Ad tractatum de ultimo fine hominis non solum pertinet.....
Clausula praelegentis p. 601: ...Cursum Theologicum post octenium consumatum finio.....Clausula scribentis p. 602: Absolvimus cursum nostrum Theologicum 13 die Augusti Anno ....millesimo sexcentesimo octuagesimo primo (1681). Sub....Patre Gregorio Wibmperger ordinis S: P: Benedicti Celeberrimi monasterii Cremifanensis in superiori Austria Professo Sacrosanctae Theologiae Doctore et Professore

ordinario pro tempore Rectore Magnifico.
Idem scriptor, qui codicem nostrum, etiam codices MN II 138, 137, 168 (vide supra p. 94 et 95) exaravit.

Bibl. Cod. MN II 139

1464 pagg; teg. a2; script. ca. 1680 (?)
(Collegia Juris Canonici in Libros I - V Decretalium): p. 5 - 1454 (Liber autem quintus Decretalium p. 1453 non nisi ad Casistas delegatur!)
Initium p. 5: Quaeritur. Quid sit ius. Respondeo: Jus diversimodè accipi, scilicet pro legibus vel constitutionibus....
Nota in margine p. 5: Juris Canonici Collegium 1 9 Decembris. At quo anno codex noster ortus sit, incertum est. Ignoti etiam auctor scriptorque. Forma tamen tegumenti scripturaeque videntur indicare, circa annum 1680 scriptum tegumentoque munitum esse codicem nostrum.

Arch. Cod. 34 S (XVIII 3 m)

4°; 636 pagg; teg. a1; script. ca. 1688
(Collectio orationum aliorumque exercitiorum rhetoricorum)

a) Oratio In honorem Divi Benedicti filiorum, in festo eorundem Sanctorum Monachorum Ordinis nostri: p. 7 - 18. Thema p. 7: Gloria Patris est filius sapiens. Nota p. 18: R. P. Anselmus Schramb Professus Mellicensis 13. Novembris 1687 (scil. dixit hanc orationem)
b) Oratio Pro et in festo Commemorationis S. P. Benedicti. Sine littera R: p. 19 - 29. Initium: Eia! incitat hodie in ausus elingues linguas.....Nota p. 29: F. Anselmus Praun Professus Mallerstorphensis
c) Panegyris In Laudem Divi Bonifacii, ordinis S. Benedicti Archi-Episcopi Moguntini et Martyris; Venerabilis Convictus Benedictino-Salisburgensis Tutelaris et Patroni Gloriosissimi ad illud (scilicet Thema) Benè omnia fecit. Matth. 7.: p. 31 - 39. Initium p. 31: Ergo hodie sors super me cecidit, Auditores Academici....Nota p. 39: In aula Academica ipso festo S. Bonifacii 1686. R. P. Colommanus (!) Scherb Professus Mellicensis pro tempore Juris Utriusque studiosus Salisburgensis.
d) Oratio. In honorem Sanctorum Monachorum Ordinis S. Benedicti: p. 41 - 48. Initium: Horreo, et totis artubus contremisco, Auditores Academici....Nota p. 48: 13. Novembris 1685. R. P. Anselmus Schram Professus Mellicensis pro tempore Juris Studiosus Salisburgi in Convictu.

e) Oratio De Sanctis Monachis Ordinis S. Benedicti: p. 49 - 59. Initium p. 49: Papaè! quis ex ipsa totius orbis facie terrae ..... (Orator ignotus!)Nota in margine p. 49: 13. Novembris 1688.

f) Oratio panegyrica Pro festo omnium Sanctorum Monachorum ordinis S. P. Benedicti: p. 61 - 76. Thema: Fulgebunt iusti sicut stellae Caeli. Subscriptio p. 76: F. J. K. Mon. Seitt: = Frater Josephus Koppler Monachus Seittenstettensis (auctor)

g) Encomium Divi Patriarchae Benedicti Idaea veri Herois: p. 77 - 84. Initium: Quemadmodum rarò ex delicatis Persarum Gynecaeis.... (Auctor ignotus.)

h) Epistola petitoria Monastici cuculli, simulque mundi pericula repraesentans: p. 84 - 87. Initium: Inter primas, Amplissime Praesul, homini.....(Auctor ignotus!)

i) Exercitium Rhetoricum . Caput expolliendum, ingeniumque excolendum, non capillos crispandos et nutriendos esse: p. 87 - 89. Initium: Ploranda est sanè plerorumque Juvenum....(Auctor ignotus!)

j) Historia tragica, De quodam miserabili Juvene, qui postquam contra adhortationem Matris viduae omnia bona cum quadam meretrice Lubecae (= in urbe Lübeck) luridè vivendo concoxisset, tandem ex desperatione se in quodam horto magno cultro transfodit: p. 89 - 91 (Auctor ignotus!)

k) Oratio pro solemni initio (scilicet Anni scholaris Academici?): p. 92 - 100. Initium p. 92: Cùm Mars armipotens sublimi vectus quadrigâ.... (Auctor ignotus!)

l) Vita Divi Bonifacii super terram Militia, In oratione panegyricâ proposita: p. 101 - 117. Initium: Ad arma! ad arma! Auditores Academici.....Nota p. 117: In Aula Academica Salisburgi pro festo S. Bonifacii 10 Junii 1687. Religiosus F. Romanus Schyrensis.

m) Oculus Providentiae Natalizanti Reverendissimo et Amplissimo Domino Domino Malachiae Abbati Vigilantissimo consecratus,atque descriptus: p. 119 - 124. Initium: An hodie splendidissimo Natalium gaudiorum Sub astro.....(Neque ipse auctor notus neque cui abbati consecraverit orationem!)

n) Christus Subactis Mundi hostibus triumphat: p. 125 - 130. Initium: Ergó ne adhuc caeca sudat antiquitas.....(Auctor ignotus!)

o) Oratio Panegyrica In Laudem cunarum Christi, in qua quaesitur, ex quo ligno Christi cunae fabricatae fuerint: p. 131 - 132. Initium: Jactent tantummodo fabulosa Poetarum commenta.....(Auctor ignotus!)

p) Oratio De Sanctissimo Patre, ac Patriarcha Benedicto in eius commemoratione dicta: p. 133 - 139. Initium: Aniciana familia.....
Nota p. 139: R. F. Modestus Resman Ordinis S. Benedicti Professus Garstensis 11 Julii 1686 in Aula Academica.

q) Oratio Genethliaca pro Natali Admodum Reverendi P. Professoris habita in Rhetorica Mense Decembris Anno 1684: p. 139 - 143. Initium: Haud equidem indignor.....(Auctor professorque natalizans ignoti!)

r) Gratiarum actio: p. 144 - 145. Initium: Tandem NN. lassas contrahimus antennas...(Auctor ignotus; videtur studiosus pro sodalibus professori post cursum philosophicum finitum gratias agere.)

s) Aggratulatio in Natalem: p. 146 - 147. Initium: Illucescente ter fortunata luce,....Nota in margine p. 146: P. Anselmus Schramb Professus Mellicensis (scilicet orationem habuit). Nota p. 147: 22. Novembris 1686.

t) Admodum Reverende, Religiosissime ac Clarissime Domine Decane: p. 148. (Haec oratiuncula precatur professorem quendam, ut studiosos philosophiae examinet.) Nota in margine superiore: 1687. Initium: Quemadmodum profecto iam autumno....Nota in fine orationis: R. F. J. Tictor (aut Fictor? ~~xxxPictor?~~) Quo in monasterio Religiosus iste Frater vota nuncupaverit, ignotum est.

u) Oratiuncula Valedictoria: p. 149 - 152. Initium: Ergòne fatali necessitate fixum manet,... Nota p. 152: R. P. Anselmus Schramb Professus Mellicensis 1687 (orationem habuit).

v) Exercitium oratorium in quo Verbum Incarnatum sub Metaphora Verbi et Deipara sub Alegoria libri per hypotiposim interrogatione et sustentatione exponitur: p. 153 - 154. Initium: Liber grandis mysterii....(Auctor ignotus!)

w) Propositio amplificata per subiectionem oratoriam Maria in sua conceptione vicit infernalem Draconem: p. 154 - 155. Initium: Vix concipiebatur in sterili Annae utero...(Auctor ignotus!)

x) Propositio amplificata per incrementum oratorium in quo sensim per suppositiones à minoribus ad summum ascenditur: p. 155 - 156. Thema: S. Xaverius regnum Japoniae vastissimum Christo per praedicationem Evangelii subiecit. (Auctor ignotus!)

y) Exercitium Oratorium: p. 157. Thema: Ex gratia Deiparae profluxit humano generi felicitas. (Auctor ignotus!)

z) Declamatio Rhetorica. In qua iste status qualitativus exponitur, an victoria Martis nobilior sit censenda quam victoria eloquentiae: p. 158 - 169. (Auctor ignotus!)

A) Periodus amplificata ab adjunctis seu circumstantiis: p. 170. Initium: Leopoldus in Austria Marchio,....(Auctor ignotus!)

B) Propositio amplificata pluribus periodis membris et incisis per antecendentium enumerationem: p. 170 - 172. Thema: S. Catharina in fide constans à Maximino Alexandriae Imperatore ad mortem condemnata. (Auctor ignotus!)

C) Hypotiposis. Sanctorum trium Regum Christo offerentium munera et ad eos oratoria Apostrophe: p. 172 - 173. Initium: Ecce festivâ instituti ordinis pompâ....(Auctor ignotus!)

D) Propositio amplificata per augmentum vel incrementum oratorium: p. 174. Thema: S. Andreas sponte elegit in cruce pro Christo mori. (Auctor ignotus!)

E) Adornatus â Viennensi Suada Christi resurgentis triumphus: p. 175 - - 181. Initium: Tragico nuper inter postremas.....Nota in margine p. 175: Anno 1683. Sub R. P. Synn Societatis Jesu.

F) Oratio pro festo Pentecostes: p. 181 - 191. Initium: Pugnassent utinam majores nostri,...(Auctor ignotus!)

G) Nihil sub solme stabile, ergo qui stat videat nè cadat: p. 192 - 193. Initium: Ea est subsolarium rerum mobilis conditio,...(Auctor ignotus!)

H) Divi Thomae Aquinatis de Venere Victoria: p. 194 - 195. Initium: Etsi multa sint scelera,....(Auctor ignotus!)

I) Triumphus Gloriosae Virginis Mariae in Caelos Assumptae: p. 195 - 197. Initium: Recedite vani ve*terum Quiritum Imperatorumque triumphi,.... (Auctor ignotus!)

J) Bethleemitici campi flos, Verbum Incarnatum à Viennensi Suada in campo eloquentiae Suis Rhetoricae alumnis salutandus proponitur: p. 199 - 217. Initium: Inter acerba brumae frigora....(Auct. ign.)

K) Flagellatio. Tragicum Christi patientis spectaculum per quinque magis praecipua mysteria quantotidem figuras et scenas coloribus eloquentiae repraesentatum: p. 218 - 245. Initium: Sanctiores quadragesimalis Jeiunii feriae....(Auctor ignotus!) (Nihil deest!)

M) Oratio Quâ Sodalis Beatae Virginis Mariae conqueritur, sibi Corpus Beatae Virginis esse sublatum: p. 247 - 252. Initium: Assumpta est Maria in Caelum.....(Auctor ignotus!)

N) Oratio in laudem Eloquentiae: p. 253 - 267. Initium: Salve Illustrissime ac Generosissime Domine Comes Colalde...(Auctor ignotus!)

O) Oratio Quasi plantatio rosae in Jericho. Ecclesiastici caput 24: p. 269 - 281. Initium: Sic est, Sodales Mariani,...(Auctor ignotus)

P) Oratio In solenni initio Philosophiae Thomisticae habita A .... P. Benedicto Widl Imperialis et Exempti Monasterii Ordinis S. Benedicti ad S. Emmeramum Ratisbonae Professo, Philosophiae Professore Ordinario. Anno 1683: p. 283 - 288. Initium: Ite et vos in vineam meam.....

Q) Oratio Panegyrica, In qua S. Scholastica columbae comparatur: p. 289 - 303. Initium: Illustre Nursinorum decus...(Auctor ignotus!)

R) Oratio De Sancto Patriarcha Benedicto: p. 305 - 319. Initium: Pomposissima Regina florum virguncula Rosa est....(Auctor ignotus!)

S) Oratio de Passione Domini: p. 321 - 336. Initium: Si unquam tempus aliquod,.....(Auctor ignotus!)

T) Oratio de Resurrectione Domini: p. 337 - 348. Initium: Suae etiamnum irrevocabilis innititur veritatis basi,...(Auctor ignotus!)

U) Epinicion sive Exercitium gratulatorium Rhetoribus dedicatum ab Eloquentia de superata feliciter Quadragesima: p. 349 - 358. Initium: Heu quid video! versórne ~~fortunis~~ sopito...(Auctor ignotus!)

V) Oratio Panegyrica de S. Georgio Martyre: p. 359 - 376. Initium: Mentita mes invidiosa fabularum buccina,....(Auctor ignotus!)

W) Oratio Panegyrica De Sancto Joanne Baptista: p. 377 - 391. Initium: Indisertus corâm facundioris Suadae tyro facturus verba...(Auct.ign.)

X) Oratio Problematica An gloriosius sit certare in stadio Martiali, quàm studio Philosophico? p. 393 - 400. Initium: Magnam affinitatem, et indissolubilem quasi ~~amicitiam~~ amicabilitatis....(Auctor ignotus)

Y) Problema. Praestétne celeres, an lentos motus animi habere? p. 401 - 412. (Haec oratio in duas partes divisa est, quarum prior pro celeribus, altera pro lentis loquitur.) Initium: Celeres animi motus propugnaturus....(Auctor ignotus!)

Z) Problema, An utilior quaestio sit propositum cognitionis, vel actionis: p. 413 - 420. (Haec quoque oratio in duas partes divisa est, quarum prior stat pro proposito cognitionis, altera propugnat propositum actionis.) Initium: Nemo profectò, si....(Auctor ignotus!)

Z_1) Valedictio Philosophica: p. 421 - 428. Initium: Tandem. Seu ut Typotio Maximilianus primus.....Nota in margine p. 421: 1686. 20 Julii. (Auctor ignotus!)

Z_2) Gradus Baccalaureatûs: p. 429 - 436. Initium: Intellexi vota et desideria vestra.....(Auctor, qui hanc orationem ad baccalaureatus lauream conferendam habuit, ignotus.)

Z_3) Actio Judicialis in Mastygas Veritatis dicta à Charidemo Christiano coram Spiritu Veritatis, quxi venit arguere mundum de Judicio: p. 437 - 447. Initium: Veni laborantis, et oppressae Veritatis propugnator Charidemus Christianus.....(Exemplar Charidemi Christiani ille Charidemus Graecus videtur esse, qui Darii regis Persarum apparatum bellicosum contra Alexandrum Magnum institutum liberius exprobravit ideoque iubente rege anno 333 ante Christum natum interfectus est.) (Auctor ignotus!)

Z_4) Oratiuncula Quâ accusatur à Veritate Mendacium coram Charidemo Christiano: p. 449 - 451. Initium: Si apud eum Judicem....(Auctor ign.)

Z_5) Refutatur (scilicet Veritas) â Mendacio: p. 452 - 453. Initium: Tantum abest aequissime Judex,....(Auctor ignotus!)

Z_6) Conqueritur veritas eò quod ita modò ab omnibus depellatur: p. 453 - 454. Initium: Consumpsi eheu! dolorem infelix Veritas,...(Auct. ign

Z_7) Oratio In genere Demmonstrativo. Quâ divitiis praestare pauperta-tem probatur: p. 455 - 462. Initium: Vereor Auditores humanissimi, vereor inquam,....(Auctor ignotus!)

Z_8) Memoria passionis Dominicae: p. 463 - 468. Initium: Transitum de contradictorio in contradictorium.... Nota p. 468: 14. Aprilis 1685. R. P. Bruno Schlibnigg Ordinis S. Benedicti professus in Carinthia (ad S. Paulum....) (Ultima linea a bibliopego abscisa!)

Z_9) Oratio Habita in Aula pro Praefectura Marianae Sodalitatis Beatae Virginis Mariae in Caelum Assumptae Anno 1684. 17. Decembriws: p. 469 - 475. Initium: Nescio Mariani Domini Sodales,.... Nota p. 475: facta â Religioso F. Bernardo Lind Professo Yrrseensi pro tempore Praefecto (Sodalitatis) (Monasterium Irsee Ordinis S. Benedicti ad Dioecesim Augustanam pertinebat!)

Z_{10})Oratio Panegyrica Dicitur in aula Academica Salisburgi â L. B. (= Libero Barone?) Lasser: p. 477 - 482. Initium: Ad Philosophorum theses hodiernâ luce vos invíto.....

Z_{11})Oratio Panegyrica pro Festo Commemorationis Sanctissimi P. Nostri Benedicti: p. 483 - 490. Initium: Date locum, portas aperite.... Nota p. 490: Religiosus F. Bernardus Lind Professus Yrseensis. 11 Julii 1685 (?) in Aula Academica. (de auctore supra ad partem Z_9!)

Z_{12})Politia Caelestis sive Maria Regina Angelorum id est Panegyris Quâ exponitur, quâ arte seu politia Maria Regina Angelorum sit facta: p. 491 - 498. Initium: Vestro equidem communi omnium solatio.... (Auctor ignotus!)

Z_{13})Oratio de Nativitate Domini: p. 499 -510. Thema: Parvulus natus est nobis. Isaias. (Auctor ignotus) (Pag. 502 immediate sequitur p.507)

Z_{14})Oratio De Nativitate Christi: p. 511 - 517. Initium: Inauditam demiramini resultantis.....(Auctor ignotus!)

Z_{15})Oratio De Caelesti Sancti Ignatii ambitione: p. 519 - 541. Initium: Usque adeò mortalium animis desiderium....Nota p. 541: facta à R. P. Koffer Societatis Jesu verè iuxta artificium. (Eandem orationem exhibet Cod. MN II 135 in parte W; vide supra p. 91!)

Z_{16}) Oratio Ad Sanctissimam Virginem Mariam sine macula conceptam: p. 543 - 553. Initium: Adorna thalamum tuum Sion,...(Auctor ignotus!)

Z_{17})Oratio Habita in Susceptione Reverendorum (?) Dominorum Convictorum ad Sodalitatem Partheniam Beatae Virginis Mariae Assumptae. 1684: p. 555 - 560. Initium: Quò vos Mariani Domini Candidati.....Nota p. 560: facta A Religioso F. Bern(ardo Lind) Professo Yrseensi pro tempore Praefecto (de quo supra ad partem Z_9!)

Z_{18})Oratiuncula Pro Solenni Festo omnium Sanctorum Monachorum Ordinis S. P. Nostri Benedicti: p. 561 - 575. Initium: Sum qui Sum, et sunt qui sunt, Auditores.....(Auctor ignotus!)

z_{19})Oratio (ad Sodales Marianos habita): p. 577 - 584. Initium: Quid agitur? Ornatissimi Sodales. Fabri fabrilia tractant....(Auct. ign.)

z_{20})Oratio Pro festo omnium Sanctorum Monachorum: p. 585 - 592. Initium: Aurium delicias et Tullianas expectatis epulas....(Auctor ignotus!)

z_{21})Oratio In genere Deliberativo Sive Suasoria, an melius sit nasci Pastorem quàm Regem: p. 593 - 603. Initium: Regia Majestas eâ semper prodit formâ,.....Nota p. 603: R. P. Edmundus Grabman. Professus Seonensis pro tempore Professor Rhetorices. 1684 (Sine dubio P. Edmundus Grabman idem est atque P. Edmundus Gramont, professus Seonensis, qui etiam orationes q et s codicis MN II 135 - supra p. 89! - habuit.)

z_{22}) Oratio In genere Judiciali, ubi Cyrus rusticorum filius accusatur, quod nobiles Adolescentes curaverit verberari: p. 605 - 615. Argumentum p. 605: Cyrus summum despectum regi fecit, et maximam audaciam consecutus, ergo quàm iustissimè supplicio afficiendus. (De auctore vide proximam partem!) Nota p. 615: Sequetur Defensio et Responsio.

z_{23})Defensio et Responsio Cyri Artabazis coram Rege Astyage: p. 616 - 626. Initium: Gratulor mihi non parum.... Subscriptio p. 626: Joannes Daniel Pockh. 1673. (scilicet habuit hanc defensionem ideoque probabiliter etiam orationem partis z_{22})

z_{24})Oratio demonstrativa Vituperium ignaviae: p. 629 - 634. Initium: Pudet me - ita me Deus amat - officii mei,...(Auctor ignotus!)

Veri similiter totus codex noster 34 S ab una eademque manu scriptus est, etiamsi quaedam differentiae scripturae distingui possunt. Videtur P. Martinus Riesenhuber arbitratus esse hunc scriptorem fuisse F. Josephum Koppler. Quod utrum e sola oratione f codicis nostri (supra p. 97) eaque a F. Josepho Koppler habita coniecerit an etiam aliis ex causis, nescio.

Bibl. Cod. MN II 140

IV + 463 pagg; Tegumentum est fragmentum libri missalis typis impressi (saec. XV aut XVI; missa II et III in nativitate Domini); dorsum tectum est fragmento membranaceo saec. XV. manu inscripto; scriptus 1684.

Tractatus In Philosophiam Aristotelico Thomisticam: In alma archiepiscopali universitate Salisburgensi expositus. Praeside ...Patre Edmundo Ruedorrffer Ordinis S. Benedicti ex imperiali et exempto Monasterio Lambacensi professo. Artium Liberalium et Philosophiae Doctore eiusdemque professore ordinario. audiente Joanne Georgio Stainlechner Logicae Studioso Anno ab orbe redempto MDC: LXXXIV: (1684)

a) Tractatus in Philosophiam Aristotelico Thomisticam: p. 1 - 68. Initium Proemii: Magna ac fere unica mortalium felicitas est scire..
b) Tractatus In Logicam: p. 69 - 462. Initium Proaemii p. 69: Logica quam Deo aspirante aggredimur.....Clausula p. 462: Finita 31 Maii 1684. Nota in parte adversa tegumenti ab intrinsecus: NB 8 fl. 30 Xr (= 8 florenos 30 crucigeros) vor mein H(errn) Vattern Von den gelt waß ich habe. Nota in parte aversa tegumenti ab intrinsecus: in usu F. Caroli (Gschwandtner) Seittenstettensis. 1705.

Bibl. Cod. MN II 141

616 pagg; teg. a1; script. 1685

a) Tractatus De vitiis et peccatis: p. 7 - 402. Initium p. 7: Consideratâ actûs humani moralitate in genere.....
b) Tractatus De Legibus: p. 403 - 605. Initium Quaestionis primae. De lege in Comuni: p. 403: Usitato ordine prius legem in comuni consideramus..... Clausula p. 605: Anno 1685. 28. augusti
Neque qui dictaverit hos tractatus notus neque qui scripserit codicem nostrum. Sed qui codicem nostrum etiam codicem sequentem scripsit.

Bibl. Cod. MN II 142

596 pagg; teg. a1; script. ca. 1685

a) (Tractatus De Sacramentis in genere): p. 7 - 447. Initium p. 7: Post Tractatum De verbo incarnato ac De Redemptione per ipsum factâ.
b) Tractatus. De Baptismo et confirmatione: p. 448 - 529. Initium Disputationis primae: p. 448: Nota: baptismum dupliciter posse sumi Physicè et Methaphysicè.....
c) Tractatus De SacroSanctâ Eucharistiâ: p. 529 - 592. Initium p. 529: Subduplici ratione considerari potest hoc Sacrosanctum Mysterium..
Neque auctor notus neque scriptor neque quo anno scriptus sit codex noster. Sed quia character scribendi monstrat eundem, qui codicem praecedentem etiam codicem nostrum scripsisse, certe codex noster circa annum 1685 scriptus est.

Arch. Cod. 34 YY (A 78)

4°; teg. c2; IV + 140 pagg; script. 1682

a) Alvearium Spirituale sive Tractatus de praxi atque methodo pie ac devote meditandi continens varias spiritualium meditationum aliorumque exercitiorum divinorum praedulces et mellitas materias ex diversis piorum Asceticorum Authorum Coelestibus flosculis, pro instructione, et usu novitiorum vitam religiosam incipientium et amplectentium collectus et conscriptus ab Admodum Reverendo, Religiosissimo, nec non Doctissimo Domino Patre Placido Steger, Ordinis Sanctissimi Patris Benedicti professo Monasterii Divae Virginis in Seittenstetten, pro tempore Priore ac Novitiorum Magistro Vigilantissimo Anno Domini MDCLXXXII (1682): fol. IIr - 55v (= p. IIIV - 110)
fol. IIv: Dedicatio. Mariae Magnae Dei Matri..... fol. IIIr: Praefatio ad Novitios: Cum Religiosi hominis finis sit tendere ad perfectionem.....

b) Formulare Morum, Secundum quod Novitii mores suos conformare seriò studeant:.fol. 63r - 70v (= pag. 125 - 140)
Tituli auctori P. Placido Steger adscripti indicant non ipsum scripsisse codicem nostrum, sed forsitan unum e noviciis eius. Partem a codicis nostri continet etiam codex Archivi 34 - 5, p. 703 - 768 (de quo plura inferius!), sed mancam.

Bibl. Cod. MN II 143

44 + IV + 303 foll; teg. a2; script. 1684/85

Philosophia Rationalis seu Logica Aristotelico=Thomistica Tradita In Alma et Archi-Episcopali Universitate Salisburgi Ab...P. Brunone Schlibnig, Ordinis S. Benedicti celeberrimi Monasterii ad S. Paulum in Carinthia professo Philosophiae Doctore et Professore ordinario Excepta A Religioso F. Adamo Weissenhoffer eiusdem ordinis in Seittenstötten Professo. Anno M.D.C.LXXXV.

a) Compendium Institutionum Dialecticarum: ff. 1 - 42. Initium Proemi fol. 1r: Praemitti semper solent Summulae,... Clausula fol. 42r: Absolvimus auxiliante Deo hoc compendium Dialecticarum Die 9. Decembris anteprandium. 1684.

b) Disputationum Philosophicarum Tractatus Primus In Universam Aristotelis Logicam: fol. 1 - 301 (= 45 - 345). Initium Prologi fol. 1 (45)r: Multi liberalium inimici artium....Clausula fol. 301 (345)v: Absolvimus die 25 Maii....1685. F. Adamus Weissenhoffer scripsit etiam duos sequentes codices.

Easdem partes continet Cod. MN II 146

Arch. Cod. 34 - 18 (XVIII 3 m)

4°; X pagg. + 439 foll; teg. a2; script. 1685/86

Tractatus in Physicam Aristotelis Traditus in Alma et Archi=Episcopali Univerxsitate Salisburgensi Ab.....P. Brunone Schlibnigg ordinis S. Benedicti celeberrimi Monasterii ad Sanctum Paulum in Carinthia professo Philosophiae Doctore et Professore ordinario. Exceptus A Religioso F. Adamo Weissenhoffer eiusdem ordinis in Seittenstötten professo Anno MDCLXXXVI. (1686).

Initium p. IX: Tractatus 2 In octo Libros Physicorum Aristotelis. A spineto logicae digredimur....(NB: Tractatus 1 est Logica!)

Nota in margine superiore p. IX: 13 Julii. Die Venerxis 1685

In hoc codice inveniuntur complures rerum delineationes.

F. Adamus Weissenhoffer etiam codicem praecedentem et subsequentem exaravit. Eundem tractatum, quem codex noster, continet etiam Cod. MN II 147. (Quem codicem vide aliquantum inferius!)

Bibl. Cod. MN II 144

339 foll; teg. a2; script. 1686

Pars II In Physicam Aristotelis. Tradita in Alma Et Archi=Episcopali Univerxsitate Salisburgensi. Ab ....P. Brunone Schlibnigg: Ordinis Sancti Benedicti celeberrimi Monasterii ad S. Paulum in Carinthia professo Philosophiae Doctore et Professore ordinario. Excepta A F: Adamo Weissenhoffer eiusdem ordinis in Seittenstötten professo. 16.86. (NB: Partem I continet codex 34 - 18; quem vide supra!)

a) Tractatus in duos Libros Aristotelis. De Ortu, et interitu. Sive De Generatione et corruptione: fol. 440 - 582v. (NB: fol. 1 - 439 continet Cod. 34 - 18; quem vide supra!) Initium Disputationis Primae fol. 440r: Agimus hic in praesenti de modo quo res naturales...

b) Tractatus. In Tres Libros Aristotelis.De Anima: fol. 583 - 688. Initium Disputationis primae fol. 583r: Haec est pulcherrima philosophiae pars..... Clausula fol. 688r: 25 Junii 1686.

c) Tractatus De Metheoris: fol. 688v - 733v. Initium Disputationis I: Appellatur hic tractatus de Meteoris,....Clausula: 10 (?) Julii incepimus Metaphysicam, Physicam vero Physici scribere. Eadem die circa horam quintam duo studiosi furtivi ex civitate quae vocatur Liphering (?) ad carceres fuerunt deducti.

d) Tractatus In Libros Metaphysicorum Aristotelis. De Objecto Metaphysicae et de Entis attributis: fol. 734r - 774v. Initium: Haec est ultima Philosophiae pars...Clausula fol 775r: Absolvimus 20 Julii.. ...1686. Eosdem tractatus continet etimam Cod. MN II 147. Scriptor noster etiam duos praecedentes codices exaravit.

Bibl. Cod. MN II 145

438 pagg; teg. a2; script. ca. 1685 (?)

a) (Commentaria in 8 Libros Physicorum Aristotelis): p. 3 - 37. Superest non nisi finis Commentariorum in librum sextum Physicorum et Commentarii in librum septimum et octavxum. Cxetera utpote alio volumine colligata iam non inveniuntur.

b) Commentaria in libros Aristotelis De generatione et corrumptione: p. 37 - 174. Initium: Ubi xAristoteles absolvit Agroammata (!) Physica....

c) Tractatus in Meteora: p. 175 - 200. Initium Quaestionis Unicae De natura et effectibus Meteorum: Meteora nihil aliud sunt, quam....

d) Commentaria in libros de animâ p. 200 - 332. Initium p. 200: Libri de animâ sunt ex omnibus Physicae partibus nobilissimi....

e) Commentaria in Libros de caelis: p. 333 - 361. Initium: Optimus Deus Teste ovidio os homini sublime dedit caelumque tueri,....

f) (Commentaria in 14 Libros Metaphysicorum Aristotelis): p. 367 - 429. Initium: Metaphysica omnium scientiarum Naturalium Regina,...

Quia et pars prior commentariorum in 8 libros Physicorum et folium titulare partis alterius deest, neque scriptor notus est neque auctor, neque quo anno codex noster scriptus sit. Dixeris autem propter formam tegumenti scripturaeque circa annum 1685 ortum esse eum.

Bibl. Cod. MN II 146

V + 57 + 260 = 322 foll; teg. a2; script. 1684/85

Philosophia Rationalis seu Logica Aristotelico-Thomistica Tradita In Alma, et Arxchiepiscopali Universitate Salisburgensi Ab Admodxum Reverendo P. Brunone Schlibnig Ordinis S. Benedicti Celeberrimi Monasterii ad S. Paulum in Carinthia Professo, Philosophiae Doctore, et Professore Ordinario. Excepta A Religxioso F. Marco Starnisi, Ordinis S. Benedicti Professo Seittenstettensi. Anno M.DC.LXXXV.

a) Compendium Institutionum Diaclecticarum: xfol. 1 - 55. Initium fol. 1r: Proaemium. Praemitti semper solent Summulae,....Clausula fol. 55r: Absolvimus Sabbato manè. 9. Decembris 1684.

b) Disputationum Philosophicarum Tractatus Primus In Universam Aristotelis Logicam: fol. 1 - 254 (= 58 - 311). Initium Prologi fol. 1 (58 Multi liberalium inimici artium palàm logicam incessunt..... Clausula fol. 254 (311)v: Absolvimus die. 25. Maii 1685. ante prandium.

Fr. Marcus Starnisi etiam 8 sequentes codices scripsit.

Idem, quod in codice nostro, invenies etiam in cod. MN II 143 (supra p. 104!)

Bibl. Cod. MN II 147

IV + 570 + 29 = 603 foll; teg. a2; script. 1685/86

a) Philosophia Naturalis seu Physica Aristotelico-Thomistica Tradita In Alma, et Archi-Episcopali Universitate Salisburgensi Ab Admodum Reverendo P. Brunone Schlibnig Ordinis S. P. Benedicti Celeberrimi Monasterii ad S. Paulum in Carinthia Professo, Philosophiae Doctore, et Professore Ordinario. Excepta A Religioso F. Marco Starnisi, Ordinis S. Benedicti Professo Seittenstettensi Anno 1686: fol. III, IV, 1 - 332. Initium Prooemii fol. IVr: A Spineto Logicae digredimur in Jucundissimos Naturae campos....Nota in margine inferiore: Incepimus 13. Julii 1685. ante prandium. Clausula fol. 332v: Finivimus 23. Martii post prandium. 1686.

b) Tractatus In duos Libros Aristotelis De Ortu et Interitu, sive De Generatione et Corruptione: fol. 333r - 445r. Initium Disputationis Primae: Agemus in praesenti de modo, quô res naturales.... Clausula: Absolvimus 20. Maii ante prandium.

c) Tractatus In Tres Libros Aristotelis De Anima: fol. 447r - 535v. Initium Disputationis Primae: Haec est pulcherrima philosophiae pars....Nota in margine inferiore: Die 20 Maii Lectio prima pomeridiana huius Tractatus. Clausula: Coronis Tractatui huic de Anima imposita est 25. Junii 1686. Quem Tractatum cum parergis ex Universa Philosophia 26. eiusdem cum laude defendit Dominus Stockhamer. In Vigilia Sanctorum Petri et Pauli media 8. (hora) itur processionaliter ad Ecclesiam Cathedralem et finitô sacrô ad S. Petrum per plateam magnam. in ipso festo rursus eunt Domini Convictores ad S. Petrum finitâ Missâ in Aula, et ibi auditur concio et Sacrum.

d) Tractatus De Metheoris: fol. 536r - 570r. Initium Disputationis Primae: Appellatur hic Tractatus de Meteoris, quia... Clausula: Absolvimus die. 8. Julii in festo S. Kiliani 1686. post prandium.

e) Tractatus In Libros Metaphysicorum Aristotelis: fol. 1r - 28r (= 571 - 598). Initium Disputationis Primae: Haec est ultima Philosophiae pars....Nota in margine inferiore: Die 10. Julii incepimus autem hunc Tractatum. Eodem ~~in~~ XX die rursus frequentabant neo-Physici. Item 10. Julii duo studiosi ex Tietmaning (ubi fuêre deprehensi) huc deducti ad carceres ratione furti. Clausula: Solennem et ultimum finem cursui nostro Philosophico imposuimus Die 20. Julii in festo S. Margaritae die Sabbathi manè Anno 1686.

In fine uniusquique lectionis numerus notatur. Fuerunt igitur universim 277 lectiones physicae et 14 lectiones metaphysicae.

Partem a codicis nostri continet etiam Cod. 34 - 18 (supra p. 105!), partes b - e Cod. MN II 144 (ibidem!). Fr. Marcus Starnisi etiam codicem praecedentem et 7 codices sequentes scripsit.

Bibl. Cod. MN II 148

III + 232 foll; teg. a2; script. 1686/87

Tractatus In Secundam Secundae Divi Thomae partem De Jure, et Justitia. De Restitutione. Item De Contractibus tam in genere, quàm specie. Traditus A Plurimum Reverendo....P. Paulo Mezger, Ordinis S. P. Benedicti in Celeberrimo et Antiquissimo Monasterio ad S. Petrum Salisburgi Professo Sacrosanctae Theologiae Doctore, et Professore eiusdem Ordinario, et Primario. Calamô vero exceptus A Religioso F. Marco Starnisi eiusdem Ordinis Professo, in Celeberrimo Inferioris Austriae Monasterio Seittenstettensi, eius pro tempore indignissimo Discipulo. Anno Domini M. D.C. LXXXVII. Initium (Prooemii) Tractatus De Jure et Justitia: fol. 1r: A Theologicis ad virtutes Cardinales progreditur S. Doctor....Nota in margine inferiore: Inceptus 6. (?) Novembris 1686.

a) Disputatio Prima De Virtute et obiecto Justitiae: fol. 1v - 97v. Clausula: Absolvimus hanc disputationem 14. Aprilis 1687. Anno qVo AMbrosIVs Abbas SeIttenstettensIs In ChrIsto DIe X. AprILIs pIè InterIVIt. (Chronogramma ad annum 1687)

b) Disputatio Secunda De Restitutione In Genere: fol. 98r - 144v. Clausula: Absolvimus hanc disputationem Die 11. Junii 1687. Hoc die Reverendissimus noster Benedictus Abelzhauser infulatus est à Celsissimo Episcopo Stainer.

c) Disputatio Tertia. De Iniuriis et Restitutione in specie: fol. 145r - 220r. Clausula: Die. 27. Augusti Anno 1687.

d) Index super Tractatum de Jure et Justitia. De Restitutione tam in genere quam specie. Item De Contractibus in genere et specie: fol. 221v - 230v. (Juxta numeros appositos codex continet circ. 150 lect) Eundem tractatum exhibent etiam codices MN II 159 et 162 (vide inferius!) F. Marcus Starnisi scripsit etiam duos codices praecedentes et sex sequentes.

Arch. Cod. 34 - 11 (XVIII 3 h)

4°; VI + 236 foll; teg. a2; script. 1686/87

Tractatus in primam Divi Thomae partem De Deo Uno et Trino Traditus a....P. Mauro Liechtenhaimb Ordinis S. P. Benedicti Liberi et Exempti Monasterii ad S. Lambertum in Styriâ Professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore et Professore Ordinario. Calamo vero exceptus A Religioso F. Marco Starnisi, eiusdem Ordinis Professo in Celeberrimo Monasterio Seittenstettensi In Inferiori Austriâ. Anno Domini MDCLXXXVII (1687).

Initium p. IX (=fol. Vr): Proaemium. Arduam rem aggredimur, dum Deum speculari cogitamus.....Clausula fol. 231v: Lectio 140 Die 2. Septembris 1687.
Eundem tractatum reperies in codicibus MN II 160 et 163 (Vide inferius!) F. Marcus Starnisi scripsit etiam tres codices praecedentes et quinque sequentes.

Bibl. Cod. MN II 149

VIII + 272 foll; teg. a2; script. 1687/88
Tractatus In Tertiam Divi Thomae partem De Incarnatione Traditus In Alma et Archiepiscopali Universitate Salisburgensi A ...Patre Paulo Mezger, Ordinis S. Benedicti in Celeberrimo et Antiquissimo Monasterio ad S. Petrum Salisburgi Professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore, et Professore Ordinario, Calamô exceptus et inceptus 7. Novembris A Religioso F. Marco Starnisi Benedictino Seittenstadii Professo eiusdem indigno Discipulo 1687.
Initium Tractatus De Incarnatione fol. 1r: Tertiam Divi Thomae partem favente Deo auspicamur.... Nota in margine inferiore: Lectio 1. die 7. Novembris 1687.
Clausula fol. 259v: In universim (!) 150 Lectiones. Die 28. Augusti 1688. Finis. (Sequitur fol. 261r - 268r Index super Tractatum de Incarnatione)
Nota pro bibliopego fol. VIIr: F. Marcus Seittenstettensis schweinleder in grien schnidt blabe Claustur (? = Schließen?)

Bibl. Cod. MN II 150

IV + 131 + 117 = 252 foll; teg. a2; Script. 1687/88
a) Tractatus De Angelis. Traditus In Alma, et Archiepiscopali Universitate Salisburgensi. A Plurimùm Reverendo.....Patre Mauro Liechtenhaimb, Ordinis S. Benedicti, Liberi et Exempti Monasterii ad S. Lambertum in Styria Professo. Sacrosanctae Theologiae Doctore et Professore Ordinario. Calamô exceptus et inceptus 7. Novembris 1687. A Religioso F. Marco Starnisi eundem Ordinem Professo in Celeberrimo Divae Virginis Monasterio Seittenstettensi: fol. 1r - - 129v. Initium Prooemii fol. 1r: Quoniam anno superiori rerum omnium principium.....Nota in margine inferiore: Lectio 1. pomeridiana 7 Novembris 1687. Clausula: Absolvimus 9. Aprilis, qui fuit dies Veneris ante Dominicam palmarum, et ultima lectio ante Pascha. 1688. (73 Lectiones)

b) Tractatus In Primam Secundae Divi Thomae De Beatitudine, et Actibus Humanis: fol. 1r - 104r (= 132 - 235)
Initium Partis Primae fol. 132r: Notandum est, tria reperiri ex parte finis.....Clausula fol. 235r: 61 Lectiones. Absolvimus die 28. Augusti Divo Augustino sacro Anno MDCLXXXVIII (1688).

c) Index super Tractatum de Angelis: fol. 106r - 109r (= 237 - 240)
Nota pro bibliopego fol. IIIr: F. Marcus Seittenstettensis schweinleder grin schnidt blawe Claustur (Quam notam vide etiam in codice MN II 149, supra p. 109!)
Fr. Marcus Starnisi scripsit etiam quinque codices praecedentes et tres subsequentes.

Bibl. Cod. MN II 151

III + 160 + 69 = 232 foll; teg. a2 (in tegumento adverso I H S, in averso Mater Immaculata iuxta Apoc. XII 1); script. 1688/89

a) Tractatus De Vitiis et Peccatis. Traditus In Alma et Archiepiscopali Universitate Salisburgensi, A....Patre Mauro Liechtenhaimb, Ordinis S. Benedicti Liberi et Exempti Monasterii ad S. Lambertum in Styria Professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore, et Professore Ordinario. Calamô exceptus, et inceptus. 12. Novembris. A Religioso F. Marco Starnisi, eundem Ordinem Professo in Celeberrimo Divae Virginis Monasterio Seittenstettensi. Anno M D C L XXXIIX (1688): fol. II, III, 1 - 160r.
Initium Proaemii fol. IIIr: Quid et quantum malum sit Peccatum,...
Nota fol. IIIv: Lectio 1. Antemeridiana Die 12 Novembris 1688.
(NB: Disputationibus De Vitiis et Peccatis praemittitur Disputatio Praeliminaris De Conscientia: fol. 1r - 41r, ubi hanc clausulam invenies: Finivimus hanc Disputationem die 17. Januarii Anno 1689.)
Clausula fol. 160r: Absolvimus 12. Julii. ante meridiem. 1689. et Sequentem Tractatum simul incepimus. (117 Lectiones)

b) Tractatus De Legibus: fol. 1 - 54v.(= 161 - 214). Initium Disputationis Primae: Nomen Legis iuxta Divum Thomam .....Clausula: 27 Lectiones. Absolvimus Die 31 Augusti 1689.

c) Index super Tractatum de Conscientia; Item de Vitiis et Peccatis: fol. 55r - 65r (= 215 - 225).
Eosdem tractatus reperies in codice MN II 155 (vide infra!). F. Marcus Starnisi scripsit etiam sex codices praecedentes et duos subsequentes.

Bibl. Cod. MN II 152

IV + 218 foll; teg. a2 (ut in codice MN II 151 supra p. 110); scriptus 1688/89

Tractatus Theologici De Sacramentis. Traditi In Archi=Episcopali Universitate Salisburgensi A ....Patre Honorio Aigner, Ordinis S. P. Benedicti, in Celeberrimo et Antiquissimo Monasterio Cremifanensi Superioris Austriae Professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore, et Professore Ordinario. Calamô excepti A Religioso F. Marco Starnisi eiusdem ordinis in Celeberrimo Divae Virginis Monasterio Seittenstettensi Inferioris Austriae Professo. Anno 1688.

Initium Prooemii fol. 1r: Explicatô iam Annô priori à Clarissimo Antecessore Verbi Incarnati Mysteriô..... Nota in margine inferiore: Lectio 1. pomeridiana in profesto Sanctorum Monachorum Ordinis S. Benedicti (12. Novembris)

a) Tractatus Primus De Sacramentis in genere: fol. 1rv- 112r. Initium: Quinque de Sacramentis in genere expendit S. Doctor.....

b) Tractatus Secundus. De Baptismo: fol. 113r - 150r. Initium: Post absolutum Tractatum de Sacramentis in genere....Clausula: Absolvimus hunc Tractatum Die 10. Junii 1689.

c) Tractatus III. De Sacramento Confirmationis ad Quaestionem 72dam Sancti Doctoris: fol. 150v - 157r. Initium: Cum baptismum immediate sequatur Sacramentum Confirmationis....Clausula: Absolvimus hunc Tractatum die 18. Junii 1689.

d) Tractatus quartus. De Sacramento Eucharistiae: fol. 157v - 211r. Initium: Eucharistia tanquam divinissimum et venerabile Sacramentum. Clausula: Absolvimus 31. Augusti 1689. 129 Lectiones universim. Nota fol. 179v: Lectio 111 die 20. Julii, quo erat promotio Magistrorum in Olomucii in Moravia.

Fr. Marcus Starnisi scripsit etiam 7 codices praecedentes et codicem subsequentem.

Bibl. Cod. MN II 153

II + 260 foll; teg. a2; script. 1689/90

a) Tractatus In primam secundae Divi Thomae De Gratia Traditus In Alma, et Archiepiscopali Universitate Salisburgensi A ...Patre Mauro Liechtenhaimb, Ordinis S. Benedicti Liberi et Exempti Monasterii ad S. Lambertum in Styria Professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore, et Professore Ordinario. Calamô exceptus et inceptus A Reli-

gioso F. Marco Starnisi, eundem Ordinem Professo in Celeberrimo Divae Virginis Monasterio Seittenstettensi Anno M. DC. XIC. (1689) Die 6. Novembris: fol. 1 - 222.
Initium Proöemii fol. 1r: Salutem hominis et operum eius honestatem .....Nota in margine folii 5v: Lectio 3. in festo S. Martini (11. Novembris 1689). Clausula fol. 222v: Absolvimus hunc Tractatum die 31. Julii. 1690.

b) Tractatus In secundam Secundae Divi Thomae de Virtutibus Theologicis. Fide, Spe, et Charitate: fol. 223 - 255.
Initium fol. 223r: Disputatio prima. De Fide. Tres esse virtutes Theologicas.....Clausula fol. 255r: 149.Lectiones universim. Absolvimus 1. Septembris 1690.
F. Marcus Starnisi etiam octo codices praecedentes exaravit.

Bibl. Cod. MN II 154

478 pagg; teg. c2d; (dorsum codicis verso fragmento membranaceo videtur tectum esse); script. circa 1685
Philosophia Reverendi P. Maximiliani Steger Seittenstettensis. Jam in Usum F. Caroli Seittenstettensis pro tempore Salisburgi Theologiae Studiosi.
(NB: Haec inscripto non ab ipso P. Maximiliano Steger scripta est, sed ab illo F. Carolo, qui codice nostro utebatur, eoque postquam Maximilianus Steger Pater appellabatur, nimirum postquam anno 1690 sacerdotio initiatus est. Quo tempore F. Carolus Stang (professus 1685, sacerdos circa 1692) sacrae disciplinae studuit. Attamen scriptura huius inscriptionis indicat potius F. Carolum Gschwandtner (professus 1703, sacerdos 1711) hunc titulum scripsisse.

a) Disputatio unica De distinctionibus: p. 3 - 17. Initium p. 3: Antequam ad ipsam naturam distinctionis veniamus....

b) Logica Compendiosa: p. 19 - 166. Initium Quaestionis I. De Ente Rationis p. 19: Definitur ens rationis quod sit id.....

c) Physica Compendiosa: p. 175 - 475. Initium Quaestionis Primae. De Principiis Corporis naturalis. p. 175: Cum obiectum physicae sit corpus naturale.....(Continet haec compendiosa Physica tam Physicam generalem p. 175 -347 quam specialem, dico Disputationem de Mundo p. 348 - 355, De Caelis p. 355 - 372, de generatione Corruptione motu aliisque ad haec spectantibus p. 372 - 436, De anima: p. 436 - - 475.

Num ipse Maximilianus Steger hoc compendium compilaverit, incertum est; item, quo anno codicem scripserit, utrum circa annum 1685, cum ipse lectiones philosophicas audiret, an serius; at anno 1693 iam obiit P. Maximilianus Steger.

Bibl. Cod. MN II 155

315 foll; teg. a1; script. 1688/89

a) Tractatus de Vitiis,et peccatis: fol. 4 - 238r. Initium Prooemii fol. 4r: Quid et quantum malum sit peccatum.....

b) Tractatus De Legibus: fol. 238v - 313r. Initium Disputationis Primae De legibus in communi: Nomen legis juxta Divum Thomam.....

Inscriptio dorsi: M S. De Vitiis et peccatis ac Legibus F. Maximilianusi Steger Seittenstettensis. Inde novimus scriptorem codicis nostri. Auctorem vero indicant initia tractatuum, quas supra posuimus. Eadem enim initia ideoque eosdem tractatus a P. Mauro Liechtenhaimb ad S. Lambertum in Styria professo anno scholari 1688/89 Salisburgi dictatos reperies in codice MN II 151 (supra p. 110!) F. Maximilianus Steger scripsit etiam codicem praecedentem.

Bibl. Cod. MN II 156

VI + 602 pagg; tegumentum membranaceum (fragmentum libri missalis saeculo XV. scripti); scriptus 1686

a) Conclusiones Logicae: p. I - III. (53 Conclusiones)

b) Quaestiones Logicalses Honori Praesentatae Virginis (= ad festum Praesentationis Beatae Mariae Virginis) Traditae et Dicatae Anno 1686. 21 Novembris Sub Admodum Reverendo Patre Kraus: p. VI, 1 - - 601 (cum brevi nota p. 602 litteris cursivis apposita). Qui P. Kraus non Salisburgi docuit; at neque cuius universitatis aut lycaei professor fuerit, scio, neque cuius ordinis professus. Sed et scriptor (vel potius scriptores? duae enim sit distinguendae sunt scripturae, utraque ornatissime picta!) ignotus.
Initium Quaestionis Primae De Prolegomenis Logicalibus p. 1: Frustra ponerentur media ad aliquem finem,.....

Bibl. Cod. MN II 159

633 pagg; teg. a2; script. 1686/87

Tractatus In Secundam Secundae Divi Thomae partem De Jure et Justitia. De Restitutione. Item de Contractibus ing genere et specie. Traditus A .....P. Paulo Mezger, Ordinis S. P. Benedicti in Celeberrimo et Antiquissimo Monasterio ad S. Petrum Professo Sacrosanctae Theologiae Doctore, et Professore Ordinario. Calamô vero exceptus A Religioso F. Placido Feigler eiusdem ordinis in Celeberrimo Divae Virginis Monasterio Seittenstettensi Inferioris Austriae Professo. Anno Domini M. D. C. LXXXVII. (1687)

Initium (Prooemii) Tractatus De Jxure et Justitia: A Theologicis ad virtutes Cardinales progreditur S: Doctor...

a) Dispxutatio De Virtute et objecto Justitiae: p. 1 - 275. Clausula: NB: absolvimus hanc disputationem die 14. Aprilis.

b) Disputatio secunda. De Restitutione in genere: p. 276 - 407. Clausula: Absolvimus hanc disputationem die 11 Junii. Hodie Reverendissimus noster infulatus est.

c) Dispxutatio tertia De Injuriis et rexstitutione in specie: p. 408 - - 633. Clausula: Anno 1687 Die 27 Augusti.

Quas si disputationes clausulasque comparaveris, reperies eundem tractatum supra p. 108 in codice MN II 148 et infra in codice MN II 162. F. Placidus Feigler etiam duos sequentes codices scripsit. Litterae initiales in adverso tegumento: .F:P:F:P:S: = Frater Placidus Feigler Professus Seittenstettensis

Bibl. Cod. MN II 160

XI + 665 pagg; teg. a2 (adverso in tegumento I H S, in averso Mater Immaculata xiuxta Apoc. XII 1); script. 1686/87

Tractatus In Primam Divi Thomae partem De Deo Uno et Trino Traditus A ....P. Mauro Liechtenhaximb Ordinis S: P: Benedicti Liberi et Exempti Monasterii ad S. Lambertum in Styriâ Professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore et Professore ordinario Calamô autem exceptus A. Religioso F. Placido Feigler eiusdem Ordinis Professo in Celeberrimo Monasterio Seittenstettensi, et pro tempore eius indigno Discipulo Salisburgi. Anno Domini 1687.

Initium Proemii p. X: Arduam rem aggredimur, dum Deum speculari cogitamus....

a) Disputatio Prolegomenalis De Natura et Qualitatibus Theologiae: p. 1 - 89

b) Pars Prima De Deo Uno: p. 90 - 611. Clausula: Anno 1687. Die: 25 Augusti. absolvimus.

c) Pars Secunda De Deo Trino: p. 612 - 662. Clausula: Anno 1687. Die 2. Septembris.

Eundem tractatum continent etiam codices MN II 163 (vide infra!) et Archivi Cod. 34 - 11 (quem vide supra p. 108/09!). F. Placidus Feigler scripsit etiam codicem praecedentem et subsequentem.

Nota p. 368: Hodie scilicet 31 Maii mane media sexta discesserunt quatuor confratres nimirum Fratres Josephus (Koppler), Caelestinus (Pley), Marcus (Starnisi), et Maximilianus (Steger) cum Ikllustrissimo Domino Domino Comite Friderico Preysing (?) ad ellectionem (!) abbatialem nostram (?) in die sabbathi post festum Corporis Christi. (N.B. Hoc die discesserunt, electio autem fuit die 8. Junii!)

Bibl. Cod. MN II 161

285 foll; teg. a2; script. 1687

a) Tractatus Primus De Sacramentis in genere: pf.1 - 62v. Initium Proemmii fol. 1r: De Sacramentis in genere ac in Specie.....

b) Tractatus Secundus. De Baptismo: f. 63 - 111r. Initium fol. 63r: Post absolutum tractatum de Sacramentis in genere....

c) Tractatus Tertius De Sacramento Confirmationis: fol. 111v - 119r. Initium: Cum baptismum immediate sequatur Sacramentum Confirmationis,.....

d) Tractatus quartus De Sacramento Eucharistiae: fol. 119v - 155r. Initium: Eucharistia tanquam Divinissimum et venerabimle Sacramentum....Clausula: Coronidem imposuimus huic tractatui die 7. Maii in vigilia Awscensionis Domini (id est anno 1687, quo anno Ascensio Domini die 8. Maii celebrata est.)

e) Tractatus quintus De Sacramento Poenitentiae: fol. 155v - 226v. Initium: Non tam de Sacramentis in genere....Clausula: NB: absolvimus hunc Tractatum die 19 Julii.

f) Tractatus sextus De Sacramento Extrexmae unctionis: fol. 227r - 231v. Initium: Articulus Primus. An extrema unctio sit verum Sacramentum novae legis,.....

g) Tractatus septimus. De Sacramento Ordinis: fol. 231v - 238v. Initium: Articulus Primus Qumid sit ordo vel quotuplex? Clausula: die 1. Augusti absolvimus hunc tractatum.

h) Tractatus octavus et ultimus De Sacramento Matrimonii: fol. 239r - 282v. Initium: Quandoquidem matrimonium dupliciter considerari potest.....

Scriptura indicat probabimliter F. Placidum Feigler, qui duos codices praecedentes, etiam codicem nostrum exarasse. Auctorem autem P. Honorium Aigner professum monasterii Cremifanensis esse arbitraberis, si codicem nostrum cum codice MN II 152 (supra p. 111!) comparaveris. Etenim non solum initia tractatuum II et III, et IV sed etiam magnae partes codicis MN II 152 etiam in tractatibus I - IV codicis nostri inveniuntur.

Inscriptio dorsi: Theologiae Moralis (!) Tractatus (de) Sacramentis in genere et Specie. MS.

Bibl. Cod. MN II 162

548 pagg; teg. a2; script. 1686/87

(Tractatus....De Jxure, et Justitia. De Restitutione. Item De Contractibus tam in genere, quàm specie).

Initium (Prooemii) p. 1: A Theologicis ad virtutes Cardinales progreditur S. Doctor.....

a) Disptutatio Prima. De Virtute et obiecto Justitiae: p. 3 - 302

b) Disptutatio Secunda. De Reıstitutione in genere: p. 303 - 393

c) Dispıutatio 3. De Iniuriis et Restitutione in Specie: p. 393 - 548

Scriptor codicis nostri, quamquam etiam codicem sequentem scripsit, tamen ignotus est. Eundem tractatum exhibent etiam codices MN II 148 (supra p. 108!) et MN II 159 (vide supra p. 113/14!). Qua de causa de auctore codicis nostıri, scilicet P. Paulo Mezger Professo ad S. Petrum Salisburgi et ibidem Theologiae Professore, ne dubitaveris! Et quia paene ad verbum inter se consonant hi tres codices, etiam codicem nostrum eodem anno scholari 1686/87 scriptum esse atque codices MN II 148 et 159 quis neget?

Bibl. Cod. MN II 163

532 pagg; teg. a2; scriptus probabiliter 1686/87

(Tractatus in primam Divi Thomae partem De Deo Uno)

Initium Prooemii p. 13: Arduam rem aggredimur Dum Deum speculari cogitamus.....

a) Disputatio Prolegomenalis. De Naturâ et qualitatibus Theologiae: p. 15 - 139.

b) Pars I. De Deo uno: p. 139 - 525. Eundem tractatum quem codex noster continent etiam codices 34 - 11 (supra p. 108/09!) et MN II 160 (supra p. 114!), sed in codice nostro desunt finis Partis Primae (De Deo Uno) et tota Pars Secunda (De Deo Trino). Nihilominus certum est nostri quoque codicis auctorem esse P. Maurum Liechtenhaimb ad S. Lambertum in Styria Professum et Salisburgi Theologiae Professorem.

Scriptor codicis nostri etiam codicem praecedentem exaravit. Quamvis mutilus sit codex noster, tamen verisimile est, eum eodem anno scholari 1686/87 ortum esse, quo codices 34 - 11 et MN II 160. Nam praeter mutilationem vix invenies differentiam istorum codicum.

Bibl. Cod. MN II 164

470 pagg; tegumentum est fragmentum libri missalis typis impressi (ad caput Quadragesimae); dorsum abscissum; script. 1688

Rechenbuech Mit der Ziffer auf allerley Hauß: Unnd Kaufmans Rechnung Vortheillig Zumachen, Gründtlich beschriben, auch in frag Und Antwortt gestelt, durch Jacobum Ferdinandum Gererstorffer, Welcher Darzue Angefangen hat. den 16. Septembris Anno 1688.

All mein Anfang Zu diser Frist
Daß sey im Namen Unßers Herrn Jesu Christ.
Der Verleyhe mir sein Göttliche gnadt.
Vleisßig Zulehrnen frue Und spatt.

Auctor huius libri vix potest esse P. Anselmus Gererstorffer, monachus Seitenstett., quippe qui anno 1680 natus non facile anno 1688 librum ad instruendum in arte ratiocinandi componere potuerit. At certe consanquinitate iunctus erat cum illo P. Anselmo. Veri simile est, auctorem sua manu scripsisse codicem nostrum, sed non est certum.

Bibl. Cod. MN II 166

366 pagg; teg. a1; script. 1690

Liber Quartus Decretalium Gregorii IX. Pontificis Maximi.

Initium p. 3: Titulus Primus De Sponsalibus et Matrimoniis. Cùm toto hoc libro 4. Decretalium de sponsalibus et Matrimonio agendum sit....Clausula p. 364: Absolvimus 26. Augusti 1690.

Scriptor et auctor ignoti.

Bibl. Cod. MN II 165

576 pagg; tegumentum adversum et aversum foliis membranaceis munitum saec. XIV(aut ineunte XV ?) manu scriptis; script. ca. 1690(?.

(Dorsum munitum fragmento membranaceo saec. XV manu scripto.)

a) De plerorumque Nominum gradibus ordine Alphabetico: p. 3 - 4
b) De Verborum Amplificatione: p. 5 - 7
c) Sententiae: p. 13 - 16
d) Descriptio moderni Saeculi: p. 17 - 18
e) Collectio verborum synonymorum: p. 19 - 47
f) Notata ex Suada Civili (fol. 309, 311, 312): p. 51 - 55
g)(Brevissima exercitia Rhetorica ad varia themata): p. 57 - 68 (praesertim brevissimae descriptiones rhetoricae)

h) (Brevia exercitia rhetorica ad propositiones alphabetico ordine dispositas): p. 69 - 152

i) Symbola rerum alphabetico ordine dispositarum: p. 153 - 154 (Superest sola littera A!)

j) (Argutiae aliaeque perbreves narrationes ad themata alphabetico ordine disposita): p. 155 - 188

k) Hieroglyphica (id est varia exemplа, quomodo rebus naturalibus ad illustrandas qualitates hominum uti possis): p. 191 - 192

l) (Variae brevissimae fabulae historiaeque): p. 193 - 197

m) Varia Notata ex Bosquiero (Philippo, Ordinis Fratrum Minorum, praeclaro concionatore, anno 1631 mortuo): p. 199 - 204

n) (Variae historiae breves ad diversa themata moralia alphabetico ordine disposita): litterae A - E: p.207 - 222; litterae B - V: p. 223 - 410

o) (Varia exercitia oratoria: Oratiunculae de Mundi fallacia, Igne purgatorio, Vita humana et similibus): p. 413 - 421

p) (Alia exercitia oratoria: descriptiones et laudes, ex. gr. Laus Viennae p. 441 - 443; Enthymema Rhetoricum Probant faeminam hoc saeculo dominari: p. 452 - 454 appositis 19 versibus loco epitaphii) p. 425 - 461

q) Historiae Pulcherrimae Ex Variis Libris Excerptae: p. 463 - 470

r) (Alia exercitia oratoria): p. 471 - 474 (De somno; De Antonomasia)

s) Praxis amplificandi: p. 475 - 481

t) Institutio Brevis pro Facienda Chria (id est pro breviter exponendis verbis vel factis exemplaribus, quibus uti possis in oratione): p. 481 - 496 p. 484 duo sigilla in cera impressa inveniuntur.

u) (Institutio ad Chriam faciendam aliquot exemplis demonstratur): p. 497 - 530

v) (Exemplа perpolita ad tria genera Chriarum monstranda): p. 547 - 571 In hoc codice complures fasciculi a diversis manibus scripti coniuncti sunt: Prima manus scripsit p. 3 - 4, secunda p. 5 - 7, tertia p. 13 - 18, quarta (eaque F. Joannis Rigelex? vide infra ad codices MN II 193 et 217!) p. 19 - 47, quinta p. 51 - 55, sexta p. 57 - - 152, septima p. 153 - 182, octava p. 183 - 410 (interpositis aliquot foliis ab alia manu scriptis?), nona p. 413 - 421, decima p. 425 - 461, undecima p. 463 - 470, duodecima p. 471 - 474, tertiadecima p. 475 - 496, quartadecima p. 497 - 530, quintadecima p. 531 - 571. x) praeterea p. 331 Logica P. Heij laudatur; quod opus P. Caelestini Heij anno 1693 in lucem evehit.

Quantum videre potuimus, libri quibus scriptores singularium partium codicis nostri usi sunt, saeculo XVII in lucem evenerant. Verisimile, etsi non certum est, omnes partes codicis nostri fere eodem tempore scriptas esse. Atqui F. Joannes Rigele 1691 vota emisit et probabiliter fere eodem tempore arti oratoriae operam dedit. Insuper p. 279 p. Paulus Mezger laudatur, nobis iam notissimus.x) Videtur igitur codex noster circa annum 1695 scriptus esse.

Bibl. Cod. MN III 6

8° min., 284 foll; tegumentum: fragmentum folii membranacei saec. XV modis musicae sacrae inscripti sordidissimum (Excerpta philologica: grammatica, poetica, rhetorica, lexicographica aliaque), omnia Latina, nonnulla cum translatione Germanica)

a) Verba consonantiora et magis propria (virorum clarorum Graecorum: fol. 1 sequu.; Ex pontano (= Pontanus Jacobus SJ, Progymnasmata Latinitatis, 4 Tomi, Ingolstadii 1589 sequu.) progymnasma tricesimum quartum: fol. 5v sequu.; Ex Cicerone: fol. 10v sequu.; Ex Curtio (= Quintus Curtius Rufus, Historiae Alexandri Magni Macedonis) Libro X - III fol. 14r - 34r; dicta poetica et prosaica): fol. 1r - 52v.

b) Notata et proverbia ex variis libris collecta (ex. gr. Ex tertia Historia: fol. 55v sequu., Notata faciliora ex Cicerone: fol. 58r sequu.; Proverbia fol. 60r sequu.): fol. 53r - 64v.

c) Proverbia (iuxta nominum propriorum rerumque ordinem alphabeticum disposita): fol. 64v - 71r.

d) (Varia alia proverbia et dicta exemplaria, ex. gr. ex Cicerone: fol. 81v sequ.): fol. 71r - 82v.

e) (Notata) Ex Spiritualibus (Ex Niceta fol. 82v sequu; Ex Marco...(?) fol. 85r sequ., exercitia oratoria): fol. 82v - 94v.

f) (Alia excerpta brevissima tam poetice quam soluta oratione scripta, ex. gr. ex Balde: fol. 138v sequu.; Libro primo Fabulae ex ovidio Metam., id est nomina deorum heroumque, de quibus tractant fabulae Metamorphoseon Ovidii poetae: fol. 170v; Ex Ovidio Metamorphosi: fol. 189 sequ.; Bauchusius fol. 195r sequ.; Ex Nono Martialis libro fol. 212v sequu.): 109r - 212v.

g) (Collectio nominum propriorum, quibus homines litterati veteres usi sunt): fol. 232r - 233v.

h) (Collectio altera ad illustranda nomina propria usitatissima, ex. gr. hominum fortium, Historicorum, Artificum, Adulatorum...): fol. 236r - 256v.

i) (Index alphabeticus rerum): fol. 257r - 268v.

j) Synopsis Rhetorices: fol. 271r - 281v.

k) (Nomina Poetarum, quibus usus esse videtur compilator codicis nostri: in parte aversa tegumenti ab intrinseco, scilicet): Jarbivius (?), Claudianus, Horatius, Virgilius, P. Balde (Jacobus SJ, + 1668), P. Hugo (Hermannus SJ, + 1629), Ovid: Metamorph: De Tristibus etc., P. Bissl (Bissel Johannes SJ, + 1682), Bauchusius (Bernardus Bauhusius SJ, + 1619), Bidermannus (Jacobus) SJ, + 1639), Maxemilianus (?). Perpaucis foliis exceptis totum codicem una eademque manus conscripsit. Non sine haesitatione e scriptura coniicio codicem nostrum circa annum 1690 ortum esse.

Arch. Cod. 34 - 5 (XVIII 3 h)

4°, 976 pagg; tegumentum foliis membranaceis (fragmentis lexici saec. XV scripti: litterae R et S) valde attritis compositum

a) (Altera pars orationis panegyricae in honorem Divi Thomae Doctoris Angelici): p. 4 - 5 - 6 - 3 (Pars prior deest; ordo paginarum inversus)

b) Laus vini - Vituperium aquae (Carmen 7 strophis quaternorum versuum compositum): p. 9

c) (Exemplum Amplificationis): p. 10

d) Chria Verbalis Magna non latitant mala Senecae in Medeam (aliaeque Chriae id est brevia exercitia ~~oratoria~~ oratoria ad singula themata): p. 11 - 14.

e) Epistola suasoria: p. 14 - 15

f) Apprecatio Natalis (Carmen versuum imparium ad diem natalem compositum): p. 15

g) Anagramma (et carmen in honorem Iovis): p. 16

h) Quaestio Proplematica (!) deducenda per locum oratorium ê partium enumeratione de sancto Thaugmaturgo (!) Xaverio: p. 17

i) De Diis et Deabus: p. 18 - 19

j) Homines et populi re aliqua insignes et clari: p. 19 - 21

k) Exercitia oratoria in genere Deliberativo seu consultativo: p. 22/46

l) (Duae litterae mense Martio 1679 Salisburgi datae, altera ad abbatem Seitenstettensem Adamum Piringer ad petendas litteras dimissoriales pro sacro subdiaconatus ordine a Fr. Leopoldo Wimmer suscipiendo, altera ad Priorem Seitenstettensem Benedictum Abelzhauser eaque gratulatoria ad diem onomasticum composita): p. 47 - 50 (Apographon)

m) Chriae (aliaque exempla et exercitia oratoria): 51 - 82 (ex. gr. Chria Activa De Sancto Benedicto: p. 51 - 52; oratiuncula in Resurrectione Domini: p. 57 - 58; p. 59 - 62 videtur esse oratio de S. Wenceslao, in cuius fine haec nota marginalis invenitur: Haec Ex P. Domer (?), minus tamen bene applicata; p. 63 - 65: oratio gratulatoria ad diem onomasticum cuiusdam professoris logicae nomine P. Caelestini, probabiliter P. Caelestini Pley, professi Seitenstettensis, ca. 1692; p. 67 - 70: Thema Pro praemiis in Rhetorica; p. 71 - 72: Allegorica Oratio de S. Benedicto)

n) Symbola (id est thematapicturae symbolicae cuiusdam qualitatis, ex. gr. blasphemiae, singulis versibus imparibus explicatae): p. 83 - 89

o) Anathemata Sacrosancto Eucharistiae Sacramento, â iuventute Salisburgensi 1671 assensa (?): p. 89 - 94 (Emblemata cum versibus imparibus) ——— appensa

p) Sacramentum Eucharistiae Symbolice expressum: p. 94 - 99 (Emblemata cum versibus imparibus)

q) (4 symbola cum versibus imparibus): p. 101 - 102

r) (Exemplum dedicationis cuiusdam operis theologici Celsissimo cuidam Principi, probabiliter Joanni Ernesto Comiti de Thun, Principi-Archiepiscopo Salisburgensi, dedicandi): p. 103 - 108 (Fortasse haec dedicatio scripta est pro Parte I operis, quod inscriptum est Basis universae Theologiae id est Divina Fides Academicae Illustrationi commissa....; operis istius pars prima anno 1707 sub praeside P. Caelestino Pley monacho Seitenstettensi in lucem evenit.) Initium: Phidias sculptorum siquis alius...

s) Notata ex Prosodia: p. 109 - 113

t) Notata de Poesi: P. 115 - 159

u) De Poesi artificiosa: p. 161 - 204 (Explicantur 24 genera poeseos artificiosae, ex. gr. Anagramma, Aenigma, Carmen Cabalisticum, singula cum exemplis; exempla Chronostici ad annum, quo traditus est tractatus hic de poesi, P. 186:
QVo In SICILIa nono IanVarII horrenDVs - terrae MotVs eXorIebatVr.
p. 187: Magne DraCo LeX eXte, ReX eXIbat InanIs (ad annum 1693))

v) Brevis Instructio cultus Poetici sive Practica quaedam principia obviam quancunque constructionem in carmen Phrasi poeticâ concinandi: p. 205 - 209

w) De fictione Poetica: p. 209 - 213

x) De Poemate: p. 213 - 215

y) Ode Panegyrica Sive Satyrica: Laus victorissae urbis Viennae 2145 (Hoc Poema forsitan anno 1683 ortum sit.): p. 215 - 216

z) De Carmine: p. 216 - 217

A) Lyra Horatiana Seu genera Odarum Horatii: p. 217 - 222

B) Proverbia Germanico Latina: p. 222 - 228

C) Centum Nomina Lullii (id est centum nomina philosophica: Entitas...) p. 229 - 231

D) (4 carmina): Apprecatio Natalis; Facinora Sancti Alexii; In Garrulos; In Rhetorem Studiis valedicentem: p. 231 - 234

E) De Epigrammate: p. 234 - 236

F) De generibus figurarum: p. 237 - 242

G) Sequuntur Epigrammata Varia: p. 243 - 274 (De Vitâ Jesû Christi et Beatae Virginis Mariae; miracula Christi; de Mundo; de Vita et Morte; de Amore; de Grammatica, Poetifca ad easque pertinentibus; de Virtutibus et Vitiis; de Musica; de Militia; de Animalibus Irrationalibus; De Vitiosis, Pauperibus Ebriis, et Falsis Hominibus; De Rebus Inanimantibus)

H) Sequuntur alimqua Aenigmata cum Solutione(p. 274 - 277), Anagrammata (p. 277), Epitaphia (p. 278), Carmina, Et Epigrammata artificiosa (p. 278 - 281), Epigrammata de Beata Virgine (p. 281 - 282), De Sanctis (282 - 284), De Sexû faemineo (285), De Parco et Prodigo (285), (Dedicatio) Deo Ter Optimo Maximo (p. 285)

I) Descriptiones aliquae variarum rerum (versibus imparibus conditae): p. 286 - 289 (Horti, Sylvae, Quatuor Anni Temporum)

J) (Diversa alia carmina versuum imparium): p. 289 - 314

K) Desperatus moriens (Carmen in trimetris iambicis compositum): 314/5

L) Chorus Daemonum (in margine: Dictatum per anapaestica): p. 316 -317 (Unaquaque stropha tres dimetros anapaesticos versumque Adonium continet.)

M) (Diversae aliae Elegiae, praeter perpaucas pure heroicas versibus imparibus scriptae): p. 318 - 354 (354: De turri Seitthenstettensi)

N) Ver mortales ad suas delicias invitat: p. 355 (Hoc carmen compositum est catalecticis iambicis tetrametris!)

O) Descriptio veris per Saphica: p. 356 (strophae Sapphicae)

P) De Actaeone in cervum mutato. Dicolon Distrophon per Hexametros (et iambicos) dimetros (ut Horatii Epod. 14 et 15):p. 357 - 358

Q) (Varia carmina elegiaca et heroica): p. 358 - 372

R) Descriptio veris per Saphica: p. 373 - 374 (Strophae 1 - 5 idem sunt carmen, quod in parte O supra notavimus; ceterae strophae dedicatae sunt neomystae cuidam primitias celebranti.)

S) (Alia carmina versuum imparium): p. 375 - 376

T) Carmen Saphicum De vere ad Studiosos: p. 377

U) (Diversa carmina heroica et elegiaca): p. 378 - 399 (Chronostichon p. 399: SaeCLa bIs oCto patent, en nonagIntaqVe qVInqVe
FrVCtVs, CVM pareret ConIVge VIrgo Carens.) (ad ann. 1695)

V) De Epigrammate: p. 401 - 411 (cum commentariis ad aliquot epigrammata Martialis poextae)

W) Coelestine: p. 413 - 414 (Epistola aut oratiuncula ad quendam Coelestinum, fortasse P. Coelestinum Pley monachum Seitenstettensem, scripta, ut scribentem aliosque ad Magisterium promoveat.)

X) (Exercitia poetica, et oratoria): p. 415 - 449 (Carminibus interdum notae prosodiacae appositae sunt. p. 421, 425, 431 ineunte carmine in margine appositum est nomen Joannes Ferdinandus Benedictus Merkh p. 435 Wolfgangus Joannes Spreizer Anno 1694. E scriptura coniiciendum est hunc p. 4345- 437, illum p. 421 - 434 scripsisse. Videntur autem ista folia pensa scholaria esse, a discipulis magistro Poeseos aut Rhetorices tradita, ideoque fortasse uterque quam scripsit partem, etiam ipse composuit.) Wolfgangus Joannes Spreizer probabiliter idem est atque P. Gregorius Spreizer, monachus Seitenstettensis, natus 1675 in Ybbsitz, professus 1696, sacerdos ca. 1704, + 1713, Musicus. Sunt igitur haec opuscula probabiliter exercitia scholae humanitatis Seitenstettensis.)

Y) De Diis, et Deabus: p. 450 - 451

Z) Sequuntur homines et populi re aliquâ insignes et Clari: p. 451-453

Z_1)Sequuntur Transitiones connectendae Periodi: p. 454 - 456

Z_2)(Carmina elegiaca et Epigrammata varia): p. 457 - 487. (p. 457 ineunte Elegia In qua describuntur Apum Labores, invenitur in margine nomen scribentis Josephus Carolus Vitsch. Ut scriptura demonstrat, Josephus ille Carolus Vitsch pagg. 457 - 462 scripsit. Quem has elegias et ipsum composuisse, ex iisdem causis ratiocinandum est, quas supra p. 122 ad partem X exposuimus. Fuit ille Josephus Carolus Vitsch frater abbatis Seitenstettensis Pauli de Vitsch, cui etiam carmen gratulatorium dedicavit, quod in libro Pauli de Vitsch De Sacramentis in genere - asservatum in scrinio A71 archivi monasterii Seitenstettensis - 1699 typis mandatum est.)

Z_3)Themmata dictata in Poesi â Plurimum Reverendo Religiosissimo ac Doctissimo Domino P: Marco Starnisi Ordinis S: Benedicti in Monasterio Seittenstettensi professo, pro tempore Professore ordinario, nec non universae studiosae iuventutis directore. Scripta A Joanne Friderico Calles Poeseos studioso. Anno MDCXCIV (1694). 12 Decembris: p. 489 - 631. Quorum carminum maxima pars elegiae sunt. p. 514 invenitur stropha sapphica, p. 537 stropha iambica, p. 543 - 546 carmina sapphica, p. 548 - 552 carmina iambica, p. 553 - 557 carmen anapaesticum (tres dimetri anapaestici + Adonius aut monometer anapaesticus), Carmen per Hexametrum et dimetrum (iambicum, ut apud Horatium, Epod. 14 et 15): p. 563, carmen hexametricum: p. 565 - 566, carmen per Hexametrum et dimetrum: p. 567, tres strophae Alcaeicae: p. 568 - 569, carmen Sapphicum: p. 573 - 574, carmen dactylicum, alternantibus hexametris et tetrametris compositum: p. 578 - 579, Epitaphium defuncti P. Meinradi (Higger Seitenstettensis, qui 5. die Julii obiit 1695): p. 609 (ab ipso scribente mox deletum), carmen hexametricum p. 611 - 617, item p. 618 - 619, 625 - - 627. Singula themata huius partis codicis nostri a professore in oratione saluta dictabantur, discipulus autem idem thema versibus includebat. Ex. gr. p. 518 in initio thematis: Cliens Jesulo cor suum in strenam dat, haec nota marginalis invenitur: Usque ad novum annum, id est: discipulis a professore mandatum est, ut hoc thema usque ad novum annum versibus includerent. Ipsa autem themata secundum cursum anni cum civilis tum ecclesiastici disposita sunt a festo S. Martini (11. Novembris 1694) usque ad Assumptionem Beatae Mariae Virginis (15. Augusti 1695). p. 507 haec invenitur nota marginalis: Speiz (?) Deus punit vitia - Calles de Beata Virgine sine macula concepta. - Rein de volucre eiaculando - Pramberger (?) de recreatione - Eckhard de luna. - Härren de praesepi - Schinagl de

Adverte P. Benedictum Calles minorem fuisse Fr.
Ignatio Calles!

Nive, - Calles minor quod sol splendeat - Flurer de Musica - Huetter de febri - Schenberger (?) de capiendis avibus. - Schwaiberger (?) de coelesti gloria - Vitsch de quadragesima. Sine dubio haec nota distributionem pensorum inter discipulos poesxeos anno 1694 in schola Seitenstettensi exhibet. Invenitur igitur in hac nota marginali index discipulorum poesim Seitenstettensem anno 1694/95 frequentantium. Nomen primum vix legi potest. Fortasse nomen est illius Wolfgangi Joannis Spreizer, quem anno 1x694 poesim Seitenstettensem frequentasse pars X codicis nostri (supra p. 122) ostendit. Calles forsitan sit scriptor huius partis Joannes Fridericus Calles. Calles minor fortasse est is, qui ca. 1680 in oppido Scheibbs natus anno 1699 in monasterio Seitenstettensi vota emisit et anno 1702 mortuus est. Flurer vix potest esse ipse Fr. Edmundus Flurer Weistrachensis, qui 1. Novembri 1695 vota nuncupavit ideoque versus finem anni 1694 iam novitius Monasterii Seitenstettensis erat, non studiosus humanitatis, sed forsitan consanguineus eius. Vitsch sine dubio ille Josephus Carolus Vitsch est, qui supra in parte Z_2 aliquot paginas scripsit et composuit (vide p. 123!)

Z_4)(Brevis Regula meditandi Passionem Christi): p. 633

Z_5)Compendium. De Meditatione. Sive Exercitio Spirituali: p. 634

Z_6)(Carmen elegiacum ad salutandos magistros)p. 635

Z_7)(De Praescientia et Praedestinatione Dei): 637 - 660. Initium huius tractatus theologici p. 637: Quid sxit Dei Praescientia, quid Praedestinatio? et quomodo neque haec neque illa humanae officiat libertati? Quia iustos inter plerique sunt, ... Auctor et scriptor ignoti.

Z_8)Epithavium (!) Regis Poloniae, civiliter aut Viliter demortui: p. 661 - 663 (soluta oratione ironice compositum)

Z_9)(Fragmentum contionis Germanicae): p. 665

Z_{10})Epithavium Regis Poloniae, civiliter, aut viliter demortui: p. 667 - - 670 (idem epitaphium supra in parte Z_8 ab altera manu scriptum; probabiliter epitaphium est regis Joannis Casimiri V., qui 1668 regno Poloniae renuntiavit et in Galliam recessit.)

Z_{11})(Instructio noviciorum de statu religxionis): p. 671 - 694. Initium Praefationis Ad Novitios Religiosae perfectionis sectatores: Veluti suscepta bella conficere.....Auctor scriptorxque ignoti.

Z_{12})Observatio ad Gemitum quintum,ubi ingemiscit anima infestata impatienti murmure, exst blasphemis in Deum et Sanctos, cogitationibus. ex Reverendo P. F. Nicolao Kessler Sacri ordinis cartusianorum Professo (id est ex opere, quod inscriptum est: Gemitus Compeditorum, typis impressum Campiduni, id est in Kempten, Per Rudolphum Dreher Anno MDC.LXXIV): p. 699 - 702

Z_{13})Alvearium Spirituale sive Tractatus De Praxi atqué Methodo piè ac devotè meditandi, continens varias Spiritualium meditationum aliorumque exercitiorum divinorum, perdulces et mellitas materias, ex diversis piorum Asceticorum Authorum Coelestibus flosculis pro instructione et usu Novitiorum, vitam Religiosam incipientium et amplectentium collectus est conscriptus Ab Admodum Reverendo Religiosissimo ac Doctissimo Domino P: Placido (Steger) Celeberrimi Monasterii Seittenstettensis Ordinis S: Benedicti Priore, ac Novitiorum Magistro Vigilantissimo. Anno Domini MDCLXXXII (1682): p. 703 - 766 Dedicatio Mariae Magnae Dei Matris p. 704; initium Praefationis Ad Novitios p. 705: Cum Religiosi Hominis finis sit .....(Ordo foliorum huius partis valde perturbatus est. Hoc modo series foliorum restitui poterit: 703 - 718, 751 - 766, 723 - 730, 739 - 750, postea videtur interesse lacuna, quam sequuntur pp. 731 - 738, 719 - - 722. Idem opus recto ordine continet Cod. 34 YY (supra p. 104)). Scriptor ignotus, nam ipse auctor sibimetipsi vix tot titulos attribuit.

Z_{14})(Exempla quaedam rerum moralium memoriâ digna, iuxta ordinem rerum alphabeticum disposita): p. 767 - 789 (Solius litterae A multa exempla servata sunt.)

Z_{15})Mirabilia quaedam naturae et artis: p. 791 - 800, De fide, Spe, charitate: p. 801 - 804, De Justitia et Jure: p. 805 - 806, De Voto: p. 807 - 810; De statu Religioso: p. 811 - 812, De oratione et horis Canonicis: p. 813 x, De Jeiunio: p. 815 - 818x. Compilator ignotus.

Z_{16})Tractatus De Juramento: p. 819 - 835

Z_{17})(Tractatus De Sacrilegio): p. 837 - 843

Z_{18}) De Scandalo: p. 844 - 860

Z_{19}) (Tractatus) De Sacramento baptismi: p. 861 - 878

Z_{20}) (Tractatus) De Sacramento Eucharistiae et Sacrificio mirabili: p. 879 - 888

Z_{21}) (Tractatus) De Censuris in Communi: p. 889 - 922 et in Particulari: p. 922 - 925

Z_{22}) (Tractatus) De Sponsalibus: p. 926 - 969 (Multae partes huius tractatus deletae sunt!)

Z_{23}) De Matrimonio mirabilia: p. 971 - 974. NB! p. 971 invenitur res gesta 3 Maii 1698 deprompta e ephemeride Salzburgerische Zeitung. Auctores partium Z_{16-21} ignoti, item compilator partis Z_{23}. In initio partis Z_{22} p. 926 invenitur nota marginalis Rob., quae forte auctorem huius tractatus indicat esse P. Robertum König, monachum Garstensem, qui Salisburgi 1685 - 1697 ius ecclesiasticum docuit. Chronostichon in tegumento adverso ab intrinsecus:

PaVperes egenIqVe NoVItII, affeCtV aVteM
et spIrItV non nIhIL DIVItes (ad annum 1695)

In codice nostro 34 - 5 permulti scriptores distinguendi sunt: primus p. 3 - 6, 71 - 72; secundus p. 9 - 10, tertius: p. 11 - 16, quartus: p. 17 - 46, quintus: p. 47 - 50, sextus: p. 51 - 54 et fortasse 79 - 80 et 109 - 113, septimus: p. 55 - 56, octavus: p. 57 - 58 [illegible], nonus: p. 59 - 62, decimus: p. 63 - 65, 413 - 414, undecimus: p. 67 - 70, duodecimus: p. 73 - 74, tertius decimus: p. 75 - 78, quartus decimus: p. 81 et 82, quintus decimus: p. 83 - 102, sextus decimus: p. 103 - 108, septimus decimus: p. 115 - 204, fortasse etiam p. 291 - 399, [illegible] duodevicesimus: p. 205 - 290, undevicesimus: p. 401 - 411, vicesimus: p. 415 - 420, vicesimus primus (Joannes Ferdinandus Benedictus Merckh): p. 421 - 434, vicesimus secundus (Wolfgangus Joannes [illegible] Spreizer): p. 435 - 437, vicesimus tertius: p. 439 - 440, vicesimus quartus: p. 441 - 456, vicesimus quintus (Josephus Carolus Vitsch): p. 457 - 462, vicesimus sextus: p. 463 - 487, vicesimus septimus (Joannes Friderica Wallis?): p. 489 - 631, duodetricesimus: p. 633 - 634, undetricesimus: p. 635, tricesimus: p. 637 - 660, tricesimus primus: p. 661 - 663, tricesimus secundus: p. 664, tricesimus tertius: p. 667 - 670, tricesimus quartus: p. 671 - 702, tricesimus quintus: p. 703 - 766 (at vix distingui potest, utrum haec pars ab unica an a pluribus manibus scripta sit), tricesimus sextus: p. 767 - 974.

Arch. Cod. 33 P (I 1 u)

8° min., 962 pagg; tegumentum abscissum; dorso affixa est particula eiusdem lexici ut in cod. 34 - 5 (supra p. 120)

a) Pia Exercitia pro diebus Bacchanalium (id est pro diebus a Dominica Quinquagesima usque ad Feriam IV Cinerum): p. 1 - 8. Initium p. 1: Nunquam major cordi Christi afflictio.... (Auctor et scriptor ignoti.)

b) Forma De Epistolis Conscribendis: p. 9 - 39. Initium p. 9: Quare et unde dicantur litterae Epistola - Quia Epistola latinum verbum .... (P. 29 - 39: exemplum Epistolae gratulatoriae) Auctor et scriptor ignoti, nisi forte signum ⩛ in margine inferiore p. 29 indicat litteras initiales scribentis.

c) (Lexicon nominum [illegible] synonymorum, ordine alphabetico dispositum): p. 41 - 48 (nomina Aer - liber) (continuatur infra in parte?!)

d) (Alterum lexicon alphabeticum quasdam voces in soluta oratione aut in poesi usitatas per synonyma aut versionem germanicam interpretans): p. 49 - 87

e) (Interpretatio aliquot vocularum graecarum)P. 89

f) Res militaris (id est dicta in re militari saepius usitata): p. 90
g) De Orthographia: p. 91 - 92
h) (Aliquot brevissimae narrationes): p. 93 - 95
i) Regulae faciendi interpunctiones: p. 95 - 96
j) De emendata Syllabarum divisione: p. 97 - 98
k) (Lexicographica): p. 98 - 101 (termini technici partim e Graeca in Latinam, partim e Latina in Germanicam linguam vertuntur.)
l) Notanda circa Orthographiam: p. 102 - 107
m) (Lexicon, quo voces Latinae rare occurrentes in linguam Germanicam vertuntur, iuxta alphabetum dispositum): p. 109 - 144
n) Phrases: p. 149 - 184 (Ad quasdam materias Germanice secundum alphabetum ordinatas collectae sunt variae phrases Latinae hanc materiam respicientes.)
o) Proverbia: p. 185 - 194 (Ad proverbia Germanica afferuntur proverbia Latina, quae fere eandem sententiam exprimunt.)
p) (Lexicographica): p. 195 - 201 (Voces Latinae rare occurrentes in linguam Germanicam vertuntur; quae nomina inde a pag. 197 ad materiam de mercatura pertinent). In pag. 197 numerus annalis 1696 invenitur in margine superiore.
q) (Phrases): p. 203 - 212. (Phrasibus Germanicis Latinae apponuntur, quae fere idem dicunt, aut vice versa.)
r) (Regulae ad usum accentuum Graecorum): p. 213 - 217
s) Nomenclatura De omnibus rebus: p. 219 - 244 (Nomina Latina rare occurrentia ordine alphabetico in Linguam Germanicam vertuntur: series prior A - Z secundum litteras initiales nominum Germanicorum disposita p. 219 - 231; altera haud bene ordinata nec sine magnis lacunis: p. 231 - 244). p. 244 nomen (scribentis?) Joannes Ferdinandus Benedictus Merkh (quem vide supra p. 122 ad partem X codicis 34 - 5)
t) (Nomenclator) p. 245 - 314 (Viginti octo capita, e quibus tamen primum ultimo loco positum esse videtur, scilicet p. 313 - 314; singulis nominibus Latinis apposita sunt genus grammaticum, numerus declinationis, versio Germanica; unumquodque caput continet permulta nomina, quae species eiusdem generis proximi logici exprimunt, ex. gr. caput secundum Partes humani corporis, caput tertium de animalibus quadrupedibus.)
u) Modi relaxationum (Nomina ad varios ludos pertinentia in linguam Germanicam vertuntur.): p. 315 - 316
v) (Nomenclator rerum militarium): p. 317 - 322 (nomina Latina Germanice (interpretata translata)). Notae in marginibus superioribus: p. 317: Anno 1696; p. 321: 1696 ultimo octobris

w) (Epigrammata et Elegiae): p. 323 - 334 (ex. gr. Luna; Iris; Grando; De ascensione Domini; Ad Clementem Pontificem; Echo)
x) (Carmina artificiosa): p. 335 (Echo) - 336
y) Definitiones et Descriptiones: p. 337 - 342 (Res definxienda aut describenda in margine notatur.)
z) Notanda aliqua circax carmina facienda: p. 349 - 361
A) De Connexione partium ad transitionem: p. 361 - 373
B) De amplificatione rerum: p. 374 - 378, et Rhetorica: p. 378 - 379
C) Peregrinus quidam ad loca sacra visitando profectus post caetera religiosa in monte Calvariae prae affectu e amoris magnitudine expirat: p. 381 - 390 (Elegia); Descriptio alicuius relictâ urbe ruri exiguis opibus contenti...: p. 391 (Elegia); Descriptio famae Caesaris cuiusdam: p. 391 (Carmen heroicum).
D) (De Epithetis aliquot rebus xpxox attribuendis): p. 392 - 393; Signa antiqua, quorum aliqua etiamnum apud nos vigent: p. 393 - 397 (ex. gr. pallium pro Philosophia, clausum Iani templum pro pace...) NB! Quo modo bene adhibenda sint talia signa, depromptis exemplis Jacobi Balde Societatis Jesu celeberrimi poetae demonstratur.
E) De amplificationis poeticae Elegantia: p. 398 - 402 (cum exemplis celeberrimorum poetarum)
F) Modi faciles ex quovis brevi themate formandi variandique carmen. (NB! Haec inscriptio ut 409 scripta est, ita etiam ad pagg. 404 - 406 pertinere potest.): p. 404 - 420
G) Modus Carminum Heroicorum: p. 421 - 423
H) latinarum Declinationum Quantitates aliaeque res metricae: p. 424/8
I) Adminicula quaedam ad facilius conficiendum versum: p. 429 - 430
J) Formulae commendandi alios: p. 433 - 435
K) Epistola responsoria in quâ frater fratri significat dolorem ob absentiam: p. 437 - 438
L) Methodus Conscribendarum Epistolarum: p. 439 - 453
M) Methodus brevis Conscribendi Epistolas: p. 455 - 458, 454, 459 -464
N) Tractatus alter de Poesi artifiosa (!): p. 465 - 506 (p. 487 inveniuntur sex chronosticha ad annum 1681.)
O) (Res metricae): p. 507 - 512
P) (Lexicon Synonymorum): p. 513 - 518 (alphabetice dispositum ax littera l usque axd litteram t, id est continuatio partis c, supra p. 126 nostri catalogi)
Q) (Elegiae et Epigrammata): p. 519 - 688, exceptis tamen paginis:
579: carmen heroicum versuum Leoninorum; in fine chronogrammxa:
LVDoVICVs IMperII eXreX (ad annum 1689)
581 - 582, 595 - 596, 605 - 611, 653, 656 - 657, 665: carmina Heroica

563 - 578: Singula disticha in honorem Sanctarum Feminarum Latina cum versione Germanica quaternis versibus complexa.

625 - 630, 638: Carmina varia ~~xxxxxx~~ Latina, partim cum versione Germanica; item p. 667 - 674 proverbia Latina cum versione Germanica

591 - 593: Elegia Animae quaerentis Christum, item p. 659: Invitatio ad Parnassum videntur esse carmina, sed quamquam signa prosodiaca singulis syllabis apposita sunt, tamen metra eorum non cognosco.

597 - 599: Descriptio fontis (et fortasse etiam Descriptio latrocinii) ex opere Jacobi Bidermann Societatis Jesu depromptaest

631 - 636 nonnulla epigrammata celeberrimi sunt Anglorum poetae Joannis Oweni (circa annum 1600), unum epigramma p. 633 Dubravio cuidam, item unum epigramma p. 635 Arnisaeo cuidam attribuuntur.

601 - 604: fragmentum dramatis, in quo S. Benedictus deserit mundum.

646 - 652: fragmentum dramatis, in quo Piscator quidam trimetris iambicis conqueritur iniquitatem temporis et paedagogus, nobilis, eques cum Apolline disputant.

584: fabula quaedam soluta oratione narratur et scribitur ab Andrea Eckhardt, quem anno 1694/95 fuisse discipulum scholae Seitenstettensis pars Z_3 codicis 34 - 5 (supra p. 123 - 124) demonstrat.

589 - 590: praeparatio cuiusdam conventualis Seitenstettensis ad epistolam aut allocutionem abbatis Benedicti Abelzhauser Seitenstettensis, neque ante 1697 neque post 1717 scripta.

622: fragmentum admonitionis soluta oratione scriptum, in cuius margine nota invenitur: Argumentum Joannis Francisci Rein (quem anno 1694/95 discipulum Seitenstettensem fuisse eadem pars Z_3 codicis 34 - 5 - vide supra p. 123 - 124 ostendit.) (= scriptor XVII cod. 34-5?)

658: fragmentum orationis Latinae in honorem S. Joannis Baptistae

666: fragmentum sermonis Germanici cum versione Latina interlineari.

684 - 687: fragmenta artis oratoriae spiritualis

R) Diva Chatarina Philosophorum iuxta ac Rhetorum, Patrona, Nuptiali Mundo In Sponsam adornata et Reverendis, Nobilibus, ac Doctissimis Dominis Dominis Artium Liberalium et Philosophiae Magistris, In Alma Caesarea Regiaquê Pragensis Collegii Societatis Jesu Universitate Suprêmâ Philosophiae laureâ coronatis Sapientiae Sponsis dedicata / Ab Oratoria facultate eiusdem Universitatis Anno 1646. Pragae Typis Academicis: p. 689 - 711 (quattuor orationes e libro typis impresso)

S) Pro Virgilio Themata explicata: p. 713 - 716 (argumentum historiae Aenxeae et Mezentii e celeberrimo opere Vergilii poetae)

T) Themata ex Rhetorica data â R: P: Max(imiliano) Teu...(?) (Pronomen abbreviatum est, ultimae litterae nominis gentilis utpote altero folio inductae iam non possunt legi!): p. 716 - 743

U) (Themata Germanica cum versione Latina ad res grammaticas exercendas): p. 745 - 806 (Thema Germanicum interdum deest!)

V) Exercitia Monastica, et Actus practici Vitae Religiosae: p. 807 -882

W)(Grammaticalia linguae Graecae rudimenta):p. 883 - 907

X) Notanda (in declinationes Latinas cum Latinorum tum Graecorum nominum): p. 917 - 948

Y) (Poemata Latina et Germanica de animalibus, praesertim avibus): p. 950 - 961. (Etiam in carminibus Latinis hic metrum non quantitate syllabarum dirigitur, sed accentu verborum. Unaquaque stropha quaternis versibus consistit, qui bina metra Reizlana paribus syllabis finalibus iuncta continent.)

Plurimi scriptores in codice nostro 33 P distinguendi sunt: Primus scripsit p. 1 - 8, secundus p. 9 - 39, tertius p. 41 - 48, 513 - 518, quartus p. 49 - 107, quintus p. 109 - 144, 195 - 201, 315 - 322 et sextus p. 149 - 194, septimus p. 203 - 214, octavus p. 219 - 243 (?), nonus p. 245 - 314, decimus p. 323 - 334, undecimus p. 335/36, duodecimus p. 337 - 342, tertius decimus p. 349 - 390, quartus decimus p. 391 - 420, 519 - 552, quintus decimus p. 421 - 430, sextus decimus p. 433 - 512, septimus decimus p. 553 - 554, duodevicesimus p. 555 -561 , undevicesimus p. 563 - 578, 613 - 619 (?), 623 (?), 625 - 641, 645 - 652 (?), 659 - 684 (?), 688 (?) (Suntne litterae C R pag. 680 litterae initiales scriptoris?); vicesimus: p. 579; vicesimus primus: p. 581 - 583, 585, 588 - 596, 601 - 604 (?), vicesimus secundus: p. 584 (Andreas Eckhardt), vicesimus tertius: p. 597 - 599, vicesimus quartus: p. 605 - 611, vicesimus quintus: p. 621, vicesimus sextus: p. 622 (Joannes Franciscus Rein, Seitenstettensis), vicesimus septimus: p. 658, duodetricesimus p. 685 - 687, undetricesimus : p. 689 - 711, tricesimus: p. 712 (Paulus de Vitsch, postea abbas Seitenstettensis?), tricesimus primus: p. 713 - 716, tricesimus secundus: p. 716 - 743, tricesimus tertius: p. 745 - 806, tricesmimus quartus: p. 807 - 820, tricesimus quintus: p. 821 - 882, tricesimus sextus: p. 883 - 916, tricesimus septimus: p. 917 - 933, duodequadragesimus: p. 950 - 961.

NB! Joannes Franciscus Rein natus est in Seitenstetten die 20. Novembris 1679, post studia humaniora in Seitenstetten et philosophica, immo partim theologica Salisburgi feliciter exacta monasterium Seitenstettense ingressus nomen Romanum accepit. (prof. 1703, sacerdotio initiatus 1705, mortuus 1730. (Confer Tom. II fol. 177 matriculae parochiae Seitenstettensis!) (Pater eius Joannes Rein erat civis et magister scholae Seitenstettensis.) Joannes Andreas Ekhard natus est in Seitenstetten die 4. Novembris 1680 (idem Tom. II, fol. 185).

Bibl. Cod. MN II 167

682 pagg; teg. a2; script. ca. 1690 (?)

a) Tractatus De gratia: pag. 5 - 562. Initium p. 5: Nomen gratiae tripliciter solet accipi.....Clausula deest, quod tractatus non perfectus est.

b) Tractatus De Fide, Spe, Charitate: p. 569 - 677. Initium p. 569: Disputatio I. De fide Variae sunt in Sacrâ Scripturâ fidei Significationes.....

Auctor et scriptor ignoti, sed scriptura in fine saec. XVII orta esse videtur.

Bibl. Cod. MN III 7

8°min., 112 pagg; tegumentum est folium membranaceum manu inscriptum, sed ita sordidum attritumque, ut legi non possit.

a) Etliche Gebett, So Ein Sterbendter Sprechen oder ihme Vorlesen lassen Soll: p. 5 - 48. Nota p. 48: Huc usque ex P: Drexelio (id est P. Jeremia Drexelio, + 1639, Societatis Jesu) et aliis libris

b) Diemüthige Anrueff der allerheilligsten Dreyfaltigkeit: p. 49 - 55

c) 55 57. Nota p. 57: ex revelationibus S: Mechtildis: Actus fidei; Actus Spei (p. 58 - 60), Amoris (p. 60 - 61), Contritionis (p.61/2)

d) Oratio S. Eligii Episcopi: p. 63, oratio mirae virtutis p. 64, Justi Lipsii (+ 1606) ad Beatam Virginem Mariam oratio: p. 64

e) Gebett Umb ein Seeliges Endt. aus gottlicher Hl: schrifft: p. 65/9

f) Seyffzer Einem sterbendten Vorzusprechen: p. 81 - 95

g) Modus brevior pro necessitate, E. g. Si contingat ad infirmum actualiter iam agonizantem venire, disponatur breviter ad eliciendum actum contritionis....: p. 97 - 104

Omnes orationes, etiamsi inscriptiones Latinae sunt, compositae sunt in lingua Germanica. Scriptor, qui forte et compilator, ignotus E scriptura autem coniicio opusculum nostrum exeunte saeculo XVII. ortum esse.

Bibl. Cod. MN II 169

278 foll; teg. a2, in parte adversa et aversa tegumenti litterae initiales nominis Christi: I H S; script. 1689/90

Logica Aristotelico-Thomistica. Ab. ....P. Pontiano Schüz, Ordinis S. P. Benedicti Liberi et Exempti ac Imperialis Monasterii Ottoburanmi Professo, Artium Liberalium, et Philosophiae Doctore, et Professore ordinario. Tradita, hinćque excepta â Religioso F. Ambrosio

Prevenhueber, Eundem Ordinem Professo in Seittenstetten. Anno 1690
Nota in margine inferiore folii titularis: AE. &. A. &. M. (=?)
In Convictu 27. Maii. 1691.

a) Logica minor sive Summulae Dialecticae: fol. 1 - 43. Initium Antiloquii fol. 1r: Summulas hoc est Logices majoris Synopsin..... Clausula fol. 43v: Absolvimus hanc nostram minorem Logicam sive Summulas Dialectices 7 Decembris Anno.....millesimo, sexcentesimo, octuagesimo Nono (1689).

b) (Logica Major): fol. 45 - 276. Initium Praefationis In Logicam Majorem: fol. 45r: Ut prius Logicam videamus quam audiamus plurimùm necesse est.....Clausula fol. 276v: Absolvimus autem in pervigilio Pentecostes ....(1690)
Easdem lectiones Logices continet codex Archivi 34 Y (vide infra!)
Forsitan litterae AE. &. A. &. M. initia sint nominum Confratrum Seitenstettensium Aegidii Stadler (prof. 1689), Ambrosii Prevenhueber (prof. 1688), Modesti Mayr de Biberg (prof. 1690), probabiliter in convictu regularium Salisburgi degentium anno 1691.

Bibl. Cod. MN II 170

206 foll; teg. a2; script. 1692

Tractatus De Incarnatione Verbi Divini in tertiam partem Divi Thomae traditus A .....P. Edmundo Ruedorffer, Ordinis S. Benedicti professo in Celeberrimo Monasterio Lambacensi, Sacrosanctae Theologiae Doctore, et Professore ordinario. Exceptus â F. Ambrosio Prevenhueber, eundem Ordinem professo in Seittenstetten. Anno 1692.
Initium Proaemii Tractatus De Incarnatione Verbi Divini....fol. 1r: A Verbo incarnato Theologiae nostrae exordium ducimus,....
Clausula fol. 204r: absolvimus die 1. Septembris Anno 1692.
Eundem tractatum continet etiam codex MN II 174 (vide infra!).

Arch. Cod. 34 Y (XVIII 3 v)

4°, 302 foll; teg. a2, in cuius parte adversa I H S, in aversa Mater Immaculata iuxta Apoc. XII, 1; script. 1689/90

a) Logica Minor sive Summulae Dialecticae. De tribus mentis operationibus: fol. 1 - 52v. Initium Antiloquii fol. 1r: Summulas hoc est Logices maioris synopsim.....

b) Logica Maior: fol. 59 - 302 v. Initium Praefationis In Logicam Maiorem: Ut prius Logicam videamus quam audiamus, plurimum necesse est.

Litterae initiales in parte adversa tegumenti: F G S P S (=F. Gabriel Sumadtinger Professus Seittenstettensis). 1690. Qui scriptor codicis nostri etiam in dorso notatus est: Logica M S. â F. Gabriele Someting (Ipse vero nomen suum Sumadtinger scripsit!) Seittenstettensi Sub P. Pontiano Schyz. Et re vera hic professus Ottoburanus et professor Salisburgensis hanc logicam dictavit; nam eadem est atque codicis MN II 169 (vide supra p. 131 - 132!)

Bibl. Cod. MN II 171

361 foll; teg. a2; script. 1690/91

Commentarius In octo Libros (Physicorum) Aristotelis. Initium Praefationis fol. 1r: Physicam Auditores, ut spero, cordato.... Clausula fol. 360r: Absolvimus Die 6 Aprilis 1691.
Litterae initiales in adversa parte tegumenti: F G S P S (= F. Gabriel Sumadtinger Professus Seittenstettensis) 1 6 9 1
Inscriptio dorsi: 8 Libri Physicorum M S. â F. Gabriel Someting (de quo nomine scriptoris vide ad codicem praecedentem!) Seittenstettensi Sub P. (Pontiano) Schyz (professo Ottoburano, professore Salisburgensi)

Bibl. Cod. MN II 172

319 foll; teg. a2; script. 1691

a) Physica Specialis
Quaestio Prima. De Mundo: fol. 1 - 16v. Initium Articuli Primi De quidditate, et unitate Mundi: fol. 1r: Mundus ab ornatu et elegantia ita dictus.....
Quaestio Secunda. De Corpore Coelesti. Initium Articuli Primi. De Substantia Coeli. fol. 17r: Dico 1 Coelum et stellae probabilius Componuntur ex materia et forma substantiali.... (Finis fol. 47r.)
Quaestio Ultima. De Meteoris in quatuor libros Aristotelis: fol. 47r - 94r. Initium: Post considerationem Corporis Coelestis.....
Pars Ultima. De Generatione et Corruptione Sive De Ortu et Interitu: fol. 95r - 180r. Initium: Causa generationis et corruptionis...
(De Corpore animato naturali sive De Anima): fol. 181r - 264r. Initium: Contemplationem animae praecipit oraculum..... Clausula: Absolvimus Physicam nostram in pervigilio Commemorationis S: P: Nostri Benedicti, id est die 10 Julii 1691.

b) Metaphisica: fol. 265r - 318v. Initium Proemii: Suppositis quaestionibus proemialibus tum Logicae tum Physicae.....
Litterae initiales in parte adversa tegumenti ut in codice praecedente. Scripsit igitur codicem nostrum F. Gabriel Sumadtinger professus Seitenstettensis. Auctorem vero nondum certe novimus.

Bibl. Cod. MN II 173

IV + 96 + 96 + 102 = 298 foll; teg. a2; script. 1692

a) Tractatus Scripturisticus
a) Commentarius In Historiam Sanctorum Jacobi, et Josephi Patriarcharum â Capite 27. usqúe ad finem Genesis: fol. 1r - 91r. Initium: Synopsis Totius Historiae Jacobi, et Josephi. Jacobus anno aetatis..
b) Vita Moysis In sensu litterali, et Mystico exposita Cum Doctrinis, et annotationibus moralibus: fol. 1r - 94v (= 101r - 194v). Initium: Vitam Josephi unacum Genesi clausimus....
6) De vera et Falsa Religione Judaeorum: fol. 1r - 98r (= 197r - 294r) Initium Proloquii: Post debellatos Aegyptios,.....
Inscriptio partis adversae tegumenti: F G S P S (= F. Gabriel Sumadtinger professus Seittenstettensis) 1 6 9 2
Inscriptio dorsi: Tractatus Scripturistici de Iacob, Ioseph, Moyse, Religione Iudaeorum. cum annotationibus moralibus M S. â F. Gabriele Sometting, Seittenstettensi, Autore P. Paulo Mezger (ad S. Petrum Salisburgi professo, et ibidem Theologiae professore)
Idem F. Gabriel Sumadtinger etiam tres codices praecedentes et octo sequentes scripsit.

Bibl. Cod. MN II 174

256 foll; teg. a2; script. 1692

Tractatus De Incarnatione Verbi Divini in tertiam partem Divi Thomae. Initium Proemii fol. 1r: A Verbo Incarnato Theologiae nostrae exordium ducimus, ...Clausula fol. 255v: Absolvimus Hunc Tractatum Die 30 Augusti 1692. Postprandium.
Litterae initiales in parte adversa tegumenti: F G S P S (=F. Gabriel Sumadtinger Professus Seittenstettensis) 1 6 9 3 . Scripsit ergo codicem nostrum idem, qui quattuor praecedentes et septem sequentes. Auctorem vero codicis nostri invenies, si comparaveris codicem nostrum cum codice MN II 170 (supra p. 132!), quippe qui eundem tractatum a P. Edmundo Ruedorffer professo Lambacensi et professore Salisburgensi doceat dictatum esse.

Bibl. Cod. MN II 175

II + 131 + 122 = 255 foll; teg. a2; script. 1692

a) Tractatus De Dei Creatoris primario effectu sive De Angelis: fol. 1 - 129. Initium fol. 1r: Consideratis (!) iis quae Deum secundum se quatenus nimirum unus et Trinus.....Clausula fol. 129v: Absolvimus Hunc Tractatum De Angelis secunda Maii Anno 1692. Anteprandium.

b) Commentarius I_n Primam Secundae Partis Summae Angelicae Sancti Doctoris. Tractatus Primus De Actibus Humanis: fol. 1r- 113 (=134 - - 246). Initium: Proemium. Cum Deus Optimus Maximus non solum sit rerum Creatarum Principium,..... Clausula fol. 113 (246)r: Absolvimus praesentem Tractatum De Actibus Humanis 1 Septembris Anno 1692. Anteprandium.

In adversa parte tegumenti eadem inscriptio, quae in codice praecedenti. Qua de re (quod etiam in dorso codicis nostri notatur) F. Gabriel Sumadtinger etiam hunc codicem scripsit. Cuius tamen lectiones in codice nostro exceperit ideoque auctorem nostrum nescio.

Bibl. Cod. MN II 176

274 foll; teg. a2; script. 1693

a) Tractatus De Sacramentis in genere: fol. 1r - 165r. Initium Proemii: Gratia quae nobis profluxit ex passione, ...

b) Tractatus.De Baptismo, et Confirmatione: fol. 166r - 213v. Initium: Controversia Prima. De Baptismo. Inter Sacramenta in specie, ...

c) Tractatus. De Venerabili Eucharistia: fol. 215r - 269r. Initium: Controversia Prima. De Venerabili Eucharistia prout est sacramentum. Omissis variis nominibus, quibus appellari solet..... Clausula: Absolvimus 29 Augusti 1693. Hora tertia pomeridiana

Litterae initiales in parte adversa tegumenti: F G S P S 1 6 9 4

Qua de causa non est dubitandum, quin etiam codicem nostrum F. Gabriel Sumadtinger Professus Seittenstettensis scripserit. Eosdem autem tractatus reperies in codicibus MN II 185 et 189 (quos vide inferius!) Quod in codice MN II 185 nuntiatur P. Edmundum Ruedorffer Professum Lambacensem et Professorem Salisburgensem hos tractatus dictavisse, etiam auctorem codicis nostri scimus.

Bibl. Cod. MN II 180

II + 202 = 204 foll; teg. a2; script. 1693 (?) (1695?)

a) Tractatus De Deo Uno: fol. 1r - 177v. Initium Proemii: Accedimus ad nobilissimam, ac difficillimam Theologiae partem.....

b) Tractatus Secundus De Deo Trino, sive De Augustissimo Sanctissimae Trinitatis Mysterio: fol. 178r - 201r. Initium: Augustissimum Sanctissimae Trinitatis mysterium, ad quod contemplandum.....

Inscriptio dorsi: M S. F. Gabriel Sommetting Seittenstettensis de Theologia, Deo Uno et Trino. Scripsit igitur etiam hunc codicem F. Gabriel Sumadtinger professus Seitenstettensis, eumque fortasse anno 1693; etenim frater noster annis 1691 - 1694 quotannis saltem binos codices exaravit, excepto tamen anno 1693, nisi forte codicem nostrum in illo anno scripsit. Auctor vero ignotus.

In superiore margine fol. Ir invenitur nota pro bibliopego: Gaberiell schledter, que indicatur hunc codicem F. Gabrielis Sumadtinger esse muniendumque corio suillo(Schweinsleder). Quam vero notam cum etiam in codice MN II 181, eoque anno 1695 scripto, invenias, forsitan coniicias, etiam codicem nostrum anno 1695 ortum esse, et profecto causa supra pro anno 1693 allata non obstat, si MN II 177 fortasse 1694 tectus, 1693 scriptus sit.

Bibl. Cod. MN II 178

178 foll; teg. a2; script. 1694

Liber Quartus Decretalium Gregorii Noni Pontificis Maximi.

Initium: Titulus Primus De Sponsalibus, et Matrimoniis. Pars Prima De Sponsalibus. Uberrimam, et si nescis, oppidò difficilem ac usu frequentem materiam.....Clausula fol. 173r: Absolvimus Hunc librum quartum Die 23 Augusti 1694.

Auctor ignotus. Scriptorem autem codicis nostri esse F. Gabrielem Sumadtinger indicat comparatio scripturae eius cum codicibus praecedentibus et sequentibus, ab eodem monacho Seitenstettensi scriptis, cui etiam tempus, quo ortus est codex noster, congruit.

Eadsdem lectiones, quas codex noster, continet etiam pars a codicis MN II 195 (vide infra p. 145!)

Bibl. Cod. MN II 179

202 foll; teg. a2; script. 1694

a) Tractatus De Divina Gratia: fol. 1r - 126v. Initium: Proemium. Quandoquidem homini ad veram aeternamqué felicitatem aspiranti....
Clausula: Absolvimus hunc Tractatum de gratia die 19 Maii 1694.

b) Tractatus.De Virtutibus Theologicis, Fide, Spe, et Charitate: fol. 128r - 197v. Initium Proemii: Cum operari sequatur ad esse,....
Clausula: Absolvimus hunc tractatum De Virtutibus Fide, Spe, et Charitate die 28 Augusti 1694.

Inscriptio dorsi: Scripta F. Gabrielis Sometting Seittenstettensis de gratia, merito Fide, Spe, Charitate. Scripsit igitur et hunc codicem F. Gabriel Sumadtinger, monachus Seitenstettensis. Auctorem vero nondum investigavi, etsi cod. MN II 192 (de quo inferius!) eosdem tractatus continet.

Bibl. Cod. MN II 177

238 foll; teg. a2; script. 1694

a) Tractatus De Vitiis, et Peccatis: fol. 1r - 177r. Initium Proemii: Post examinatam materiam de actibus Humanis.....

b) Tractatus De Legibus in Communi, et in particulari: fol. 178r -235v. Initium Proemii: Quandoquidem iuxta mentem gentium Doctoris..... Litterae initiales in parte adversa tegumenti: F G S P S (= F. Gabriel Sumadtinger Professus Seittenstettensis) 1694. Scripsit igitur etiam codicem nostrum (quod etiam inscriptio dorsi indicat) monachus ille nobis iam notissimus. De auctore vero etiam in codice MN II 190, qui eosdem tractatus exhibet, nihil inveni.

Bibl. Cod. MN II 181

II + 202 = 204 foll; teg. a2; script. 1695

Tractatus De Jure, et Justitia. Initium Proloquii fol. 1r: Examinatis anno priori Tribus Virtutibus Theologicis.... Clausula fol. 201v: Absolvimus hunc tractatum Die 26 Augusti 1695

Inscriptio dorsi: M S. F. Gabriel Sommetting Seittenstettensis de Jure et iustitia Dominio et modis acquirendi. Scripsit ergo idem F. Gabriel Sumadtinger, qui undecim codices praecedentes, etiam hunc codicem. Auctor autem ignotus.

Nota pro bibliopego fol. Ir: Gaberill schledter, indicat, hunc codicem F. Gabrielis corio suillo (Schweinsleder) tegendum esse. Eandem notam iam in codice MN II 180 (supra p. 136!) invenimus; qua igitur nisus nota forsitan etiam codicem MN II 180 anno 1695 scriptum esse arbitreris.

Eundem tractatum de Jure et Justitia invenies in codice MN II 193 (de quo plura inferius!)

Bibl. Cod. MN II 182

616 pagg; teg. a2; script. post 1679 (ca. 1695?)

a) Tractatus De Deo uno et trino: p. 5 - 405. Initium: Universam Theologiam in 3 dividit partes ~~DXXMS~~ Doctor Angelicus.....

Disputatio 1. De Deo uno: p. 9 - 349. Initium: Cum sacra Doctrina seu Theologia, ut numero priori notavi, ab hoc tractatu exordium sumat,....

Disputatio secunda De Deo Trino: p. 349 - 405. Initium: Trinitatis Mysterium S. Doctor â quaestione 27 usque ad 33 tractat.....

b) Tractatus nonus (?) in secundam secundae Divi Doctoris Aquinatis Doctoris Angelici De Jure et Justitia: p. 413 - 612. Initium Proloquii: Postquam Sanctus Doctor priori tractatu tres virtutes Theologicas....(Hic tractatus videtur mutilus esse.)

Neque auctor huius codicis notus est neque scriptor. Se quod p. 611 decretum ab Innocentio XI. secundo die Martii 1679 editum commemoratur neque ulla mentio ~~fecit~~ illum esse praesentem Summum Pontificem, veri simile est codicem nostrum post mortem Innocentii (1689) ortum esse. Forma tegumenti indicat fere annos ab 1690 usque 1695.

Bibl. Cod. MN II 183

576 pagg; teg. a1; script. ca. 1692

Tractatus in Physicam Thomistico Aristotelicam, Aristotelico Thomisticam:p. 7 - 573. Initium Proaemii: Idem nobis usu venit, quod mercatoribus,.....

Inscriptio dorsi: Pars I Physices De Principiis Et Causis R. P. L. B. Quae litterae initiales non sunt ~~xxxxxxxx~~ ullius conventualis Seitenstettensis; nam in eo tempore, quo scriptura codicis nostri indicat, nullus omnino conventualis huius monasterii talibus initiis gaudebat. Videntur igitur esse initia Professoris Salisburgensis. Et re vera permultae partes codicis nostri cum Philosophia Thomistica Salisburgensi a P. Ludovico Babenstuber typis edita paene ad verbum consonant. Quia P. Ludovicus Babenstuber, monachus Ettalensis, circa annum 1692 Salisburgi Philosophiam docuit, in illo tempore etiam codicem nostrum scriptum esse necesse est. Scriptor autem codicis nostri ignotus. (Fortasse p. 569 - 573 ab altera manu scripta sunt.)

Bibl. Cod. MN II 184

446 pagg; teg. a1; script. ca. 1692

a) (Continuatio Commentarii in 8 libros Physicorum): p. 13 - 321 0
(Partem priorem huius commentarii continet codex praecedens MN II 183, quem modo pag. 138 tractavimus.)

b) Tractatus secundus: de Mundo: p. 321 - 411. Initium: Physica Aristotelis potest dividi in universalem et particularem, ...
Inscriptio dorsi luridissima ita fere legenda est: Pars Secunda Physices. De Mundo et Caelis. R: P L: B. Quid istae litterae initiales significarent, supra p. 138 ad codicem MN II 183 disseruimus. Est igitur P. Ludovicus Babenstuber, celeberrimus monachus Ettalensis et Professor Salisburgensis, etiam huius codicis auctor. Et profecto codex noster nihil aliud est quam continuatio istius codicis. Quid mirum, quod ab eodem scriptus est, qui maximam partem codicis MN II 183 exaravit? At persona scriptoris ignota. Tempus vero, quo ortus sit codex noster, idem est atque codicis praecedentis (circa annum 1692).

Bibl. Cod. MN III 8

288 pagg; 8°min; tegumentum folium membranaceum olim manu inscriptum, nunc vero ita attritum, ut omnino non possit legi.
(Compendium Logicae)

a) (Tractatus Prolegomenalis de Logica): p. 1 - 76, sed desunt folium titulare et p. 1 - 4

b) Tractatus de Universalibus: p. 77 - 131

c) Tractatus Dialecticus in libros Categoriarum Aristotelis: p. 133 - 186

d) In Libros Analyticos, Priores et Posteriores, De tertia Mentis Operatione: p. 186 - 210. Clausula p. 210: Die 9 Maii 1693. quo die vigilia Sanctissimi Festi Pentecostes celebrabatur.

e) Compendium Logicae Ab Universalibus cum Deo ad finem usque perducendum: p. 213 - 268. Clausula p. 268: Absolvimus 9 Maii ante prandium, in profesto et Vigilia Pentecostes 1693. (Ergo pars e brevius est compendium earundem lectionum, quarum fusius compendium continent partes b - d.)

f) Compendium Totius Logicae: p. 271 - 282

g) Sequuntur aliqua Colligenda pro illa Sententia quae asserit rectitudinem rerum cognitarum esse ens rationis atque Logicae obiectum formale: p. 283 - 287.

Neque quis haec compendia collegerit scripseritque notus neque cuius lectiones contraxerit.

Bibl. Cod. MN II 185

604 pagg; teg. c2d (cum dorso nigris ornamentis decorato)1693

a) Tractatus De Sacramentis in Genere Authore ....P. Edmundo Ruedorffer Benedictino ex Celeberrimo Monasterio Lambacensi, Sacrosanctae Theologiae Doctore, et Professore Salisburgensi ordinario. 1 6 9 3: p. 1 - 373. Initium Proaemii Tractatus De Sacramentis in Genere: p. 3: Gratia, quae nobis profluxit ex passione et meritis Christi,. Clausula p. 373: absolvimus die 16. Maii Anno 1693.

b) Tractatus De Baptismo et Confirmatione: p. 374 - 479. Initium Controversiae primae. De Baptismo. Inter Sacramenta in Specie merito..

c) Tractatus. De. Venerabili Eucharistia: p. 481 - 602. Initium Controversiae primae. De Venerabili Eucharistia, prout est Sacramentum. Omissis variis nominibus, quibus appellari solet Eucharistia,. Quod toto in codice nostro sectiones lectionum in margine una eademque serie numerantur (ex. gr. tractatus a sectione n. 557 finitur, tractatus b sectione n. 558 incipit!), P. Edmundus Ruedorffer sine dubio totum codicem dictavit. Scriptor autem ignotus.
Eosdem tractatus exhibent codices MN II 176 (supra p. 135) et MN II 189 (quem vide inferius!).

Bibl. Cod. MN I 6

fol. min; 566 pagg; scriptus 1694; teg. b1 cum dorso albo

a) Vernewerte Landes Ordnung deß Marggraffthumb Mähren: fol. 1r - - 255v (= pag. 9 - 516) cum decreto promulgationis anno 1628 edito: p. 5 - 8

b) Regiester. Derer Tittüln so in dießer Vernewerten Landeß ordnung zu finden: p. 517 - 525

c) Sillabuß. oder. Khurtze & Summarische Verzeichnuß der Vornembsten Materien, Unnd Wöhrter, welche in der New Publicirten Mährischen Landes ordnung zue befinden, nach ordnung des Alphabets: p. 526 - - 564. Nota p. 564: den 12.ten Martii. 1694. Z.. N: (Quae litterae videntur esse initia nominis scriptoris.)
Inscriptio in parte adversa tegumenti: D. A. S. (= Dominicus Abbas Seitenstettensis) 1 7 7 4 (scilicet tegumento munivit codicem)

Bibl. Cod. MN II 186

328 pagg; teg. c2d; scriptus ca. 1695

a) Tractatus De Ecclesia Militante eiusque Notis: p. 1 - 180. Initium p. 1: Pessimam sibi fidem faciunt haeretici.....

b) Tractatus controversisticus De Clericis et Monachis: p. 185 - 321. Initium Proaemii: Actum est anno superiori de nomine, definitione, et qualitate verae ecclesiae militantis in terris.... (Continet igitur codex noster lectiones duobus continuis annis scholaribus habitas!)

Auctor ignotus. Scriptor vero codicis nostri etiam octo sequentes codices scripsit, eosque (uti ad unum alterumve codicem monstrabimus) circa annum 1695. Insuper ad codicem MN II 193 ostendemus, hanc seriem librorum probabiliter a F. Joanne Rigele monacho Seitenstettensi exaratam esse.

Bibl. Cod. MN II 187

162 pagg; teg. penitus abscissum; script. ca. 1695

Tractatus Controversisticus De Ecclesia purgante, sive quae est in purgatorio et Ecclesia Triumphante sive de gloria, Cultuque Sanctorum: p. 1 - 160.

Initium Proaemii: Tractum fuit priori Anno de membris ecclesiae militantis, hoc anno agemus de ecclesia, quae purgatur....

Cum idem, qui praecedentem, etiam codicem nostrum scripserit, verisimile est codicem nostrum anno posteriorem scriptum esse quam codicem MN II 186. Auctorem nos nescire confitemur, scriptorem autem probabiliter F. Joannem Rigele esse iam supra ad MN II 186 diximus.

Bibl. Cod. MN II 188

272 pagg; teg. c2d; scriptus ca. 1695

Tractatus De Incarnatione: p. 5 - 268.

Initium Quaestionis I. De Possibilitate Cognoscibilitate et convenientia incarnationis. Articulus I. utrum incarnatio fuerit possibilis? Conclusio. incarnatio (. cuius nomine significatur....

Auctor ignotus. Ortum autem esse codicem nostrum circa annum 1695 suspicandum est, quia idem, qui duos codices praecedentes hoc tempore scripsit, etiam codicem nostrum exaravit, nimirum probabiliter F. Joannes Rigele, ut ad codicem MN II 193 declarabimus et nota pro bibliopego p. 5 codicis nostri indicat: Rukh et ökh her Jones u seitstöndt (= in hoc codice domini Joannis Seitenstettensis dorsum et extremitates corio tegenda sunt.)

Bibl. Cod. MN II 189

582 pagg; teg. c2 cum dorso et extremis fragmentis membranaceis saeculo XIV (?) manu inscriptis munitis; scriptus 1693

a) Tractatus De Sacramentis in genere: p. 1 - 335. Initium Proemii p. 1: Gratia quae nobis profluxit ex passione et meritis Christi.....

b) Tractatus De Baptismo et Confirmatione: p. 335 - 454. Initium Controversiae I De Baptismo p. 335: Intra Sacramenta in specie.....

c) Tractatus De Venerabili (!): p. 455 - 580. Initium Controversiae I De Venerabili Eucharistiam prout est Sacramentum p. 455: omissis variis nominibus quibus appellari solet Eucharistia.....

Eosdem tractatus iam invenimus in codice MN II 176, qui manifestat codicem nostrum veri similiter anno 1693 scriptum esse (vide supra p. 135!), et in codice MN II 185, qui nomen auctoris (dico P. Edmundi Ruedorffer Professi Lambacensis et Professoris Salisburgensis) praebet.(Vide supra p. 140!) Scripsisse autem codicem nostrum eundem, qui etiam tres codices praecedentes et quinque sequentes, nempe F. Joannem Rigele, iam supra p. 141 ad codicem MN II 186 indicavimus.

Bibl. Cod. MN II 190

488 pagg; teg. c2 (dorsum extremaque fragmentis membranaceis saeculo XIV (?) manu inscriptis munita); scriptus 1693 aut 94

a) Tractatus de vitiis et Peccatis: p. 1 - 364. Initium p. 1: Post examinatam materiam de actibus humanis.....

b) Tractatus tertius (NB! Tractatus primus in Primam Secundae Partis Summae Theologicae agit de actibus humanis, secundus de vitiis et peccatis, tertius de legibus!) De Legibus in Communi et particulari: p. 364 - 484. Initium: Quandoquidem iuxta mentem .....

Auctor codicis nostri ignotus, etsi codex MN II 177 eosdem tractatus continet. Qui cum scriptus sit anno 1694, ut ad eundem codicem MN II 177 supra p. 137 notavimus, aut anno 1693, quod supra p. 136 ad codicem MN II 180 suspicati sumus, idem etiam de codice nostro valere vix negabis. Scriptorem autem esse etiam codicis nostri probabiliter F. Joannem Rigele monachum Seitenstettensem praecedente pagina ad codices MN II 186 et 188 indicavimus.

Bibl. Cod. MN II 191

534 pagg; teg. c2d; script. fortasse 1694

a) Tractatus in 3 Partem Divi Thomae Aquinatis de virtute et Sacramento Poenitentiae: p. 1 - 393. Initium Proaemii: Sacramentum Eucharistiae anni elapsi metam ac terminum excipit.....

b) Tractatus in 3. partem Divi Thomae de Sacramentis Extremae unctionis ordinis et Matrimonii: p. 393 - 532. Initium Controversiae I. De Sacramento extremae Unctionis p. 393: Extremam unctionem esse Sacramentum.....

Etiam hunc codicem fortasse a F. Joanne Rigele monacho Seitenstettensi scriptum esse, implicite iam p. 141 ad codices MN II 186 et 188 indicavimus. Porro anno 1694 ortum esse eum indicat initium partis a; etenim Sacramentum Eucharistiae tractatum esse ~~xxxxxxxx~~ ~~xxxx~~ anno 1693 docuit nos in pagina praecedente codex MN II 189, ab eodem clerico scriptus. Auctor autem codicis nostri nondum certe notus.

Bibl. Cod. MN II 192

464 pagg; teg. c2d; script. 1694

a) Tractatus De Gratia: p. 1 - 335. Initium Proemii p. 1: quandoquidem homines (!) ad veram aeternamque felicitatem aspiranti non sufficit,

b) Tractatus Theologicus De Virtutibus Theologicis fide spe et charitate: p. 335 - 461. Initium: Cùm operari sequatur ad esse.....

Codicem nostrum anno 1694 scriptum esse suspicimus, quod hoc anno codex MN II 179 eosdem tractatus paene ad verbum continens scriptus est. (Confer huius catalogi p. 136 - 137!). Auctor autem neque in hoc neque in illo codice nuntiatur. Scriptorem vero probabiliter F. Joannem Rigele esse iam supra p. 141 ad codices MN II 186 et 188 implicite ostendimus.

Bibl. Cod. MN II 193

400~~399~~ pagg; teg. c2d; script. 1695

Tractatus De Jure et Justitia: p. 1 - 398. Initium Quaestionis I. De Jure. Articulus I. utrum ius sit obiectum Justitiae? Quandoquidem regula aristotelica exigit.....

Eundem tractatum sed cum Proloquio exhibet codex MN II 181 anno 1695 scriptus. Auctorem autem neque ille codex indicat. (Vide ad istum codicem supra p. 137!)

Inscriptio dorsi: Tractatus De Jure et Justitia De Restitutione, et Iniuriis quae fiunt in Contractibus, et Judiciis.
In codice nostro inventa est exigua epistola, quam partim adversae tegumenti ab intrinsecus affixi. Et haec sunt verba epistolae: Cum plurima salute mitto Admodum Reverendo P. Aegidio Tractatus de Jure et Justitia et de legibus Manuscriptos Sed luridè ac vix ut timeo legendos. iuvabo tamen ubi ipse fuero praesto.

Servus
omnibus me Commendo P. Joannes.
praesertim Plurimum Reverendo P. Superiori.

Cum scriptor epistolae se P. Superiori commendet, et litteras et libros in Montem Sanctum (vulgo Sonntagberg appellatum) mittit; nam ibi superior confessariis praeerat. Atqui in Monte Sancto P. Aegidius Stadler, natus 1670, professus 1689, sacerdos 1695, mortuus 1729 triginta annos poenitentibus praesto erat. Sed et P. Joannes Rigele, natus 1672, professus 1691, sacerdos 1697, mortuus 1744 ultra triginta annos Poenitentiarius in Monte Sancto erat. Scriptura vero epistolae valde convenit cum scriptura codicis nostri, re vera luridè scripti. Quis igitur dubitet, quin P. Joannes Rigele et epistolam et codicem nostrum scripserit, si vero codicem nostrum etiam septem codices praecedentes et codicem subsequentem utpote eadem scriptura praeditos. Quam opinionem confirmat etiam nota pro bibliopego, quam supra p. 141 e codice MN II 188 exscripsimus.
Nota in margine dextera pag. 1, graphitide scripta: rukh ökh = Bibliopegus dorsum et extrema codicis corio tegat!

Bibl. Cod. MN II 194

324 pagg; teg. c2d; script. 1696 aut 1697

a) (Tractatus Tertius in primam partem Summae Divi Thomae de substantia, affectionibus, effectibus et causis Angelorum à Quaestione 50 úsque 64 et à 106 usque 115): p. 6 - 150. Inscriptio et Proemium desunt. Initium Disputationis I. De Substantia Angelorum secundum se p. 6: Articulus I. Utrum Angeli sint omnino incorporei? Sciendum I. nomen angeli secundum aethimologiam..... Ad hunc tractatum aliquo modo pertinet etiam quaestiuncula De obiecto Intellectionis angelicae p. 3.

b) Tractatus 4. in primam secundae Summae Angelicae De Actibus humanis: p. 150 - 319. Initium Proaemii p. 150: Postquam Divus Thomas in prima parte Summae Theologicae egit De Deo Optimo Maximo.....

Clausula p. 319: hîc Theologiae meae est fixus terminus.....
Atqui propter eandem scripturam putandum est , etiam codicem nostrum ut octo praecedentes probabiliter a F. Joanne Rigele scriptum esse. (Vide supra p. 144 ad codicem MN II 193 et 141 ad codicem MN II 188!) Frater autem ille die 6. Januarii 1697 sacerdotium suscepit. Qua de causa aut anno 1696 aut anno 1697 studia theologica finivit. Itaque etiam codicem nostrum 1696 aut 1697 scripsit.
Inscriptio dorsi: Tractatus De Angelis et Actibus Humanis. M. S.
Quos tractatus etiam codex MN II 211 continet, sed cum titulo (quem in codicem nostrum transtuli) et prooemio prioris et disputatione quarta (De Conscientia) alterius tractatus. (De quo codice infra!)
Auctor ignotus.
Nota pro bibliopego in margine inferiore p. 3: Her Von Mortnsberg (?) rukh et ökh. (Nomen in priore huius notae parte difficile intellectu est. Altera autem pars indicat bibliopego, ut dorsum et extrema libri corio tegat.)

Bibl. Cod. MN II 195

IV + 250 + 90 = 344 pagg; teg. c1 (sine dorso); script.1693/94

a) Liber Quartus decretalium Gregorii 9. Pontificis Maximi: p. 1 - 240. Initium Tituli Primi. De sponsalibus et matrimoniis. Uberrimam et si nescis, oppido difficilem ac usu frequentem materiam .....
Clausula p. 240: die 23 Augusti 1694.....

b) Collegia Juris Canonici Clarissimi Patris König Anno 1693 Conscripta et annotata: p. 1 - 90 (= 255 - 344). Initium p. 255: Collegium Primum Proemium Juris Universi. Jus est ars aequi et boni.....Nota p. 344: "Collegium secundum (libri tertii Decretalium) Continens titulos sequentes quinque. Collegium hoc annotavi in margine manuscriptorum libri Tertii dictati â P. K (= König) uti et sequentia ibidem annotabo." Quamvis difficile intellectu sit haec nota - videtur enim deesse iste tomus manuscriptorum -, tamen vix negare poteris P. Robertum König, in monasterio Garstensi professum et Salisburgi Juris Canonici Professorem, saltem partem b codicis nostri dictavisse. Scriptorem vero nondum investigare potui.
Prior pars codicis nostri eadem est atque lectiones codicis MN II 178 (vide supra p. 136!)

Bibl. Cod. MN II 196 = verisimiliter Cod. Admontensis 1170.

172 + 506 = 678 pagg; teg. a1; script. 1695 - 1696

a) Summulae sive introducitio ad Logicam Aristotelicam iuxta mentem S. Thomae Aquinatis: p. 1 - 172. Initium p. 1: Auspice Deo ter optimo Maximo adiuvantibus Virgine Maria Immaculata.....

b) Logica Aristotelico Thomistica per usitatas hoc tempore Quaestiones exposita: p. 1 - 504 (= 173 - 676). Initium Proemii p. 1 (= 173): Quae hucusque dicta sunt non incongruae appellari possunt..... Clausula p. 141 (= 313): Finivimus 28 Januarii die Sabbathi ante nonam in festo translato Eremitae. Eandem clausulam reperies in proximo codice MN II 197, qui in fine logicae maioris etiam numerum anni 1696 perhibet. Et re vera 28x. Januarii anno 1696 erat dies Sabbati. Codex MN II 197 non solum eandem logicam maiorem, sed etiam eandem minorem praebet, quam codex noster, sed tribus circiter paginis breviorem. Addidit enim codex noster ad clausulam ....dicta sufficiant supplementum quoddam: p. 169 - 172. Nihilominus non est rationabile dubium, quin codex MN II 197 easdem lectiones contineat atque codex noster. Attamen auctor ignotus. Immo codicis nostri neque scriptorem novimus.

Bibl. Cod. MN II 197

(100 fol. =) 200 + 200 + 654 = 1054 pagg; teg. a1; scr.1695/96

a) Summulae Sive Introductio ad Logicam Aristotelicam iuxta mentem S: Thomae Aquinatis: fol. 4 - 100. Initium fol. 4r (= pag. 7): Auspice Deo ter optimo Maximo adiuvantibus Virgine Maria Immaculata..... Clausula fol. 100 r (= pag. 199): Finitae hae summulae Anno 1695 die 16 Decembris die Veneris ante prandium nonnihil ante tertium quadrantem ad Nonam. (Forsitan numerum anni minus diligenter scriptum praepropere "1694" legas, sed 16. Decembris anno 1695 erat dies Veneris.)

b) Logica Aristotelico Thomistica per usitatas hoc tempore quaestiones exposita: p. 1 - 200 (= 201 - 400 = Disputatio I) + 1 - 645 (= 401 - 1045 = Disputatio II et III). Initium Proemii: Quae hucusque dicta sunt, non incongruè appellari possunt.....Clausula Disputationis I: finivimus 28 Januarii die Sabbati ante tertium quadrantem ad nonam in Festo translato S. Pauli Eremitae. Clausula totius Logicae p. 645 (= 1045): Absolvimus 1696. 26 Maii. in Festo Divi Bedae Doctoris et Confessoris. Dum reliquiae immitterentur in fossam (?) a. Reverendissimo Abbate ad S. Petrum . cuius officio, quod

ipse faciebat in aula academica .....portans Lumen in Lichnitide praesens eram. (Ultimam lineam bibliopegus paene resecuit, ita ut partim legi non possit.)
Scriptorem huius codicis indicat inscriptio dorsi: Logica M. S. F. Columbani Seittenstettensis 1696. et nota pro bibliopego fol. 4r: Her Columb - seit (?)....., dico F. Columbanum Leopolder ordinem S. Benedicti professum in Seitenstetten anno 1694. Qui etiam tres codices sequentes scripsit. Auctorem autem nescio, etsi easdem lectiones iam in codice praecedente MN II 196 invenimus.

Bibl. Cod. MN III 9

8°min.; 189 foll; teg. a1; script. 1696

Compendium Logicae. 1696: fol. 1 - 187v. Initium disputationis primae. Quid sit Philosophia. Est cognitio rerum naturalium per media naturalia in ordine ad verum. Subter titulum nota pro bibliopego: Columbanus Seittenstettensis. Etiam hunc igitur codicem exaravit F. Columbanus Leopolder, qui etiam praecedentem et duos subsequentes codices conscripsit. Fortasse frater ille clericus codicem nostrum ipse compilavit; nescio autem, cuius opere aut lectionibus ad compendium exarandum usus sit.

Bibl. Cod. MN III 10

(fol. I - III + 1 - 3=) 12 pagg. + pag. 4 - 400 = 408 pagg.
8°minore; teg. a1; scriptus fortasse 1696 - 1697.

Compendium Physicae iuxta mentem S. Doctoris.

a) Quaestio prolegomenalis: An physica sit scientia: fol. 1r - 3v.
b) Liber primus Physicorum: fol. 3v, p. 4 - 118
c) Liber secundus Physicorum: p.118 - 267 (= Liber de Causis)
d) Notata De Praemotione iuxta Reverendum P. Placidum (Mayrhauser, professum ad S. Petrum Salisburgi et ibidem Philosophiae Professorem): p. 267 - 268
e) De Substantia utrum sit immediate operativa ex Professore: p. 268/9
f) Ex Repetitione Collegii: p. 271 - 304
g) obiectiones in postthesibus: p. 304 - 317. (Quibus in disputationibus etiam P. L. = P. Ludovicus Babenstuber Ettalensis professus et Salisburgi professor et P. Marianus Lendlmayr Admontensis professus et Salisburgi Professor responderunt, ex. gr. p. 305/6,307/8)
h) De Causis aliqua in Postthesibus in Collegio Rupertino allata: p. 317 - 320

i) Explicatio P. D. (= Domini?) Professoris in Schola: p. 320 - 331.
j) Obiectiones ex Repetitione in Refectorio: p. 335 - 382
k) Quaestiones in Examine habitae Reverendi Clarissimi P. Caroli (Schrenk de Notzing, professi, postea abbatis ad S. Petrum Salisburgi?): p. 383
l) Obiectiones Clarissimi P. Maxriani (Lendlxmayr, Admontensis): 384/5
m) Obiectiones Reverendi P. Professoris: p. 385 - 387.
n) De unione. Noxtata iuxta Fr. Joh. (= ? Forsitan legendum sit: Jos.) p. 399

Scriptorem huius compendii esse F. Xxxxxxxxx Columbanum Leopolder professum Seitenstettensem scriptura docet comparata cum codice MN III 9. Quis autem ille professor fuerit, cuius lectiones scriptor noster in partibus a, b, c, e, i, m compilaverit, nescio. Quia F. Columbanus Leopolder anno 1696 Logicae studuit etLogicam Physica subsequi solebat, veri simile est codicem nostrum anno scholari 1696/97 (aut 1697/98, quod P. Placidus Mayrhauser non ante annum 1697/98 Philosophiam docuit? At non videtur ille P. Placidus fuisse ille professor, cuius lectiones contraxit scriptor noster!) scriptum esse. Insuper codex noster codice sequente continuatur eoque 1697 scriptor.

Bibl. Cod. MN III 11

8°min; 508 pagg; teg. a1; script. 1697

Compendium Ex Libris De Generatione Corruptione et Coelis (Quae tamen inscriptio minus convenit cum partibus, quas codex continet!)

a) Disputatio in Librum 3. Physicorum De Infinito et Motu: p. 1 - 47
b) Liber quartus Physicorum. De loco vacuo et tempore: p. 47 - 93
c) Liber quintus Physicorum. De Contrarietate Motuum et Quietis: 93/96
d) Liber sextus Physicorum De Continuo, Inceptione et Desitione rerum: p. 97 - 138
e) Liber 7. et 8 De quibusdam conditionibus et effectibus motus: 138/43
f) Tractatus in duos Libros Aristotelis De Ortu et Interitu sive de Generatione et Corruptione: p. 143 - 193
g) Tractatus De Metheoris: p. 193
h) Tractatus in Libros De Coelis et Mundo: p. 193 - 211. Clausula p. 211: 1697. Die Sabbati hora quinta Die 15 Junii.
i) Notata De Penetratione et Continuo: p. 212 - 213
j) Solvuntur obiectiones ex F: J: (?) Exx Variis Variae: p. 227 - 312

k) Ex Repetitione in Refectorio: p. 323 - 348

l) Repetitiones extraordinariae P. L. (= P. Ludovici Babenstuber professi Ettalensis, professoris Salisburgensis): p. 355 - 367

m) Explicatio Reverendi P. P. (= aut "Placidi" Mayrhauser ad S. Petrum Salisburgi professi et ibidem professoris Philosophiae aut "Professoris"): p. 379 - 381.

Nota in margine p. 1: Columban von Seitten indicat F. Columbanum Leopolder scripsisse codicem nostrum. Qui iam in codice praecedente singulis quaestionibus in libros Physicorum obiectiones plerumque ex P. L. (= ex opere P. Ludovici Babenstuber) apposuerat. In nostro autem codice etiam ex operibus complurium aliorum auctorum obiectiones notasque apposuit, ex. gr. p. 8 ex Wiser (= ex opere P. Mariani Wiser, professi ad S. Vitum cis Rottam et Philosophiae Professoris Salisburgi ca. 1687), ex Liechtenhaimb (= ex opere P. Mauri Liechtenhaimb, professi ad S. Lambertum in Styria et Philosophiae Professoris Salisburgi ca. 1678), p. 36; p. 71 ex Lierth (?), p. 132 ex Symperto Reiter (professo Andecensi et professore Salisburgensi ca. 1675), p. 133 ex Clarissimo P. Carolo Schrenck (de Notzing, professo ad S. Petrum Salisburgi et Philosophiae ibidem Professore ca. 1690), p. 155 ex Widl (= P. Benedicto Widl professo ad S. Emmeramum Ratisbonae et Philosophiae Salisburgi professore ca. 1683), plurimae autem obiectiones notaeque etiam in hoc codice ex P. L. (= P. Ludovico Babenstuber) depromptae sunt. Videtur igitur scriptor noster non ~~tam~~ solum lectiones unius professoris contraxisse, sed etiam libros typis impressos ad colligendum hoc compendium adhibuisse.

Bibl. Cod. MN II 198

302 pagg; teg. a2; scriptus anno 1697

a) Conciones quadragesimales â Plurimum Reverendo Patre Aloysio Dälatscho ex ordine Theatinorum in Ecclesia Cathedrali Salisburgensi publice peroratae et â Patre (?) Josepho Nydermayr conscriptae anno 1697: p. 1 - 277.

b) Concio coram Venerabili Habita â Reverendo Patre Felice Fossa Caietano (= ex ordine Theatinorum): P. 278 - 300

Nomen concionatoris in parte a videtur secundum sonum vocis scriptum esse; fortasse nomen erat ei Delaggio.
Omnes conciones lingua Germanica habitae scriptaeque sunt.

Bibl. Cod. MN II 199

800 pagg; teg. a1; script. 1697

1) Physica Aristotelico Thomistica iuxta mentem S. Doctoris Aquinatis Initium p. 3: Ad arcaniores sapientiae naturalis eruendos thesauros.

a) Quaestio prolegomenalis: p. 3 - 10

b) (Tractatus in octo Libros Physicorum): p. 11 - 511

c) Tractatus in Duos Libros Aristotelis De Ortu et Interitu sive de Generatione et Corruptione: p. 512 - 601. Initium: Dari generationem et corruptionem non minus fundatur in Sacra Scriptura.....

d) Tractatus De Metheoris: p. 601 - 610. Initium: Quaestio 1. Articulus unicus De Causis et Loco Metheororum. Quid sit Metheorum,.....

e) Tractatus In Libros De Coelis et Mundo: p. 610 - 646. Initium: Offert se primò tam speciosa quam spatiosa Mundi machina.....

f) Tractatus ultimus In 3 Libros Aristotelicos de Anima: p. 646 - 740 Initium Praefationis p. 646: Tandem agonizante Philosophia.....

2) Metaphysica Aristotelico Thomistica: p. 741 - 789. Initium: Tandem Doctissimi (?) et ornatissimi (?) Domini Auditores.....

Clausula p. 789: 1697. 13 Julii absolvimus.

Sine dubio F. Columbanus Leopolder ad exarandos codices MN III 10 et 11 lectiones codicis nostri contraxit. At minus certum, licet probabile est, eum codicem nostrum etiam sua manu scripsisse. Auctor vero ignotus.

Bibl. Cod. MN II 200

390 foll; teg. a1; script. 1697/98

Philosophia Rationalis seu Logica Aristotelico-Thomistica Tradita In Alma et Archiepiscopali Universitate Salisburgensi Ab....P. Placido Mayrhauser, Ordinis S. Benedicti, Celeberrimi et Antiquissimi Monasterii ad S. Petrum ibidem Professo, Philosophiae Doctore et Professore ordinario. Excepta A Religioso F. Engelberto Veser, ordinis S. P. Benedicti Professo Seittenstettensi. Anno M. D. C. XCVIII (1698). (= Commentarius In Organum Aristotelis.)

a) Praefatio in Universam Logicam: fol. 3 - 8v. Initium fol. 3r: Obfuscatus per peccatum originale mentis oculus.....

b) (Introductio seu Summulae Dialecticae): fol. 8v - 112r. Initium Partis I Summularum de iis quae pertinent ad primam mentis operationem. Ad primam dico mentis operationem, quia tres.....Clausula: Absolvimus hanc Dialecticam 20 Decembris post prandium Anno ..1697.

c) (Logica Maior): fol. 116 - 389. Initium Quaestionum Praelegomenalium Tripartitarum Logicae Meioris (!): fol. 116r: Solent communiter post sumulas (!) tradere....Clausula fol. 389v: Absolvimus 28 Maii vigilia Corporis Christi 1698.

Bibl. Cod. MN II 201

242 foll; teg. d (pars adversa et aversa rubra, cetera alba) Tractatus decimus In Tertiam Partem Divi Thomae Aquinatis, Doctoris Angelici de Arcano Incarnationis Mysterio. Traditus â ....P. Carolo Schrenk, ordinis S. P. Benedicti, Celeberrimi et Antiquissimi Monasterii ad. S. Petrum Salisburgi Professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore et Professore Ordinario. Exceptus â F. Engelberto Veser, ordinis S. P. Benedicti Professo Seittenstettensi Anno 1699.
Initium Proloquii: Cùm finis et scopus Totius Summae Theologicae....
Clausula fol. 241v: Absolvimus hunc Tractatum de Mysterio Incarnationis die 26 Augusti. Anno Christi 1700.
Idem F. Engelbertus Veser etiam codicem praecedentem et quinque sequentes exaravit.

Bibl. Cod. MN II 202

602 pagg; teg. d (ut supra in codice MN II 201); scr. 1699/1700

a) Tractatus Scholasticus. De Angelis et Actibus Humanis. Traditus â .....P. Mariano Lendlmayr, Ordinis S. P. Benedicti, Celeberrimi Monasterii Admontensis Professo. Sacrosanctae Theologiae Doctore et Professore Ordinario. 1699: p. 5 - 409
(Prooemium): p. 7 - 8. Initium: Consideravimus anno praecedenti Deum in seipso .....
Disputatio Prima. de Creatura Angelica: p. 9 - 291. Initium: Angelorum nomen ex primaeva sui institutione esse nomen officiii.....
Clausula: Finis huius Tractatus de Angelis. 26. Maii. 1700.
Disputatio II. In secundam Partem Divi Thomae de Actibus Humanis. M D C C (1700) 26 Maii: p. 295 - 409. Initium p. 297: Actus humanus dicitur actus ex deliberatione factus....Clausula: Die 28 Augusti. Anno 1700.

b) Ethica Supernaturalis.sive Theologia Practica. De Bono et Malo Morali. Tradita â .....P. Ludovico Babenstuber, Ordinis S. P. Benedicti Ad Divam Virginem Ettalensem Professo, Sacrosanctae Theologiae Doctore, et pro tempore Moralis Theologiae Professore ordinario. Calamô Excepta â F. Engelberto Veser Benedictino ac Professo Seittenstettensi. Anno Salutis 16.99: p. 413 - 600
Praefatio p. 415 - 416. Initium: Quidquid in homine laudem meretur..
Tractatus Primus de Conscientia: p. 416 - 536. Initium: Praesens tractatus totius Theologiae moralis est basis...Clausula: finivimus die 17 Martii 1700. Tractatus Secundus de Actibus Humanis: p. 537 - - 600. Initium: Tametsi homo ad aeternam beatitudinem sit conditus..
Clausula p. 582: 1700. 10 Junii. (Sequuntur fragmenta de legibus!)
Scriptura docet etiam partem a a F. Engelberto Veser scriptam esse.

Arch. Cod. 34 - 7 (XVIII 3 h)

4°; VI + 494 pagg; teg. c2d; scriptus anno scholari 1700/1701

Tractatus Undecimus In Tertiam Partem Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici de Sacramentis in Genere et Specie. de Baptismo, Confirmatione, et Eucharistia. Traditus â .....P. Carolo Schrenk. Ordinis S. P. Benedicti. in Celeberrimo et Antiquissimo Monasterio ad S. Petrum Salisburgi Professo. Sacrosanctae Theologiae Doctore et Professore ordinario. Calamo exceptus â Religioso F. Engelberto Veser Ordinis S. P. Benedicti in Beatae Virginis Monasterio Seittenstettensi Professo. 1700.

Initium Proloquii p. 1: Postquam Sanctus Doctor altissimum Incarnationis Mysterium.....Nota p. 2: November 1700.

Clausula p. 491: Die 31 Augusti 1701.

Easdem lectiones invenies etiam in codice MN II 213 (vide inferius!)

Bibl. Cod. MN II 203

394 pagg; teg. c2d; scriptus 1700/1701

Tractatus Scholasticus In Primam Secundae Divi Thomae â quaestione 71. de Vitiis et Peccatis. Et â quaestione 90. de Legibus. Traditus Anno Salutis 1700 â ..... P. Mariano Lendlmayr. ordinis S. P. Benedicti, in Celeberrimo Asceterio Admontensi Professo. Sacrosanctae Theologiae Doctore et Professore Ordinario. 9. Novembris (1700).

Initium Prologquii p. 5: Consideravimus anno praecedenti actus humanos in communi,.....

a) Disputatio I. de Vitiis et Peccatis: p. 6 - 336. Initium: Etiamsi communiter pro eodem usurpetur vitium et peccatum..... Clausula: Absolvimus 1 Augusti. 1701.

b) Disputatio II. de Legibus: p. 337 - 392. Nota p. 337: 3 Augusti 1701 Initium p. 339: Agunt de legibus et Juristae qui etiam Legistae dicuntur.....Clausula: 3 Septembris 1701

Nota p. 3 in margine inferiore: Englb(=Engelberti) indicat, codicem nostrum F. Engelberti Veser Monasterii Seitenstettensis monachi fuisse, et si scripturam codicis nostri cum 4 praecedentibus et duobuxs codicibus sequentibus comparaveris, invenies F. illum Engelbertum codicem nostrum sua manu scripsisse.

Bibl. Cod. MN II 204

490 pagg; teg. c2d; script. 1701/02

a) Tractatus 14. In Tertiam Partem Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici de Virtute et Sacramento Paenitentiae. Traditus â ...P. Carolo Schrenk, Ordinis S. P. Benedicti, Antiquissimi Monasterii ad S. Petrum Salisburgi Professo. Sacrosanctae Theologiae Doctore, Professore Ordinario. Exceptus â Religioso F. Engelberto Veser, Benedictino Seittenstettensi. 8 Novembris 1701: p. 5 - 381
Initium Proloquii: p. 7: A Sacramento Eucharistiae progredimur.....
Nota p. 346: Finivimus 8 Aprilis Sabbatho Palmarum media 9. ante prandium.

b) Tractatus quintus decimus de Sacramentis Extremae Unctionis, Ordinis et Matrimonii: p. 387 - 490. Nota in margine inferiore p. 387: 15 Maii 1702. Nota p. 423 item in margine inferiore: 4 Julii
Initium p. 388: Adverte primo Extremam unctionem esse .....

NB! "Tractatus 14." non monet hanc partem tractatum quartum decimum in tertiam partem Summae Theologicae esse, sed fortasse tractatum quartum decimum totius cursus theologici, quem ille P. Carolus Schrenk tradidit. Cuius tractatus duodecimus fuit egit de Baptismo et Confirmatione, tertius decimus de Sacramento Eucharistiae. Uterque continentur in codice 34 - 7 (quem vide supra p. 152!)

Bibl. Cod. MN II 205

432 pagg; teg. c2d; script. 1701/02

a) Tractatus in Primam Secundae Divi Thomae. De Gratia, Justificatione et Merito. Et in Secundam Secundae. De Fide, Spe, et Charitate. Traditus â ....P. Mariano Lendlmayr, Ordinis S. P. Benedicti in Celeberrimo Asceterio Admontes Professo Sacrosanctae Theologiae Doctore. Professore Ordinario. F. E. V. P. S. (= F. Engelbertus Veser Professus Seittenstettensis) 9 Novembris 1701.
Initium p. 5: Materia quae in praesenti anno tractanda praescribitur.....

a) Pars I. de Gratia, Justificatione et Merito: p. 5 - 385. Initium: Materiam de gratia divina pertractat Sanctus Doctor.... Clausula: Absolvimus Tractatum de gratia cum gratia divina 1 Julii 1702.

b) Pars II. de Virtutibus Theologicis Fide, Spe et Charitate: p. 386 - 425. (Haec pars ut multis lacunis vitiata est, ita etiam videtur manca esse.) Initium p. 387: Virtutes Theologicae ex graeco....

Idem scriptor etiam sex codices praecedentes scripsit.

Bibl. Cod. MN II 206

8°774 pagg; teg. bl; script. 1698

a) Discursus Quintus De Anima, sive Animastica De corpore ut animato: p. 1 - 356. Initium p. 1: Nobiliorem hominis partem aggredimur.... Nota scribentis in margine superiore p. 109: Frater Conradus Curtius Anno 1698 die 3 Septembris.
Adverte etiam adumbrationem structurae oculi p. 154!

b) Discursus ultimus Metaphysicus: p. 373 - 464. Initium: Metaphysica dicitur quasi trans- et ultra physicam scientia.....Clausula: Die quarta Octobris hora pomeridiana absolvimus hunc Cursum philosophicum primo quadrante ad tertiam Plassii. (Hoc nomen Plassii videtur indicare professorem, qui hunc discursum praelegit. Qua de re, quod in illo tempore Salisburgi non erat professor nomine Plassius aut Plass, codex noster lectiones non Salisburgi habitas exhibet.) Idem indicat forma tegumenti et Latinitas codicis nostri.)

c) Cursus et Discursus Philosophici Pars Tertia Complectens reliquos Tractatus Physicae: p. 483 - 763

c) Discursus Primus De Coelo et Mundo: p.485 - 593. Initium: Postquam Aristoteles in libris 8 physicorum disputasset.....

d) Discursus Secundus In librum primum de ortu et interritu: p. 593 - - 728. Initium: Ait hic Aristoteles de variis speciebus....

e) Discursus tertius De Elementis: p. 728 - 773. Initium p. 729: Postquam Philosophus in libro primo de ortu et interitu egisset..... Nota in margine inferiore p. 773: Frater Conradus Curtius Professus Aae (=Aureae; aut Stae = Sanctae) Coronae. Erat igitur scriptor huius codicis professus monasterii Ad Aurem (vel Sanctam) Coronam nuncupati, dioeceseos Budovissensis in Bohemia, Ordinis Cisterciensium. Quod monasterium vulgo dicebatur Heiligenkron aut Goldenkron.

f) Discursus Quartus De Metheoris Physicae: p. 791 - 863. Litterae initiales scriptoris in margine inferiore p. 791: F. C. C. P S. C.= = Frater Conradus Curtius Professus Sanctae Coronae. Initium Discursus quarti In quatuor libros Metheoro=logicos p. 793: Post tractationem de Elementis seu corporibus simplicibus, ...

Numeri discursuum indicant, hos discursus non eo ordine, quo in codice nostro inveniuntur, dictatos esse, sed seriem partium, cum ad codicem iungerentur, mutatam esse. Qua de causa etiam inscriptio codicis non in initio, sed in medio codicis (p. 483) invenitur.

Bibl. Cod. MN II 211

510 pagg; teg. a1; script. 1695/96 (?)

a) Tractatus Tertius in primam partem Summae Divi Thomae de substantia, affectionibus, effectibus et causis Angelorum à Quaestione 50 usque 64. et à 106 usque 115: p. 7 - 220.
Initium Proemii p. 7: Postquam Divus Thomas Dei naturam.....

b) Tractatus Quartus In primam secundae summae angelicae de actibus humanis: p. 220 - 504.
Initium Proemii p. 221: Postquam Divus Thomas in I. parte Summae Theologicae egit.....

Nota in margine inferiore tegumenti adversi ab intrinsecus: P.V.H: 1705 (= P. Udiscalcus Hueber anno 1705 hunc codicem tegumento muniendum curavit.) Iam in codicibus MN II 201 (supra p. 151), 34 - 7 (supra p. 152), MN II 4 204 (supra p. 153) vidimus Carolum Schrenk Professum ad S. Petrum Salisburgi ibidemque Professorem Theologiae numeravisse, quos tradidit, tractatus theologicos. Qua in serie tractatuum lectiones codicis nostri probabiliter anno scholari 1695/1696 dictatae sunt (si non hoc anno, at certe anno scholari 1696/97, uti ad codicem MN II 194, qui easdem lectiones continet, supra p. 144 - 145 monstravimus.) P. Carolum Schrenk auctorem codicis nostri esse vix negabis, si librum, cui inscriptio: Tractatus Theologicus De Creatura Angelica....quem Praeside P. Carolo Schrenckh .....propugnabit F. Ambrosius Peyhl....Gottwicensis, Salisburgi typis Joannis Baptistae Mayr editum anno 1697, comparaveris. Nam permulti huius libri loci cum codice nostro ad verbum congruunt. F. Udiscalcum Hueber vero ipsum scripsisse has lectiones etiam vix negabis, quia his annis Salisburgi studiis theologicis operam dedit.

Bibl. Cod. MN II 207

580 pagg; teg. a1; script. 1696/97 (?)

a) Tractatus In Primam Secundae Summae Doctoris Angelici Divi Thomae Aquinatis de vitiis et peccatis: p. 3 - 452. Initium Proloquii: Explicata natura et affectionibus actuum humanorum procedit S.Doctor

b) Tractatus sextus In Primam Secundae Summae Doctoris Angelici Divi Thomae Aquinatis de Legibus: p. 453 - 577. Initium Proloquii: Absoluto Tractatu de actibus humanis..... Clausula: Absolvimus die 23 Augusti. Quid sibi velit nota adverso in tegumento ab intrinsecus P. V. H. 1705 vide supra ad codicem MN II 211! Scriptura docet, F. Udiscalcum Hueber etiam nostrum codicem scripsisse. Numerus partis b indicat codicem nostrum continuare cursum theologicum a P. Carolo Schrenk professo ad S. Petrum Salisburgi dictatum.

Bibl. Cod. MN II 208

698 pagg; teg. a1; script. 1697/98 (?)

a) Tractatus Septimus In Primam Secundae Divi Thomae Aquinatis De Gratia: p. 5 - 448. Initium Proloquii p. 5: Post explicatam actuum humanorum naturam.....

b) Tractatus octavus. In Secundam Secundae Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici De Fide, Spe, et Charitate: p. 449 - 685.
Initium Proloquii: Cum in moralibus doctrina generalis parùm utilitatis habeat,....
Etiam in codicis nostri tegumento adverso ab intrinsecus litterae initiales P. V. H. 1705. reperiuntur. Quae quid indicarent, iam supra p. 155 ad codicem MN II 211 declaravimus. Quae insuper nota una cum charactere scripturae, quippe qui idem sit ut in duobus codicibus praeeuntibus et duobus subsequentibus, manifestat hunc quoque codicem a F. Udiscalco Hueber exaratum esse. Numeri vero tractatuum significant etiam in codice nostro continuari illum cursum theologicum, quem P. Carolus Schrenk professus ad S. Petrum Salisburgi et ibidem Sacrosanctae Theologiae professor tradidit. (Vide ad hunc cursum supra, quod p. 155 ad codicem MN II 211 et p. 153 ad codicem MN II 204 notavimus!) Propter continuam seriem tractatuum necesse est codicem nostrum anno post codicem MN II 207, duobus autem annis post codicem MN II 211 ideoque verisimiliter anno 1697/98 (aut certe anno 1698/99) ortum esse.
Ergo series tractatuum, quos P. Carolus Schrenk disseruit, ita videtur restituenda esse:
Anno 1694/95: tractatus I De Deo Uno et II De Deo Trino (desunt!).
Anno 1695/96: tract. III De Angelis et IV De Actibus humanis (II211
Anno 1696/97: V De Vitiis et Pecc. et VI De Legibus (MN II 207)
Anno 1697/98: tract. VII De Gratia et VIII De Virt. Theol. (II 208)
Anno 1698/99: tractatus IX De Jure et Justitia (deest!)
Anno 1699/1700: tractatus X De Incarnatione (MN II 201)
Anno 1700/01: tract. XI - XIII: De Sacramentis in gen. et 3 sp:34-7
Anno 1701/02: tract. XIV et XV: De IV ulteriorib. Sacr. (MN II 204)

Bibl. Cod. MN II 209

702 pagg; teg. a1; script. non ante 1695, non post 99
Tractatus Scholasticus. In tertiam partem Divi Thomae à quaestione 60. De Sacramentis in communi, et in particulari de baptismo, confirmatione et Eucharistia.

a) Initium Proemii p. 3: Postquam S. Doctor in 3 parte suae Theologiae.

b) Disputatio prima De Sacramentis in genere: p. 5 - 597. Initium: Omittimus quaestionem circa nomen Sacramenti,.....

c) Disputatio secunda De Sacramento Baptismi: p. 597 - 659. Initium: Agimus in praesenti de baptismo fluminis.....

d) Disputatio tertia De sacramento confirmationis: p. 660 - ? Initium: Hoc sacramentum probabilius est institutum....

e)(Disputatio quarta: De Sacramento Eucharistiae):? - 697.

NB! Inter p. 674 et 675 desunt multa folia (n. 19 - 42).

Clausula p. 697: Absolvimus die 30 Augusti. sub Professore ...P. Mariano Lendlmayr (Professo Admontensi et Professore Salisburgensi).

De litteris initialibus in tegumento adverso ab intrinsecus P. V. H. 1705. vide supra ad codicem MN II 211 (p. 155!) Porro scriptura manifestat ipsum F. Udiscalcum Hueber professum Seitenstettensem ut tres praecedentes et codicem subsequentem ita etiam nostrum codicem scripsisse. At incertus est annus, quo ortus est codex noster; sed cum ab anno 1695 usque ad annum 1699 studiis theologicis incubuerit, terminos post quem et ante quem facile invenies.

Bibl. Cod. MN II 210

442 pagg; teg. a1; script. post 1694, ante 1700
Tractatus Theologicus. De incarnatione.

Initium Proemii p. 1: Obiectum huius tractatûs est unum verbum,....

Clausula p. 437: Absolvimus hunc tractatum die: 13. Julii sub Clarissimo P. Honorio Aigner (Professo Cremifanensi et Professore Salisburgensi), qui eo die totum absolverat cursum.

Etiam in codice nostro reperies litteras initiales in adversa parte tegumenti ab intrinsecus: P. V. H. 1705. Quid haec indicent, vide supra p. 155 ad codicem MN II 211. Insuper scriptura prodit scriptorem, dico F. Udiscalcum Hueber, qui etiam quattuor codices praecedentes (et eadem scriptura praeditos) exaravit.

Quo autem anno exaraverit codicem nostrum, incertum est, certo autem dum Sacrosanctae Theologiae studet, scilicet a mense Novembri 1695 usque ad mensem octobrem 1699.

Bibl. Cod. MN II 212

782 foll; teg. c1 (dorso valde dilacerato); script. 1698/99

Commentarius in Physicam Aristotelis.

Nota in margine fol. 1r: Frequentavimus tanquam Neo=physici septima die Julii (1698) ante prandium.

a) Proemium: fol. 1r - 2r. Initium: Tandem superatô logicarum difficultatum spinetô.....

b) Controversia Prolegomenalis ad totam Physicam. De essentia et obiecto Physicae: fol. 2r - 63v. Initium Sectionis I fol. 2v: Cùm Deus mundum tradiderit disputationi hominum.....

c) Pars Prima Physicae. De intrinsecis, et extrinsecis constitutivis ac principiis et affectionibus communibus rerum, necnon composito substantiali in communi: fol. 63v - 489v. Initium Controversiae praeviae ad Caput Primum: fol. 64r: Cum in subsequentibus fiat quaestio,.....

Pars II. Physicae. De Ente mobili in particulari.

d) Caput, Articulus et § unicus in libros Aristotelis De Mundo et Caelo: fol. 493r - 514v (tractatus imperfectus!). Initium Sectionis I: Dico 1. non implicat contradictionem mundum posse esse ab aeterno..

e) Caput II. Partis II. In libros Aristotelis de Ortu et Interitu: fol. 529r - 605v. Initium Assertionis Praeliminaris fol. 529v: Quaeritur primò quid sit generatio? ante responsionem.....
Clausula: Absolvimus 27 Maii 1699.

f) Pars III Physicae. De Anima: fol. 607r - 743v. Initium Controversiae praeviae Quomodo Anima benè possit definiri? Dico 1. optima est illa animae definitio, quae tradit Philosophus.....
Clausula: Absolvimus 9 Julii manè.

g) Commentarius II. In Metaphysicam Aristotelis: fol. 748r - 778v.
Initium: Jamjam relinguimus deliciorum sensualium orbem....
Clausula fol. 778 in margine: Absolvimus die XV 18 Julii 1699.
Neque scriptor codicis nostri notus neque auctor.

Bibl. Cod. MN II 157

713 foll., e quibus fol. 1 - 97 desunt; teg. c1, cuius tamen tota pars adversa et maxima pars dorsi deest; script. ca.1700
Desunt etiam foll. 326 - 361., et foll. 411 - 494.

a) (Tractatus in octo libros Physicorum Aristotelis): fol. (1)- 406.
Inter fol. 324 et 325 inserta sunt 4 folia cum adumbrationibus experimentorum physicorum.

b) Tractatus Secundus In Duos Libros Aritotelis De Ortu et Interitu: fol. 406v - 535v. (Desunt foll. 411 - 494!) Initium Disputationis Primae: fol. 407r: Quamvis in prooemio nostro physicae.....

c) Tractatus III. In Libros De Anima, in genere, et in specie: fol. 537r - 656r. Initium: Oraculi Delphici monitum fuit: nosce te ipsum.

d) Tractatus IV. In Libros De Caelo et Mundo: fol. 656v. (Cetera desunt!) Initium: Post explicationem corporis animati devolvimur....

e) Tractatus V. In Aristotelis Metaphysicam: fol. 657r - 709r.

Initium: Metaphysica seu sapientia transnaturalis.....

Neque auctor harum lectionum neque scriptor huius codicis notus neque quo anno exaratus sit. Sed propter formam tegumenti scripturaeque non multum errabis, si existimaveris hunc librum circa annum 1700 scriptum esse.

Bibl. Cod. MN II 158

680 pagg; teg. a1; script. ca. 1700

a) Tractatus in Physicam particularem Aristotelis.(Prooemium): p. 3 Initium: Superavimus duriora planior nunc et jucundior via restat...

b) Disputatio prima: De Mundo in genere: p. 3 - 59. Initium: Disputatio haec duabus quaestionibus absolvetur.....

c) Disputatio secunda. De globo terraque: p. 59 - 125. Initium: Postquam priori disputatione de mundo....

d) Disputatio tertia. De athmosphaera Et Metheoris: p. 125 - 187. Initium: Mundum subterraneum ejusque superficiem eggressi;....

e) Disputatio quarta. De corpore caelesti: p. 187 - 227. Initium: Super globum terramque et ipsam admosphaeram (!) altius progressi...

f) Disputatio quinta (usque ad septimam) In liberos (!) Aristotelis de ortu et interitu seu de generatione et corruptione: p. 227 - 530 Initium: Postquam omnem mundi corporei fabricam lustravimus.....

g) Disputatio octava (et nona). De anima et corpore animati in communi: p. 530 - 648. (Haec pars imperfecta est!) Initium: Hactenus curas nostras.....

h) (20) Theses Metaphysicae: p. 649 - 650

i) Adumbrationes astronomicae chalcographicae impressae: p. 651 et653 Auctor scriptorque ignoti. Character scripturae indicat codicem nostrum circa annum 1700 ortum esse.

Bibl. Cod. MN I 7

fol.min. 374 466 pagg; teg. c2 cum dorso albo scorteo; scriptus variis temporibus, sed ultima pars non ante annum 1698

Variae Relationes (Ita inscriptio dorsi!)

a) Ratschlag Römisch Khayserlicher Mayestät Und des Heylligen Römischen Reichs fürsten Kriegs Obristen, Unnd der Anderen Hirzue Verordtneten Haubtleuthen Unndt Kriegß Räthe. Zue Widerstandt der Christenhait Erbfeindt deß Türgkhen gewaltigen fürhabenß: p. 3 - 13
Datum p. 13: Geben Inn Regenßpurg Freytags nach Cantate Anno XXXII. (1532).

b) Waß sich In wenig tagen vor der Römisch Khayserlichen Mayestät Maximiliani deß Andern, Erwölten Römischen Khaysern Ableiben zuegetragen, unnd Ihr Mayestät selbst geredt haben (1576): p. 15 - 26

c) Eines obrissten uber ein Regiment, Khnecht, sambt seiner ober Unnd Nider befelchs haber besoldung: p. 27 - 29 (saeculo XVI. ?)

d) Proposition. So Ihr Mayestät denn Churfürsten unnd Stenden zu Augspurg fürgetragen. Denn 3 Julii Anno zwayundAchtzigsten (1582): p. 31 - 37.

e) (Inscriptio deest; loco huius tituli proloquium huius relationis exscribimus:) Nachdem Unnß Vonn mehr Unnterschiedlichen Orthes, Iner Unnd außer des Heilligen Römischen Reichs glaubwirdig bericht einkhomben, daß Vonn der Im Verschinen 96 Jahr, wider denn Erbfeindt, Christlichen Nambenß Unnd glaubenß, denn Türgkhen Inn Hungarn gefürten Kriegß Expedition, sonderlich aber Vor dem denn 26. Octobris Neuen Callenders, bey Kerertes (?) fürgegangen Treffen widerwertige unnd unergründte discurs Unnd Reden, spargiert unnd außgesprengt werden. Also haben wir umb mehrerlay Ursachen willen, für ain sunder Hoche Unnd unvermeydenliche Notturfft geachtet, waß sich Vom Anfang, solches Kriegßwesens, biß zu dem Enndt Unnd Abzug zuegetragen hat, Summariè verfaßen zu laßen: p. 39 - 64
(Relatio de praeoelio prope Keresztes commisso die 26. Octobris 1596 quam Maximilianus Archidux Austriae componendam curavit.)

f) Die schiffung mit dem Lanndt der gulden Insel gefunden, durch Herrn Johann von Angliara Haubtman des Cristlichen Khönigs Von Hispania gar hipsch Ding Zue herrn mit allm ihren Leben Und Siten, : p. 66 - 69. (Refertur de quadam insula - uti videtur Americana - primo reperta die 23 Aprilis 1519.) Auctor: ipse Joannes de Angliara, natione Italianus. Cuius tamen relatio fortasse non lingua Germanica exarata, sed a nescio quo in linguam nostram versa est.

g) Relation und beschreibung der Niderlag die sich denn Achten tag October Anno Achtundachzig In ober Ungern bey mainem Marckht, Sixo betreffent und Zuegetragen, von Anfang zum Endt bestes Vleiß verfasset: p. 71 - 80. (Relatio de pugna prope Szikszö die 8. Octobris 1588 commissa.)

h) Warhafftiger Bericht vom Sieg und Victori so der von Navara Jetziger Khünig zu Franckhreich, In der Slacht, bey der Statt Ivri Inn Normandia am 14 Martii Anno 1590 erhalten: p. 83 - 102. (Relatio, quomodo Henricus IV rex Francogalliae prope Jvry superaverit adversarios suos. Terminus, ante quem orta est origo huius relationis, trucidatio Henrici IV anno 1610 facta per ipsam inscriptionem ponitur.)

i) Khayserlichhe Citation So an herrn Georgen Poppel außgangen: p. 103 - 109. (P. 105, linea 3: negsthin dieses 94 Jahres, aufs Prager Schloß Vor Unnser Persohn monstrat hoc mandatum anno 1594 editum esse.)

j) Beschaidt so von der Röm: Khay: May: deren Zwenn Ständt von Herrn unnd Ritterschafft In Österr Össterreich Ob der Ennß Augspurgerischen Confession Abgesandten gegeben worden: p. 111 - 112. Datum: Zue Prag den 10 Julii Anno Neun und Neunzigisten. (1599)

k) Der Fürl. (=Fürstlichen) Durchl(aucht) Inn Grätz Decret ann die Lanndstendt In Steyer vom 5 Martii Anno 99 (= 1599, nam decretum a Ferdinando Archiduce Austriae editum est.) p. 113 - 116, ubi invenitur clausula: Decretum per serenissimum Archiducem 5 Martii 1599. P: Casal.

l) Relation Waß sich bey belegerung der Vestung Canischa (=Kanizsa), welche vonn dem Paradeiser dem Türckhen dazumalln auch aufgeben worden, Begeben unnd Zuegetragen: p. 121 - 151. Initium: Durchleuchtigister Ertzherzog Gnedigister fürst und Herr Allß Euer fürstl Durchl: denn 16 Sept: dieses Lauffenden Sechzehenhunderdisten Jahrs,.....(1600) (Generalissimus Georgius Paradeiser anno 1600 arcem Canischa, cui praefuit, diu obsessam hostibus tradidit.)

m) Vergleichung Zwischen Lotringen und Württenberg, Betreffente das Hochstifft Straßburg: p. 153 - 159. Clausula: Actum & Signatum, Inn der Stott ober Ehenhaimb (=Oberehnheim = Obernai) denn 12 Octobris Anno (1)600.

n) Sibenbürgerische Relation: p. 163 - 183. (Quae relatio die 11 Februarii 1601 data est.)

o) Capitulation, von Einnembung der Vesstung Grimmenstain und der Statt Gotta: p. 184 - 188. (Refertur, quomodo bellum contra Joannem Fridericum II. ducem Saxoniae eiusque consiliarium Guilielmum de Grumbach feliciter gestum sit. Quam relationem ipse victor Augustus elector Saxoniae signavit die 13. Aprilis Anno 1567.)

p) Extract Auß ainer Verbindnuß unnd Außthaillung deß Reichs, so Vom Bapst Khayser, Khünig Inn Hispania, Franckhreich, Polln, Lottringischen Herzogen, auch dem Pischoffen Zue Cölln, unnd den Österreichischen, Payrischen Gräzerischen, unnd Anndern Erzherzogen, unnd Bischoffen zue Ferrar, Beschehen Im 1698. Jahr: p. 189 - 191. Dubito, num numerus annalis 1698 verus sit; plurimae enim partes codicis nostri diplomata et acta exhibent, quae aut saeculo XVI. aut ineunte saeculo XVII. orta sunt. Insuper quae in hoc extracto proponuntur consilia, rebus politicis et religiosis circa annum 1700 minus conveniunt quam circa annum 1600. Quam de causa suspicor hanc partem qui saeculo XVII. descripsit, mendose numerum 1698 pro 1598 exscripsisse. (mendum scriptoris pro General Mandat)

q) Extract Auß Erzherzogen Ferdinanden Zue Österreich &c Generat [illegible], vom Sibenden May, Inn die Vorder N: (?) o: (?) Lanndschafften, allß Elsaß, Senitgen (=Sundgau?), Preißten (=Breisgau?), Unnd Schwarzwall (=Schwarzwald), Unnd ann die Vier waltstett (Waldstädte), Waltshuet (=Waldshut), Rainfelten (=Rheinfelden), Lauffenberg (=Laufenburg), Unnd Söckchen (=Säckingen), Item die vonn Villingen und Brainlingen (=Bräunlingen) Außgangen: p. 191 - 192. (Numerus anni non est appositus; videtur autem hoc decretum contra haereticos circa annum 1600 editum esse.)

r) Veldmarschalch Roßwuermos Relation An Ihr Durchlaucht Vonn Canischa (=Kanizsa): p. 193 - 199. Clausula: Datum Denn 21. Novembris Anno 1601. (Roßwuerm ab aliis Rußworm aut Rußwurm vocatur.) Auctor huius partis est Hermannus Christophorus Comes de Roßwurm (Rußwurm).

s) Relation Waß sich Im 602 Jährigen Veldtzug Inn Hungern allenthalben biß Wider Zum Abzug verloffen unnd zuegetragen: p. 201 - 230. (Agitur de rebus militaribus anno 1602 in Hungaria gestis.)

t) Kurze Relation Was sich vom 18 Sept: biß auff denn 13 Octobris deß (1)604 Jahrs, Inn Welcher Zeit der Feindt die Vesstung Kronn (= Gran) In Ungern belegert, vonn tag zue tag Zuegetragen unnd verloffen hat: p. 233 - 247.

u) Khunl. (Khuniglicher) May(estät) Resolution uber der von Herrn und Ritterstands Augspurgerischen Confession praetensionen: p. 249 - 254. Quae p. 253 referuntur, videntur indicare hoc decretum exeunte anno 1608 aut anno 1609 editum esse, quo anno Matthias archidux Austriae rex Hungariae, sed nondum imperator fuit.

v) Warumb die Bibel Inn glaubens sachen nit khann Richter seinn: p. 257 - 279. (Auctor ignotus.)

w) Hierinnen Ist begriffen alle geschicht, so sich In Levant, oder gehn auffgang der Sonnen, Inn Orient Zwischen dem grossen Türckhen unnd dem Soldan Zue Alchayro (=Sultan von Kairo) unnd dem Sofft (?) begeben hat, unnd Verlauffen Ist, Wie sich hiexnach geschriben findt, Erstlichen wie der Türckh hat mit Hörs Khrafft (=Heereskraft) eingenumben ain Statt genant Allepo, unnd ain Statt Damasco genant, unnd darnach die heillige Statt Jerusalem mit sampt der aller Vorgeschribnen Stett Landtschafft unnd Zuegehörung, und wie der groß Türckh hat Wollen Mössß hören, Inn dem heilligen Grab Zue Jerusalem, unnsers Herrn Jesu Christiy: p. 281 - 293. (Referuntur acta Sultani Selim I anno 1516/17.)

x) Vernembt x auff daß Kürtzest beschriben, die einbelaittung daß einreitten, unnd die Khrönnung, Römisch unnd Hispanischer Khüniglicher Mayestät so beschehen zue Ach (=Aachen), Im October Im M.D.XX. Jahr. (Depingitur, quomodo Carolus V anno 1520 coronam imperii Romani acceperit.) p. 294 - 307.

y) Khün(iglicher) May(estät) Zue Behaimb unnd Hungern, Infant In Hispannien, Ertzhertzog Zue Össterreich, Margraff Zue Mahrern, etc: Unsers gxnedigisten Herrn, auff die Crönnung gehn Praag außZug vonn Wienn, Empfang der Lanndtschafft, Herrn Ritterschafft unnd Stetten, auch annern diesein (= die seine) Mayestxatt unterwegen, Erlich Exceptiert unnd Empfangen haben, mitsampt seiner Khün(iglichen) May(estät) einzug Inn die Statt Praag, der am fünfften tag Febr(uarii) Im 1527 Jahr beschehen Ist, Sein hierinn In Wahrem Itinerarj unnd Wegbüechell, Kurzlich beschriben und Begriffen: p. 308 - 323

z) Des Graffen von Hardeckh, unnd der Obristen Zue Raab ennxdtschuldigung, warumb Sye die Vestung aufgeben haben: p. 323 - 327. Clausula p. ~~xxx~~ 324: Beschechen Zue Raab den 27. Septembris Anno (15)94.

A) Der Khünigklicxhen Durchleichtigkheit Zu Behem Erzherzog Ferdinandus Unnd seiner Khöniglichen Durchleichtigkheit gemahels beschechne Khönigliche Crönung Zu Prag, Im XXVII Jahr (1527): p. 329 - 338.

B) Ein Khurtze anZaigung und beschreibung, Römmischer Khayserlicher Mayestät einreyten, Erstlich von Innßpruckh gehn Schwaz, Volgent Zu München, Zuletst gehn Augspurg, auf den Reichstag, Unnd was sich mittler Zeit daselbst täxglich verlauffen, und Zuegetrag(en) hat, Anno 1530: p. 338 - 371.

C) Khönigelicher Mayestett, Zu Ungern unnd Behaim, als Erzherzogen Zu Össterreich etc. General Manndat, die Gristlich Jurisdiction, Freyhait unnd Oberigkhait Passauer Bisthumbs betreffennxt: p. 372 - 376. Clausula: Geben in Unnserer Statt Wienn, am Sibenzehenten tag des Monaxts Novembris Anno Domini fünffzechen hundert, Unnd xixn im Achtundzwanzigisten Unnserer Reiche im Dritten, Ferdinandus....(1528)

Notandum ad MNI 7D (pagg. 377-389): secundum opus Henrici Flamm, Die ersten Infektions- oder Bestordnungen, Viennae 2008, pagg. 56 et 72, sub dato 21. Octobris 1558 Hanns Syngriener Instructionem in periculo infectionis servandam praelo mandavit. Non est dubium, quin MNI 7D copia illius editionis sit.

D) Infection ordnung der Statt Wienn: p. 377 - 389. Clausula: Actum Wienn, Am ainunnd Zwanzigisten tag Octobris, Anno im Achtunnd= Fünffzigisten. Quaeritur igitur, utrum hoc decretum anno 1558 an 1658 editum sit. Sed cum magister sanitatis, quem edictum nostrum memorat, a Maximiliano II. ideoque post annum 1558 institutus sit, probabiliter ordo noster ad morbos contagiosos coercendos anno 1658 in lucem evenit.

E) Conditiones Pacis inter Romanorum et Turcicum Imperatorem, Rudolphum .II. & Hebomatem I. (= Ahmed I. ?) Sultanum, ut illae Anno superiori 1.606 inter utrosque tractatae et conclusae sunt: p. 393 - - 398. (Rerum scriptores haec ~~pacta~~ in loco Zsitva-Török pacta esse consentiunt.)

F) Reconciliatio cum Hungaris Facta 23. Junii 1606. nec non conditiones pacis Turcicae: p. 399 - 419.

G) Copy Der antwort, welche die Landt Ständt In Österreich ob der Ennß, Wegen deren zu Preßburg im Januario diß Eintausent Sechshundert Unnd Achten Jahrs, mit dern Hungarischen ständen fürÜbergangen Tractats Unndt Handlung der Röm(isch) Keiß(erlichen) M(aies)t(ä)t auff dero Kay(serliches) schreiben geben Unndt über sendet haben: p. 421- - 432. (anno 1608)

H) Serenissimo ac potentissimo Principi Domino Domino Matthiae .II. Dei gratia Hungarorum Regi, Archiduci Austriae, Marchioni Moraviae Duci Burgundiae, Comiti Tirolensi etc. Domino suo clementissimo nomine totius Jurisconsultorum Collegii Archigymnasii Viennensis salutem et felicitatem Humillime precatur: p. 434 - ~~447~~ 460. Clausula (Praefationis) p. 434: Datum Viennae Austriae ipso Die Domino Matthiae sacro, Anno M.DC.IX. S. R. M. T. (=Sacrae Romanae Maiestati Tuae) Subiectissimus S. B. P. I. V. D. (=Juris Utriusque Doctor) P. P. (Quae litterae initiales nondum explanatae sunt.) Qua de re auctorem ~~xxxxxxxxxxxxxx~~ duorum sequentium iuris consultorum nondum investigavimus.)

I) Initium (Praefationis) p. 434: Dies hic solennis Divo Matthiae sacer (= 24. Februarii)...Initium(~~xxxxxxxxxxxxxx~~ prioris iuris consulti) p. 435: Cum multi ex Baronum, et equestris ordinis statibus,..... Inscriptio (alterius iuris consulti) p. 448: An virtute Edicti septima Januarii contra provinciales detrectantes praestare homagium Serenissimo Domino Domino Matthiae Hungariae Regi, Archiduci Austriae , Marchioni Moraviae.etc. pro perduellibus, seu Majestatis reis, absque alio Judiciario processu legitimè declarari possint. Initium: Postquam de crimine protestantium....

Plures videntur in codice nostro distinguendi esse scriptores, e quibus primus p. 3 - 26, 31 - 64, 71 - 323, secundus p. 27 - 29, tertius p. 66 - 69 et 323 - 327, fortasse etiam p. 329 - 389, quartus (aut quintus) p. 393 - 419 et 434 - 460, ultimus p. 421-43[illegible] scripsit.

In parte adversa tegumenti ab intrinsæcus affixa est minima schedula, quae hoc xx signum $I\frac{M}{5}I$ (M III 5) exhibet. Cum talia signa neque in bibliotheca neque in tabulario Seitenstettensi umquam adhiberentur, certum est codicem MN I 7 ab alia bibliotheca in Seitenstettensem translatum esse. Insuper versi simile est codicem nostrum circa annum 1700 tegumento munitum esse. Num vero etiam circa annum 1700 scriptus sit, incertum est, neque dirimere poteris quaestionem hanc, antequam solveris quaestiones, quarum supra p. 162 ad partem p et p. 164 ad partem D mentionem fecimus.

Bibl. Cod. MN III 14

8°min., teg. a1; script. 1699; 262 pagg.

a) Compendium ex Logica Plurimum Reverendi ac Clarissimi P. Coelestini: p. 3 - 250. Inter p. 4 et 5 videtur folium cum initio deesse. Clausula p. 250: Absoluta est haec Logica â Clarissimo P. Coelestino 1699 27 Maii postprandium in vigilia Ascensionis et â me 29 Maii. Contraxit igitur scriptor noster lectiones, quas in anno scholari 1698/99 P. Coelestinus Romoser de Romoseck professus Admontensis Salisburgi habuit. Ipsum autem scriptorem nescimus.

b) Nota Aliquas Distinctiones: p. 251 - 256.
Idem scriptor codicem sequentem exaravit.

Bibl. Cod. MN III 15

8°min., 650 pagg; teg. a1; script. 1699/1700

Compendium ex Physica P. Coelestini (id est lectionum, quas P. Coelestinus Romoser de Romoseck professus Admontensis Salisburgi habuit anno scholari 1699/1700.)

a) (Tractatus primus Philosophiae Naturalis seu Physica Generalis): p. 3 - 526. Initium: obiectum Physicae adaequatum est corpus naturale.....

b) Tractatus Secundus Philosophiae Naturalis de Mundo et Coelo: p. 526 - 542. Initium: Mundum nos sumimus pro eo,.....

c) Tractatus tertius Phisicae. De Generatione et Corruptione: p. 543 - 572. Initium: Generatio tripliciter sumitur.....

d) Tractatus Physicae In 3 Libros de anima: p. 572 - 619. Initium: Rewspondeo animam definiri, quod sit.....Clausula: 9 Julii 1700

e) Philosophia Transnaturalis seu Metaphysica: p. 620 - 629. Initium Disputationis unicae: An ens sit univocum....Clausula: absolvimus 1700 17 Julii die Sabbati.

f) Quaestiones in Examine propositae: p. 631 - 639.
Idem studiosus philosophiae etiam codicem praecedentem conscripsit. At incertum, quis fuerit ille scriptor.

Bibl. Cod. MN III 12

8°min., 204 + 129 = 333 foll; teg. a1; script. ca. 1700

(Rhetorica)

a) Expositio Rhetoricae: fol. 1r - 2r. Initium: Quaeres primo.Unde Rhetorica suam originem trahat?.....

b) Liber Primus: fol. 2r - 124v.

b) Tabulae Libri Secundi: fol. 125r - 184r.

c) Liber Tertius Rhetorices: fol. 1r - 121r (= 205r - 325r).
Tegumentum paene idem est atque in duobus codicibus praecedentibus. Insuper scriptura duobus illis codicibus valde congruit. Qua de re codicem nostrum circa idem tempus scriptum esse puto. Ceterum tam auctor quam scriptor ignotus.

Bibl. Cod. MN III 13.

8°min., 252 pagg; teg. a1; script. ca. 1700

(Exercitia ad bene scribendas epistulas)

a) (Tractatus de epistolis scribendis): p. 1 - 4. Adverte tamen aliquot paginas cum initio huius tractatus aut introductionis deesse!

b) (Exempla brevia epistolarum, quas homines eruditi ad quasdam occasiones scribere solent, ex. gr. Apprecationes Novi Anni, Litterae consolatoriae et similes.): p. 5 - 251.
Multis epistolis exemplaribus praescribitur nomen eius, ad quem diriguntur. Dubito autem, num tales epistolae re vera ad eos missae sint, quorum nomina prae se ferunt. Nihilominus talia nomina ad investigandum, quando scriptus sit libellus noster, usui esse possunt. Ex. gr. p. 8 - 9 epistola inscribitur Ad Excellentissimum Dominum Franciscum Josephum, Comitem de Lamberg, Supremum Austriae Superioris Capitaneum: Aurei velleris equitem. Quod scriptum est, postquam vir ille anno 1694 eques aurei velleris et antequam anno 1711 princeps factus est. Rudolfus ex Comitibus de Thun (p. 14) fuit 1687 - 1702 episcopus Secoviensis, Georgius de Stubenberg (p. 18) 1687 - 1703 Supremus Capitaneus Styriae. Ergo codex noster (nescio a quo) circa annum 1700 ~~scriptus~~ collectus est.

Bibl. Cod. MN III 16

8°min; tegumentum perditum; 168 pagg; script. ca. 1700

a) Notata brevia Ex Domino Joanne Trithemio Spanthaimensi (= monasterii Sponheim) Abbate Doctissimo De Viris Illustribus Sacrosancti Ordinis Nostri: p. 1 - 79

b) Nota Ex Regula S: Basilii, Translatore Ruffino: p. 81 - 132

c) Epistola De vitae honestate ad Gregorium Nazianzenum: p. 132 - 136

d) Vita et ortus S: P: Basilii: p. 136 - 138

e) Ex Regula S: Augustini quaedam: p. 139 - 148

f) Ex Regula Fratrum Minorum: p. 149 - 152

g) Laus Sacrosanctae Religionis ex homilia S. Bernardi (?): simile est regnum coelorum homini negotiatori: p. 153 - 156, in Evangelium: ecce nos reliquimus omnia: p. 156 - 160

h) De tribus et praecipuè obedientiae voto Ex S: Thomae Aquinatis opusculo 18 de perfectione (?) vitae spiritualis: p. 161 - 167.

Quoniám numerus annalis nusquam reperitur in codice nostro neque auctor vel potius compilator huius collectionis, qui fortasse ipse codicem scripsit, notus est, ex sola scriptura coniicere poteris, quando codex noster ortus sit. Quantum ad me puto codicillum hunc circa annum 1700 scriptum esse.

Bibl. Cod. MN III 17

8°min., XIV + 162 pagg; teg. a1; script. ca. 1700

a) Tractatus Brevis De modo, quo gerere Se debet Sacerdos cum Agonizante, seu moribundo: p. 1 - 35. Initium: Ad moribundum ex praescripto Divi Jacobi.....

b) Epitome Praeparationis ad mortem: p. 36 - 126

c) Post exspirationem: p. 126 - 129

d) Interrogatorium Pro Confessionibus: p. 130 - 147

e) Forma Absolutionis Jubilaei, Semel in Vita: et in mortis articulo personis utriusque Sexus Ordinis S: Benedicti indulti: p. 148 - 150

Forma tegumenti scripturaeque scriptum esse codicillum nostrum circa annum 1700 indicant. Scriptor autem ignotus.

Bibl. Cod. MN II 213

462 pagg; teg. d (charta densata rubra); script. 1700/01

Tractatus undecimus: In Tertiam Partem Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici. de Sacramentis in Genere et Specie. de Baptismo, Confirmatione et Eucharistia. Tractatus â ....P. Carolo Schrenk Ordinis S: P: Benedicti. in Celeberrimo et Antiquissimo Monasterio ad S: Petrum Salisburgi Professo: Sacrosanctae Theologmiae Doctore et Professore ordinario. Calamô exceptus â Religioso F: Michaele Steger: Ordinis S: P: Benedicti. in Beatae Virginis Monasterio Seittenstettensi Professo. 1700.

a)(Tractatus Undecimus. De Sacramentis in Genere): p. (1) - 163.
p. 1 - 4 cum initio desunt.

b) Tractatus Duodecimus: De Baptismo et Confirmatione: p. 163 - 226
Initium: Baptismus vox Creca (!).....

c) Tractatus 13: De Sacratissimo Eucharistiae Sacramento: p. 226 - 461
Initium: Nomen Eucharistiae .....Clausula: Absolvimus ultimo die Augusti anno 1701.

Eosdem tractatus iam invenimus in codice Archivi 34 - 7 (supra p. 152!)

Bibl. Cod. MN II 214

130 pagg; teg. c2; script. 1701

(Summulae sive Introductio ad Logicam): p. 5 - 125
Initium Proloquii Ad Philosophiae Neo Auditores: Nescio, quo sinistro fortunae semper volubilis fato evenisse dicam,....
Clausula: Terminorum Summulas istas terminavimus in termino Adventûs, seu in Vigiliâ Nativitatis Domini. Die. 24. Decembris 1701.

Neque auctor notus neque scriptor, sed idem scriptor etiam duos codices sequentes exaravit.

Bibl. Cod. MN II 215

506 pagg; teg. a1; script. 1702

Commentarius In Organum sive Logicam Aristotelis.
Initium p. 3: Proloquium Permultos esse intelligo,.....
Clausula p. 499: In Vigiliâ Pentecostes Die. 3. Junii Anno 1702.

Neque auctorem scimus neque scriptorem, etsi p. 3 signum possessoris"ex libris F: Ignatii"invenitur; nam ad codicem proximum ostendemus non scriptum esse codicem nostrum a F. Ignatio Seitenstettens

Idem scriptor etiam praecedentem et subsequentem codicem scripsit

Bibl. Cod. MN II 216

816 pagg; teg. a1; script. probabiliter 1702/03

a) Commentarius In Aristotelis Physicam Seu Philosophia Naturalis Aristotelico-Thomistica: p. 5 - 759.
Initium Proloquii Ad Neo Physicos: p. 5: Postquam tandem ex Labyrinthaeis Logicae senticetis.....

b) Commentarius, in Metaphysicam Aristotelis; seu Philosophia transnaturalis Aristotelico-Thomistica: p. 760 - 814.
Initium Proloquii: Pervenimus tandem Deo Duce ad partem Philosophiae uti tempore ultimam,....
Quia Commentarius in Physicam semper Commentarium in Logicam immediate sequebatur et codex noster ab eodem scriptus est, a quo duo codices praecedentes et insuper proloquia ad codicem MN II 214 et ad partem a codicis nostri tam simili eloquentiae genere praedita sunt, ut ab eodem professore dictatos esse codices MN II 214 - - 216 vix neges, veri simile est codicem nostrum ortum esse anno scholari 1702/03.
Ceterum auctor et scriptor ignoti. Nam cuius signum etiam codex noster p. 5 ("ex libris F: Ignatii!") praebet, non potest esse scriptor codicum MN II 214 - 216. Etenim F. Ignatius Calles 3. Aprilis 1702 Salisburgi Theologiae studens obiit. Qua de re cum Cod. MN II 215 3. Junii finitus sit isque totus ab eadem manu scriptus, non potest esse exaratus a F. Ignatio Calles. Frater autem Ignatius Ambthofer utpote anno 1704 professus annis 1701 - 1703 nondum Ignatius nominatus est. Itaque nisi forte iam antequam habitum accepit philosophiae studuit et postea, iam in ordinem ingressus, notam possidentis codicibus MN II 215 et 216 inscripsit, non potest esse scriptor huius codicum seriei. Ex alio autem monasterio in Seitenstettense translatos esse codices nostros non est veri simile.

Bibl. Cod. MN II 217

(Jus Civile sive In 50 Libros Digestorum) 716 pagg; teg. a2; 1703
Initium Proaemii p. 5: Ex Jure Canonico sunt (?) authentici ....
Clausula p. 712: Authore Clarissimo Domino Doctore Franz. Scriptore P. Joanne Seittenstettensi absolvimus autem 20. Julii 1703.
Auctor est igitur Dr. Joseph Bonaventura Franz, Professor Juris Civilis Salisburgensis, scriptor vero P. Joannes Rigele (sacerdotio initiatus anno 1697, mortuus 1744). Quem probabiliter etiam codices MN II 186 - 194 scripsisse supra p. 141 - 145 ostendimus.

Bibl. Cod. MN II 218

212 pagg; teg. a2; script. ca. 1703

(Institutionum Imperialium Libri IV): p. 5 - 208

Initium Tituli I Libri I De Justitia et Jure: Jurisprudentia est rerum divinarum et humanarum notitia.....

Auctor ignotus. Scriptorem autem esse P. Joannem Rigele suspicamur propter characterem scripturae eundem ut in codice praecedente. Insuper eodem tegumento munitus est codex noster, quo MN II 217.

Bibl. Cod. MN II 219

822 pagg; teg. a2; script. ca. 1703

(Jus Civile sive In 50 Libros Digestorum): p. 4 - 818

Initium Proaemii: Libri Juris ~~libri~~ vel Canonici ~~libri~~ vel Civiles.....

Auctorem scriptoremque non novimus certe; nam etiamsi codex noster in plurimis cum codice MN II 217 consonat, tamen in permultis differt, et similitudines etiam a paritate materiae originem ducere possunt; scriptura autem simillima est codici MN II 217, ita ut nostrum quoque codicem a P. Joanne Rigele scriptum esse mihi persuaderetur, nisi mirarer eum bis eandem partem juris audivisse et notavisse. Inveniuntur p. 608 et 662 litterae, quae videntur esse initiales nominis cuiusdam, sed cum a correctore scriptae sint neque certum sit ipsum scriptorem suum ipsius scriptum correxisse, ne istae quidem litterae initiales indicant, quis codicem nostrum scripserit. (Ceterum non repperi conventualem Seitenstettensem tunc temporis viventem, cui et scriptura correctoris et litterae initiales congruerent.) Codicem vero circa annum 1703 ortum esse coniicio e similitudine scripturae et paritate tegumenti.

NB! Litterae initiales, quas supra memoravi, sunt D. L. aut B. L.

Bibl. Cod. MN III 19

8°min; 196 + 288 = 484 pagg; teg. a2; script. circa1703

(In Librum 1.et 2. Decretalium): p. 4 - 191, respective p. 1 - 280 (= 197 - 477).

Initium Proaemii Juris Canonici p. 3: Jus Canonicum est ius ex Sacris Canonis seu regulis ecclesiasticis collectum.....

Auctorem nescio. Scriptorem esse P. Joannem Rigele e paritate scripturae cum codice MN II 217 (supra p. 169) coniicio, sed propter quasdam differentias non sine haesitatione. At fere eodem tempore quo codex MN II 217 etiam codicem nostrum ortum esse, tam similitudo scripturae quam paritas tegumenti insinuant.

Bibl. Cod. MN III 20

8°min., 664 pagg; teg. a2; script. ca. 1703

a) Liber 3. Decretalium: p. 1 - 252. Initium Tituli 1. De Vita et honestate Clericorum: Vocantur clerici vel quia de sorte Domini sunt..

b) Liber 4. Decretalium: p. 257 - 406. Initium Tituli 1. De Sponsalibus et matrimonio: Sponsi et sponsae proprie intelliguntur ii....

c) Liber 5. Decretalium: p. 411 - 662. Initium Tituli 1. De accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus: Accusatio est criminis apud competentem iudicem publicae vindictae causa solennis delatio.....

Sine dubio codex noster codicem MN III 19 continuat et complet. Ergo vide quae supra p. 170 de codice praecedente eiusque ignoto auctore nec non de scriptore (qui fortasse P. Joannes Rigele) dixerim. Etiamsi pars c p. 662 cum litteris A. M. concluditur, tamen valde dubitandum est, num nominis cuiusdam proprii sint initiales. Nam in conventu Seitenstettensi saeculo XVII. et XVIII. non invenitur monachus, cui et scriptura codicis nostri et litterae initiales conveniant.

Bibl. Cod. MN III 21

8°min., 304 pagg; teg. a2; script. ca. 1703

a) (Institutionum Imperialium Libri 4): p. 3 - 202. Initium Tituli 1. Libri 1: Jurisprudentia est divinarum ac humanarum rerum notitia iusti ac iniusti scientifica.....

b) Liber 2. Decretalium Gregorii 9: p. 207 - 301. Initium Tituli 1. De Judiciis: Judicium est legitima controversiae inter actorem et reum apud iudicem competentem disceptatio....

Vix dubitare poteris, quin etiam codex noster ab eodem scriptus sit atque duo praecedentes. Igitur probabiliter scriptor est P. Joannes Rigele. Sed quorum professorum lectiones in hoc codice contraxerit, nescio, nam etsi forsitan pars a codicis nostri compendium sit codicis MN II 218 (supra p. 170!) et pars b compendium libri alterius codicis MN III 19 (ibidem!), quod omnino non est certum, iam in pagina praecedente utriusque codicis auctorem nescire nos confessi sumus.

Propter scripturam et tegumentum utpote codici praecedenti simillima hunc quoque codicem circa annum 1703 scriptum esse puto.

Bibl. Cod. MN III 22

8°min; 202 pagg; teg. folium membranaceum saec. XV. modis musicae sacrae inscriptum; scriptus circa annum 1703

Liber 4. Decretalium: p. 1 - 188.

Initium Tituli 1. De sponsalibus et matrimonio: Sponsalia a spondendo dicta:.....

Utrum codex noster compendium sit partis b codicis MN III 20 (vide supra p. 171!) an non, incertum est. Sed vix umquam negabit quisquam ambos codices ab eadem manu scriptos esse, dico fortasse a P. Joanne Rigele. Auctorem autem nescio omnino. Etsi alio tegumento inclusus sit codex noster, tamen propter scripturam arbitror fere anno 1703 scriptum esse eum.

Bibl. Cod. MN III 23

8°min; 340 pagg; teg. folium membranaceum (fragmentum Breviarii: Isai. c. 26; Dom. III. Adventus); scr.ca.1703

Liber 5. Decretalium: p. 1 - 325.

Initium Tituli I. De Accusationibus: Accusatio est criminis apud competentem Judicem .....

Etiam huius codicis scriptura eadem est atque codicis MN III 20, et ideo probabiliter P. Joannes Rigele hunc quoque codicem scripsit. Dubito vero, num codex noster compendium sit partis c codicis MN III 20 (quem vide supra p. 171!). Omnino autem nescio, quis auctor sit codicis nostri. Sed propter formam scripturae ratiocinor codicem nostrum sicut septem praecedentes circa annum 1703 ortum esse.

Bibl. Cod. MN II 220

620 pagg; teg. c1; scriptus ca. 1703 (?)

(Libri 4 Institutionum Imperialium): p. 1 - 620

Initium Proaemii ad Instituta p. 1: Corpus Juris Canonici Continet Decretum Gratiani.....

Neque auctorem huius codicis scio neque scriptorem neque certe, quo anno scriptus sit hic codex. Quia scriptura quasdam cum octo codicibus praecedentibus similitudines praebet, ominor codicem nostrum fere eodem tempore scriptum esse. At magnopere de hac opinione dubito; videtur enim neque auctor idem esse, qui codicem MN II 218 (supra p. 170!) dictavit, neque scriptor idem, qui octo praecedexntes codices exaravit.

Bibl. Cod. MN II 221

300 ~~258~~ pagg; teg. a1; script. ca. 1703

Jus Canonicum

a) (Prooemium in Jus Canonicum): p. 3 - 6. Initium: Jus canonicum Est collectum ex Sacris Canonibus seu ecclesiasticis regulis.....

b) (Liber 1. Decretalium): p. 6 - 177. Initium: Titulus 1. De S. Trinitate et fide Catholica. Fides Catholica dicitur, quam ecclesia....

c) Liber 2. Decretalium: p. 179 - ~~252~~ 294. Initium: Titulus 1. De Judiciis. Judicium est legitima controversiae inter actorem et reum coram Judice disceptatio....

Etiam hic codex difficillimam gignit quaestionem. Scriptura enim simillima est codicibus ~~septem~~ octo, quos supra a P. Joanne Rigele scriptos partim demonstravimus, partim coniecimus (Vide p. 169 - 172!) Qua de causa non possum facere, quin colligam nostrum quoque codicem ab illo P. Joanne Rigele scriptum esse. Sed eadem scriptura praeditos codices, qui eandem quam noster materiam tractant, iam duos invenimus, scilicet MN III 19 (supra p. 170) et (quoad librum 2. Decretalium) MN III 21 in parte b (supra p. 171!) . Numquid tam diligens erat P. Joannes Rigele, ut eandem materiam ter conscriberet? Nihilominus, si quis credit, codicem nostrum circa annum 1703 scriptum esse, a veritate vix longe aberrat.

Bibl. Cod. MN II 222

232 pagg; teg. a1; script. ca. 1703

Liber 3. Decretalium: p. 3 - 229

Initium Tituli 1. De Vita et honestate Clericorum: In favorabilibus nomine clericorum omnes personae ecclesiasticae veniunt.....

Videtur codex noster codicem praecedentem continuare. Itaque quae supra de scriptore, forsitan P. Joanne Rigele, et auctore exposuimus mutatis mutandis ad nostrum codicem accommodandum est. Nam etiam in codice nostro eadem materia tractatur, quae in parte a codicis MN III 20 (supra p. 171!), ab eodem, uti videtur scriptore notata. Attamen veri simile est (saltem propter scripturam) hunc quoque codicem circa annum 1703 exaratum esse.

Certum est in codice nostro (et ideo etiam in codice praecedentie) lectiones in Universitate Salisburgensi habitas inveniri. Nam p. 229 codicis nostri laudatur quoddam privilegium Universitatxi Salisbxurgensi conxcessum.

Arch. Cod. 29 F (XV 2 m)

4°, 64 pagg; tegumentum chartaceum (cum dorso scorteo), foliis auro linitis ornatum; scriptus anno 1704

Privilegia Monasterii Seittenstettensis dispensandi in variis Casibus .....ob communicationem privilegiorum cum Cassinensibus concessam ab Innocentio 12mo Summo Pontifice Romano. Conscripta a R. P. Amando Kerner Ordinis S. Benedicti, Professo Seittenstettensi Anno 1704, ~~XXXIIIXXX~~ Mense Julio Die XII.

Clausula p. 64: Finis P. Amandus Kerner Anno 1704, 28. Junii.

Bibl. Cod. MN II 223

340 pagg; teg. a1; script. 1704

Summarium totius Theologiae hoc est Tractatus De Ineffabili Dominicae Incarnationis mysterio

Initium p. 5: Paraphrasis tituli Summarium nuncupare placuit tractatum hunc aureum.....Clausula p. 338: Absolvimus 30 Augusti 1704

Neque scriptor notus neque auctor.

Bibl. Cod. MN II 224

171 foll; teg. a1; script. 1705

a) Tractatus De Vitiis et Peccatis Dictatus à .....P. Ludovico Babenstuber Ordinis S: P. Benedicti, Celeberrimi Monasterii ad Beatissimam Virginem Ettalensem Professo: Sacrosanctae Theologiae Doctore, Eiusdemque in Alma ac Archi-Episcopali Universitate Professore Primario, Celsissimorum ac Reverendissimorum Sacri Romani Imperii Principum Archi-Episcopi Salisburgensis, et Episcopi Frisingensis Consiliario Ecclesiastico. et calamo exceptus à F. Benedicto Calles Benedictino ad Beatissimam Virginem in Seittenstetten. Anno 1705.

Initium fol. 2r: Praesens Tractatus illa complectitur, ...

Clausula fol. 141v: Absolvimus praesentem tractatum die 8 Junii Anno 1705.

b) Tractatus De Legibus: fol. 143r - 168~~v~~r.

Initium: Lex in ampla et metaphora significatione.....Clausula: Absolvimus hunc Tractatum die 28 Julii: ubi certis de causis Scholae citius finiebantur.

Sine dubio P. Ludovicus Babenstuber etiam lectiones partis b dictavit.

Bibl. Cod. MN II 225

336 pagg; teg. a1; script. 1705

Tractatus De Sacramentis in genere, et de Tribus in Specie nimirum Baptismo, Confirmatione, et Eucharistiâ Traditus à Plurimum Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P: Caelestino Pley: Ordinis S: P: Benedicti Celeberrimi Divae Virginis Monasterii Seittenstettensis in inferiori Austria Professo Sacrosanctae Theologiae Doctore, eiusdemque in Alma ac Archi-Episcopali Benedictina Universitate Salisburgensi Professore Ordinario, Sacrae Facultatis Decano Spectabili Celsissimi ac Reverendissimi Sacri Romani Imperii Principis et Archi-Episcopi Salisburgensis Consiliario Ecclesiastico. exceptus: à F. Benedicto Calles Monacho Benedictino in eodem Monasterio Anno Domini 1705.

Initium p. 7: Fontes Salvatoris id est Varii Tractatus de Sacramentis tum in genere, tum in Specie Anteloquium Purissimos vobis hodiè fontes propino.....

a) Tractatus de Sacramentis in genere: p. 8 - 181.

b) Tractatus Varii De Sacramentis in Specie:
Tractatus Primus. De Baptismo: p. 181 - 237
Tractatus Secundus De Confirmatione: p. 237 - 262
Tractatus Tertius. De Venerabili Eucharistiae Sacramento: p. 263 - - 332. Clausula: Absolvimus universim die 29 Julii 1705.

Eosdem tractatus invenies etiam in codice MN XX I 27 (vide infra!)

Bibl. Cod. MN II 226

624 pagg; teg. a1; script. ~~1707/08~~ 1706/08

a) Tractatus De Deo Uno Traditus à.....(ut supra!)..P. Caelestino Pley, Ordinis Sanctissimi P. Benedicti....(ut supra ad MN II 225!)...Professore Ordinario, Celsissimi.....(ut supra!)..Consiliario Ecclesiastico, nec non eiusdem Universitatis Vice-Rectore Magnifico. calamo exceptus à F. Benedicto Calles eundem Ordinem in eodem Monasterio Professo, Sacrosanctae Theologiae Studioso: p. 3 - 304
Initium p. 5: Auditori Theologo. Post totidem Theologiae Magistros quorum scitis abundat litterarius orbis....

b) Tractatus De Deo Trino Traditus à....(ut supra!)..P. Caelestino Pley ....(ut supra!)..Seittenstettensis Professo....Archi-Episcopali Universitate Salisburgensi Professore Ordinario. Celsissimi.....Ecclesiastico, Universitatis ibidem Vice-Rectore Magnifico, calamo exceptus: à F Benedicto Calles eundem ordinem in eodem Monasterio Professo. Anno reparatae Salutis MDCCVII (1707): p. 313 - 342
Initium Praefationis p. 315: Auspicamur ineffabile Dei Trini mysterium.....

c) TraCtatVs De BonIs, et MaLIs AngeLIs. (Chronogramma ad annum 1708) Traditus à Plurimum Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P: Caelestino Pley, Ordinis S. P. Benedicti Celeberrimi Divae Virginis Monasterii Seittenstettensis in inferiori Austria Professo. Sacro-Sanctae Theologiae Doctore, eiusdemque in Alma ac Archi-Episcopali Universitate Salisburgensi Professore Ordinario, et Sacrae huius Facultatis Decano Spectabili: Celsissimi et Reverendissimi Principis, ac Archi-Episcopi Salisburgensis Consiliario Ecclesiastico, et Celeberrimae huius Universitatis Vice-Rectore Dignissimo calamo exceptus à F Benedicto Calles eiusdem ordinis et loci Professo Sacrosanctae Theologiae Studioso. Pro teMpore ConVICtore InDIgno. (Chronogramma ad annum 1708): p. 345 - 508.
Initium Tractatus De Angelis: p. 347: Auditori Theologo. Consideravit anno praecedenti Theologus Deum in se ipso....
Clausula: Absolvimus die 30 Aprilis 1708.

d) Tractatus De Beatitudine Seu Ultimo Fine Hominis: p. 511 - 601
Initium Anteloquii p. 513: Sub tituli huius cortice latet omne bonum

e) Tractatus De Conscientia: p. 601 - 621. Initium Quaestionis Praeambulae: Quid et Quotuplex sit Conscientia? Dico Primo. quod conscientia sit recta ratio....
Partes c et d continet etiam Codex MN II 230 (usque ad p. 450; quem codicem vide infra!). Quo codice monemur P. Caelestinum Pley etiam partis d (ideoque etiam partis e) auctorem esse.
Partes a et b codicis nostri invenies etiam infra in codice MN I 28.

Bibl. Cod. MN II 227

338 pagg; teg. a1; script. ca. 1705 (?)

Tractatus de Angelis et De actibus humanis: p. 3 - 336
Initium: Egimus ante annum de Deo in se et actionibus eius ad intra. Nota bene tractatum de actibus humanis in codice nostro, ut ab inscriptione indicatur, ita non inveniri neque umquam inventum esse. Auctorem et scriptorem me nescire concedo.
Propter formam tegumenti et characterem scribendi opinor hunc codicem circa annum 1700 aut 1705 scriptum esse.

Bibl. Cod. MN I 27

fol., 212 pag; teg. a1; script. 1705

Fontes Salvatoris. Id est Varii Tractatus De Sacramentis tum in genere tum in Specie.

Initium Anteloquii p. 3: Purissimos hodie fontes propino vobis,...

a) Tractatus De Sacramentis in genere: p. 3 - 96

b) Tractatus varii De Sacramentis in Specie

Tractatus primus De Baptismo: p. 96 - 135

Tractatus Secundus De Sacramento Confirmationis: p. 135 - 156

Tractatus Tertius De Venerabili Eucharistiae Sacramento: p. 157 - - 210.

Scriptor ignotus. Auctorem autem esse P. Caelestinum Pley Professum Seitenstettensem eumque anno 1705 Salisburgi dictavisse hos tractatus, ex codice MN II 225 (supra p. 175) eosdem tractatus continente cognoscimus.

Bibl. Cod. MN II 320

508 pagg; tegumentum operi textili subviridi insutum est.

Arztennay Buech Darinen Underschidliche Recipe Wie auch Etliche Chymische stuck Zufinden: Und Mit Fleiß In dises buech Zusamben getragen Worden Durch Einen Liebhaber Dißer Kunst Anno 1706: p. 1 - - 468.

Register Deren Recipe, Und Mäterien, So In dißen buech Zufinden: Darbey Zue beobachten Ist; Alwo daß N: Stehet; der Numerus zu Suechen ist. 1 Oder daß Züffer bedeutet das bladt: Alwo daß Recipe stehet: p. 469 - 499

In parte adversa et item in parte aversa tegumentum cordis adumbratione ornatum est. In quo corde partis adversae littera S, partis aversae littera A invenitur. Vix errabis, si has litteras initiales possidentis (et scribentis?) esse arbitratus sis.

p. 501 - 507 adduntur aliqua consilia medica sub titulo: Matthias Gottfried Buramann hat in seiner Chyrurgia folgendts geschriben.

Duo consilia medica etiam in ultima pagina adiecta sunt.

p. 1 aliquot lineae scriptae sunt, sed luridissime et postea ludi causa multis lineis superscriptae. Ideo difficiles lectu sunt:

In Namen Der aller Heylligisten Dreyfalltig Keit anno 1710 den 20 December umb ein Ur (?) in der frue (?) ist born (?) worden mein sonn gott Verley im glich (= Glück) und segen deß (?) Ward in leben sein (?) Sebastian Sigismunduß brobßberaman (?) Sein gott ist der gnedig herr in schloßderfar (?) Haubtman. (gett = Patrinus = Gödt)

Bibl. Cod. MN II 228

580 pagg; teg. a1; script. 1706

Philosophia, seu Logica Thomistica. tradita ab ....P. D Paulo Stoker (!), Ordinis S. P. Nostri Benedicti in Celeberrimo Monasterio ad S. Paulum in Carinthia, Artium Liberalium et Philosophiae Doctore nec non eiusdem in Alma et Archi=Episcopali Benedictina Universitate Salisburgensi Professore Ordinario Excepta â F. Carolo Gschwantner, ordinis Sanctissimi P. Benedicti in Monasterio Seittenstettensi Professo Logices studioso Anno Domini 1706.

Initium Proloquii In logicam Aristotelico=Thomisticam p. 5: Solent liberalium artium inimici passim logicam onerare convitiis .....

Clausula p. 573: Absolvimus 29 Maii 1706.

Postea sequuntur p. 574 - 580 argumenta seu inscriptiones disputationum et articulorum.

Idem scriptor etiam sex codices sequentes exaravit.

Bibl. Cod. MN II 229

470 foll; teg. a1; script. 1706/07

a) Philosophia Naturalis Aristotelico-Thomistica Tradita ab ....P. Paulo Stoker, ordinis Sanctissimi P. Nostri Benedicti in Celeberrimo Monasterio ad S. Paulum in Carinthia Professo. Artium Liberalium et Philosophiae Doctore, eiusdemque in Alma, et Archi-Episcopali Benedictino-Salisburgensi Professore ordinario (mendum scriptoris!) etc: conscripta â F. Carolo Gschwantner eiusdem ordinis ex Monasterio Seittenstöttensi. 1. 7. 0. 7.

Initium Proloquii In Physicam Aristotelico=Thomisticam f.5r: Physicam divisit Aristoteles in 2 partes.....Nota f. 5v: Inchoavimus 16. Julii anno Domini 1706. Clausula fol. 442v: Absolvimus universam Physicam die 13 Julii 1707. post prandium circa mediam tertiam.

b) Metaphysica Seu Tractatus in 14 Libros Transnaturales Aristotelis. inchoatus Die 13 Julii 1. 7. 0. 7. (fol. 443r)

Initium Disputationis XII. In 14 Libros Metaphysicae Aristotelis: fol. 443v: Metaphysica Scientia Transnaturalis est, ...

Clausula fol. 466v: absolvimus universam Philosophiam 23 Julii anno Domini 1707. Metaphysici fuerant hoc anno centum et viginti duo.

c) Index Conclusionum: fol. 467v - 468v.

d) Ante partem aversam tegumenti infixum est folium chartaceum typis impressum et quia ambitum codicis superat plicatum. Quod folium (31 : 47 cm) exhibet nomina eorum, qui post rigidum superatum examen in Alma et Archi-Episcopali Universitate Salisburgensi Promotore P. Paulo Stockher (!) Suprema Artium Liberalium et Philosophiae Laurea condecorati sunt, in quibus etiam F. Carolus Gschwandtner die 31. Mensis Augusti Anno 1707.

Bibl. Cod. MN II 230

468 pagg; teg. a1; script. 1707/08

a) Tractatus de Angelis. Traditus â Plurimum Reverendo Religioso ac Clarissimo Domino P. Caelestino Pley, Ordinis S. P. Nostri Benedicti in Celeberrimo Divae Virginis Monasterio Seittenstettensi Professo Sacrosanctae Theologiae Doctore, eiusdemque Professore ordinario nec non Celsisxsimi Principis et Archi-Epxiscopi Salisburgensis Consiliario Ecclesiastico ac pro tempore in alma et Archi-Episcopali Salisburgensi Universitate Vice Rectore. Conscriptus â F. Carolo Gschwantner eiusdem ordinis et Monasterii 1707.
Initium p. 7: Auditori Theologo. Consideravit anno praecedenti Theologus Deum in seipso, ...
Clausula p. 273: Absolvimus die 30 Aprilis 1708.

b) Tractatus de Beatitudine Hominis. Traditus â Plurimùm Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P. Caelestino Pley Ordinis S. P. Benedicti in Celeberrimo Monasterio Seittenstettensi Professo Sacrosanctae Theologiae. Doctore, eiusdemque Professore ordinario Celsissimi Principis et Archi-Episcopi Salisburgensis Consiliario Ecclesiastico, nec non Alxmxae Universitatis Salisburgensis Vice-Rectore Conscriptus a F. Carolo Gschwandtner (!) eiusdem Ordinis et loci Professo 1. 7. 0. 8. (p. 277)
Initium Anteloquii Tractatus de Beatitudine Hominis p. 279: Sub titulo huius cortice latet omne bonum (Mendum scriptoris corrige: Sub tituli...!) Clausula p. 465: absolvimus hunc tractatum die 4 Augusti 1708 post prandium.
Usque ad paginam 450 codicis nostri iam invenimus easdem lectiones supra p. 176 in partibus c et d codicis MN II 226.

Bibl. Cod. MN II 231

484 pagg; teg. a1; script. 1707/08

Tractatus de Incarnatione Verbi. Traditus â ...P. Ludovico Babenstuber, ordinis S. P. Nostri Benedicti in Celeberrimo Beatae Virginis Monasterio Ettallensi Professo Sacrosanctae Theologiae Doctore et Professore ordinario nec non Celsissimorum Principum Archi-Episcopi Salisburgensis, et Epxiscopi Frisingensis Consiliario Ecclesiastico Conscriptus a F. Carolo Gschwandtner Benedictino Seittenstettensi primi anni Theologo Anno Domini 1707
Initium Proloquii p. 5: Unicum verbum Auditores Theologi toto hoc anno ad vos loquar....Nota p. 6: inchoavimus 7 Novembris Anno Domini 1707. Clausula p. 483: absolvimus 5 Septembris 1708.

Bibl. Cod. MN II 232

664 pagg; teg. a1; script. 1708/09

a) Tractatus de Sacramentis in Genere, et in Specie Traditus ab .... P. Ludovico Babenstuber Ordinis S. P. Nostri Benedicti in Celeberrimo Monasterio Ettalensi Professo. Sacrosanctae Theologiae et Sacrae Scripturae Professore Ordinario, et Doctore, nec non Consiliario Ecclesiastico Celsissimorum, et Reverendissimorum Principum Archi Episcopi Salisburgensis et Episcopi Frisingensis. etc. et Conscriptus à F. Carolo Gschwandtner Seittenstettensi Theologiae Studioso in 2 annum. 1709
Initium Proloquii p. 7: Postquam Superiore anno Dominicae Incarnationis mysterium, ...

a) (Tractatus de Sacramentis in genere): p. 8 - 416.
Initium: Ut clariùs et distinctiùs procedamus, ...

b) Tractatus de Baptismo, et Confirmatione. Traditus et Conscriptus Ab Iisdem: p. 419 - 548. Initium Tractatus 12 de Baptismo et Confirmatione p. 421: Postquam ea absolvimus, quae dicenda.....
Clausula: Absolvimus praesentem tractatum die 19 Julii 1709.

c) Tractatus 13. de Sacramento Eucharistiae: p. 550 - 659. Initium: Dari Sacramentum Eucharistiae fide certum est....Clausula: Absolvimus 31 Augusti 1709. Incepit heri examen Theologicum apud P. Babenstuber, et hodie apud P. Pley.
F. Carolus Gschwan(d)tner etiam 4 praecedentes et duos sequentes codices scripsit.

Arch. Cod. 34 - 12 (XVIII 3 h)

4°, 512 pagg; teg. a1; script. 1708/09

a) Tractatus de Vitiis, et Peccatis ad Mentem S. Doctoris a Quaestione 71 et reliquis. traditus à Plurimùm Reverendo Religioso ac Clarissimo Domino P. Caelestino Pley, Ordinis S. Benedicti in Celeberrimo Divae Virginis Monasterio Seittenstettensi Professo Sacrosanctae Theologiae Doctore, eiusdemque Professore ordinario nec non Celsissimi Episcopi Salisburgensis Consiliario Ecclesiastico ac pro tempore in alma Universitate Salisburgensi Vice-Rectore Conscriptus à F. Carolo Gschwandtner Ordinis et Monasterii eiusdem 1708: p.1/353
Initium Proloquii p. 5: Quod difficilis sit peccatorum explicatio...

b) Tractatus de Legibus. Traditus â Plurimum Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P. Caelestino Pley Ordinis S. P. Nostri Benedicti in Monasterio Seittenstettensi Professo. Sacrosanctae Theologiae Doctore, nec non Professore eiusdem ordinario, Serenissimi Principis, et Archi.Episcopi X Salisburgensis Consiliario Ecclesiastico nec non Almae Universitatis Salisburgensis Vice-Rectore meritissimo Conscriptus à F. Carolo Gschwandtner eiusdem ordinis et Monasterii Professo Sacrosanctae Theologiae Studioso in 2. annum 1709 Initium p. 359: Sciendum est, quod lex sustineat varias appellationes.....Clausula p. 509: Absolvimus die 31 Augusti 1709. Examen Theologicum apud eundem hodiè inchoatum, et finitum fuit.

Bibl. Cod. MN III 25

8°min., 374 pagg; teg. a2; script. ~~xxxxxxx~~ 1711

Universa Theologia ad Mentem Divi Thomae ex diversis Auctoribus compendiosè concinnata Tomus II. Complectens Tractatus de Justitia, et Jure, Restitutione, Contractibus, Incarnatione, Sacramentis in genere, et specie. iuxta II. II.ae et III. partem Summae Angelicae à P. Carolo Gschwandtner Benedictino Seittenstettensi in 4 annum Theologiae Studioso. Anno Christi 1711.

a) Tractatus de Justitia,et Jure: p. 9 - 61
b) Tractatus de Restitutione: p. 63 - 102
c) Tractatus de Contractibus: p. 105 - 129
d) Tractatus de Incarnatione: p. 137 - 226
e) Tractatus de Sacramentis in genere: p. 227 - 261
f) Tractatus de Baptismate: p. 263 - 276
g) Tractatus de Confirmatione: p. 277 - 280
h) Tractatus de Sanctissima Eucharistia: p. 281 - 292
i) Tractatus de Virtute et Sacramento Paenitentiae: p. 295 - 348
j) Tractatus de Sacramento Extremae Unctionis: p. 349 - 352
k) Tractatus de Sacramento ordinis: p. 353 - 359
l) ~~Tractatus~~ Disputatio De Matrimonio: p. 360 - 369

Clausula p. 369: Absolvit hoc anno nimirum 1710 P. (Ludovicus) Babenstuber (Monachus Ettalensis et Professor Salisburgensis) die 16. Augusti. (Quae tamen nota non indicat, lectiones P. Ludovici Babenstuber in codice nostro notatas esse. Videntur autem lectiones illius celeberrimi professoris compilatori nostro usui fuisse, ex. gr. lectiones a P. Ludovico Babenstuber de tractatibus i - l anno scholari 1709/10 habitae.)

Bibl. Cod. MN I 28

fol., 262 pagg; teg. a1; script. ~~1707/08~~ 1706/07

a) Nota de periculo Polytheismi p. 9

b)(Prooemium): p. 11. Initium: Auditori Theologo. Post totidem Sacrae Doctrinae Magistros, quorum scitis abundat literarius orbis,.....

c) Tractatus De Deo Uno: p. 12 - 238. Initium: Quaerere, an praefixa Quaestio Deus est existens sit nota secundum se, ...

d) Tractatus Theologicus. De Mysterio Sanctissimae Trinitatis: p. 241 - - 253. Initium Praefationis: Auspicamur ineffabile Dei Trini Mysterium, ...

In hoc codice sine dubio plures manus distinguendae sunt, e quibus prima p. 9 - 36, 51 - 56, 77, 134 - 136, 163, 176 - 178, 182 - 183, secunda p. 36 - 51, 56 - 77, 78 - 134, 136 - 163, 164 - 169, 205 - - 207 (?), tertia p. 169 - 176, 178 - 182, 207 - 238, 241 - 243, quarta p. 183 - 188, quinta p. 189 - 205, sexta p. 243 - 253 scripsit.

Auctorem codicis nostri esse P. Caelestinum Pley, monachum Seitenstettensem, eumque Salisburgi anno scholari lectiones nostras tradidisse 17~~07~~06/07, comperimus e codice MN II 226, qui p. 3 - 342 easdem lectiones continet. (Quem codicem vide supra p. 175!)

Bibl. Cod. MN II 233

III + 210 pagg; teg. b1; script. 1708/09

Summulae seu brevis Manuductio ad Logicam Quas In Celeberrimo Archi=Episcopali Seminario Pragensi â Reverendis ac doctissimis Patribus Professoribus Hieronymo Pesneker: Et Josepho Malletz: Sacri ordinis Cisterciensium Ossecii Professis, Excepit eiusdem studii indignus discipulus et Auditor Dominus Georgius Wenceslaus Wiedon. Die 6 Decembris Annô 1708: et 1709: p. I et III, 1 - 196

Initium Prooemii p. III: Philosophiam, quod nihil aliud est, quam amor et studium sapientiae,.....

Quae pars huius tractatus a P. Hieronymo Pesneker, quae a P. Josepho Malletz dictata sit, discernere non potui. Uterque est monachus monasterii Ossegg (hodie Osek) in Bohemia.

Nomen scriptoris G: Wiedon etiam parti adversae tegumenti impressum est.

Bibl. Cod. MN II 234

892 pagg; teg. a1; script. 1708/09

Commentarius in Aristotelis Physicam

a) Prooemium: p. 13 - 14. Initium: A Caligine ad lucem, â famula ad Dominam, â Lippiente Lia ad Speciosam Rachaelem (!).....

b) Quaestio Prolegomenalis: p. 15 - 30: De Artymologia (= Etymologia), Natura, et obiecto Physicae. Initium: Aetymologiam nominis Physica..

c) Tractatus Primus. In Octo Libros Physicorum Aristotelis De Physico Auditu: p. 31 - 624. Initium: Quinque tractatibus Philosophus Universam absolvit Physicam, ... Clausula p. 209: Absolvimus 23. Novembris ante prandium In Festo. S. Clementis Martyris et Pontificis. Nota p. 327: Anno Domini 1709; 3. Januarii Incepimus manè nostros Laborare calamos. quibus ad velocitatem et felicitatem exopto.... Clausula p. 624: Absolvimus 13. Aprilis: ante prandium.

d) Tractatus Secundus In Quatuor Libros de Caelo et Mundo: p. 625 -685. Initium: Post Examinatam naturam corporis naturalis in communi. Clausula: Absolvimus 8. Maii in Vigilia Ascensionis Domini Nostri post prandium 1709.

e)Tractatus Tertius In 2 Libros De Ortu et Interitu: p. 686 - 750. Initium p. 687: Praeliminaria. Praecipuas nascentium et intereuntium corporum affectiones.....

f) Disputatio 2. (!) In Libros Meteorum Aristotelis: p. 750 - 795. Initium: In arcana naturae te ingeris misteria Philosophe, ... Clausula: Absolvimus hunc tractatum 1. Julii post prandium 1709.

g) Disputatio Tertia. De Anima: p. 796 - 867. Initium: Corporis naturalis praecipuam partem incipit Philosophus...

h) Disputatio Ultima. De Residuis, quae ad Metaphysicam spectant: p. 868 - 892. Initium: Disputatio haec è ét ultima ab Aristotele.... Neque auctor notus neque scriptor ex codice nostro; sed si comparaveris codicem MN II 235 (infra p. 184!), non negabis F. Engelbertum Eibl (Eybl) etiam nostrum codicem scripsisse.

Bibl. Cod. MN III 24

8°min; 246 pagg; tegumentum rubrum cum dorso et extremis albis; scriptus 1709

(Exercitia ad syntaxin Latinam discendam)

Regulae Grammaticae earumque expositiones lingua Germanica proponuntur multisque exemplis Latinis illustrantur.

Nota in margine superiore p. 5: Pro Josepho Hueber 1709.

Quae cum penitus cum scriptura totius libelli convenit nota, ~~sine dubio~~ fortasse Josephus Hueber scriptor est codicis nostri. Qui probabiliter fuit frater monachorum Seitenstettensium Hieronymi et Mariani Hueber, natus anno 1696 in parochia Ybbsitzensi. Auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 235

410 pagg; teg. a1; script. 1709/10

a) Tractatus Theologicus De Gratia Dictatus â Plurimùm Reverendo Religiosissimo ac Clarissimo Domino P. Caelestino Pley Ordinis Sanctissimi P. Nostri Benedicti, ex Celeberrimo Monasterio Divae Virginis Mariae Seittenstettensi Sacrosanctae Theologiae Professore. et Doctore. pro tempore Almae Universitatis Salisburgensis Vice-Rectore Meritissimo. Conscriptus A F. Engelberto Eybl Eumdem Ordinem ibidem Professo Anno Domini 1709: p. III, IV, V, 1 - 239
Initium Proloquii p. IV: Sitimus ad Pelagus aquarum in vitam aeternam salientium,.....Clausula: Absolvimus 7. Aprilis 1710. Feria Secunda post Dominicam Passionis.

b) Tractatus De Fide, Spe, et Charitate ab Eodem Plurimùm Reverendo, Religiosissimo ac Clarissimo Domino P. Caelestino Pley ordinis S. P. Nostri Benedicti in Monasterio Seittenstettensi Inferioris Austriae Professo. Sacrosanctae Theologiae Doctore ac Professore ordinario nec non Celsissimi Principis et Archi Episcopi Salisburgensis Consiliario Ecclesiastico et pro tempore Universitatis Vice-Rectore. Conscriptus. â F. Engelberto Eibl, Eundem Ordinem ibidem Professo. in Primum Annum Theologo: p. 240 - 408
Initium Proloquii p. 241: Hactenus exposuimus essentiam et divisionem gratiae,....Clausula: absolvimus.20. Augusti In festo S. Bernardi 1710 ante prandium.
Folium titularis partis a)visco iunctum est cum proximo folio, sed si contra lumen perspexeris hoc duplex folium, scriptura transparebit. In margine superiore paginae titularis huius videtur scripta esse nota pro bibliopego, difficile tamen intellectu.
F. Engelbertus Eybl (Eibl) etiam codicem MN II 234 (supra p. 183!) scripsit.

Bibl. Cod. MN II 236

318 pagg; teg. c3d; script. ca. 1710 (?)

a) Tractatus Philosophiae primus De Logica: p. 1 - 306
Initium Proemii: Philosophiam a logica auspicamur,.....
p. 182 - 183 invenitur pulcherrime delineata arbor Porphyriana.

b) (Viginti) Theses Logicae: p. 307 - 309

c) Index Universae Logicae, ubi perspiciendae sunt Sententiae, quae sunt admissae iuxta ordinem disputationum inscriptae: p. 310 - 314
Auctor et scriptor ignoti, sed idem scriptor etiam proximum codicem exaravit. Propter formam tegumenti scripturaeque arbitror ortum esse hos duos codices circa annum 1710, sed multum haesitans.

Bibl. Cod. MN II 237

300 pagg; teg. c3d; script. ca. 1710 (?)

a) Philosophiae Tractatus Secundus in Octo libros phisicorum: p. 3 - - 293.
Initium: Superatis logicae difficultatibus ad philosophiae naturalis explanationem progredimur, ...

b) Index Universae Physicae generalis, ubi perspiciendae sunt admissae â nobis Sententiae, iuxta ordinem disputationum inscriptae: p. 294 - 297.

Auctor et scriptor ignoti. At vidimus iam p. 184 eundem studiosum etiam codicem praecedentem scripsisse, et licet incertum sit, quo tempore duos istos codices scripserit, tamen e forma tegumenti scripturaeque coniicio annum 1710 a vero ortus tempore non multum abesse.

Bibl. Cod. MN II 238

904 pagg; teg. c1; script. ca. 1710 (?)

Tractatus In Philosophiam Aristotelico Thomisticam. Pars Prima Complectens Logicam tam parvam, quam magnam.

a) Proemium: p. 5 - 9. Initium: Qui in acie hostem prosternere flagrat.....

b) Logica Minor: p. 9 - 186. Initium: Tractatus, quem modò incipimus explanare,.... Clausula: Absolvimus 23. Decembris ante prandium, et incepimus post prandium maiorem logicam.

c) Logica Maior: p. 187 - 900. Initium Proloquii: A velitationibus ad pugnam, à fundamento in sublime, à vocibus et terminis ad rem ipsam Magna pars partis a) et Proloquii partis c) ad verbum consonat cum Prooemiis, quae in codice MN II 92 (supra p. 60!) invenimus. Ipsae autem quaestiones nullum omnino ostendunt connexum cum lectionibus illius codicis. Puto igitur auctorem codicis nostri ad praeparandas solemnes praefationes veteriorem codicem adhibuisse. Porro videtur ipse codex noster praeparatio ipsius professoris ad lectiones logicales esse ideoque ipsum auctorem etiam scripsisse codicem nostrum opinor. Inveniuntur enim in codice nostro plurimi loci ab eadem manu emendatae. Nam tot tantaeque correcturae non reperiuntur in codicibus, quos studiosi iuxta professoris dictamen notabant. Itaque veri simile est auctorem et scriptorem codicis nostri monachum Seitenstettensem esse, qui Salisburgi Philosophiam docuit, at quis sit, nondum dicere possum. Propter formam tegumenti scripturaeque circa annum 1710 codicem nostrum et duos sequentes utpote ab eodem scriptos catalogo inserui.

Bibl. Cod. MN II 239

682 pagg; teg. c1; script. ca. 1710 (?)

Tractatus in Physicam Aristotelico-Thomisticam, seu In Libros de physica auscultatione.

Initium Prooemii p. 5: Postquam in itinere peripatetico implexos Logicae calles feliciter emensi sumus,.....Clausula p. 677: absolvimus 2o februarii.

Sine dubium codicem nostrum idem qui praecedentem scripsit, eumque ad praeparandas lectiones physicas. Nam scriptura eadem est, nec desunt emendationes ut in codice MN II 238. Itaque quod auctorem (qui probabiliter sua manu codicem nostrum scripsit) nondum investigavimus, valde dolemus. Tempus, circa quod ortus est codex noster, iisdem argumentis freti statuimus, quibus in codice praecedente.

Etiam ad hunc codicem exarandum auctor noster vetustiore codice videtur usus esse, dico codice MN II 98 (quem vide supra p. 62!)

Bibl. Cod. MN II 240

774 pagg; teg. c1 (dorso prorsus abscisso); script. ca. 1710?

a) Disputatio III. in ultimos 6 Libros Physicorum: p. 3 - 304. Initium: Ut Philosophus corpus naturale exactè penetret, ...

b) Tractatus II Physicae. In Libros de Mundo et coelo, de Generatione et corruptione, de Meteoris, et de anima: p. 321 - 718. Initium: Absolvimus feliciter Physicam universalem, ... Clausula p. 549: 18. Junii absolvimus.

c) Tractatus III. In Aristotelis Metaphysicam: p. 719 - 771. Initium: Metaphysica seu sapientia transnaturalis tam nobilis est scientia,.. Cum praecedens codex tantum duas priores disputationes physicae generalis contineat, noster vero a disputatione tertia incipit, cum porro scriptura eadem sit idemque tegumentum, sine dubio codex noster codicem praecedentem continuat. Qua de re quaecumque supra ad codices MN II 238 et 239 de auctore, scriptore, tempore diximus, mutandis mutatis etiam ad codicem nostrum spectant.

Bibl. Cod. MN III 26

8°min; 128 pagg; teg. a1; script. 1711

Libellus Professionis sive Explicatio formulae Professionis Benedictinae Descriptus a F Sebastiano Hochenperger Novitio Garstensi Anno 1711: p. 3 - 123 et Syllabus Quaestionum: p. 124 - 125

Initium Praefatiunculae in explicationem formulae Professionis Benedictinae p. 4: Si turpè est Patritio, et Nobili, et causas oranti... Vix credendum est scriptorem F. Sebastianum Hochenperger etiam invenisse et composuisse quaestiones codicis nostri ascetici. Qua de re auctor videtur ignotus esse.

p. 6 - 7 suam ipsius formulam professionis scriptor inseruit. Qua in formula Laureacensem Austriacum (id est e vico Lorch prope oppidum Enns) se esse confitetur et in monasterio Garstensi anno 1711 Die 5 Octobris vota se emissurum esse.

Clausula p. 125: Scripsit F Sebastianus Hochenperger pro tempore Novitius Garstensis Anno MDCCXI (1711).

Bibl. Cod. MN II 241

88 pagg. + 176 foll. (=352 pagg.) = 440 pagg; teg. c3d

a) Institutiones Dialecticae in Universam Aristotelis Philosophiam: p. 1 - 85. Initium Proemii p. 1: Aggressuri nobilissimum Philosophiae Studium.....Clausula: 1709. Septimo Decembris.

b) Tractatus In universam Logicam: fol. 1r - 175r (= p. 89 - 437)
Initium Proemii: Praemissis hucusque institutionibus.....
Clausula: Die 26. Maii 1710.
Nec auctor notus nec scriptor, quamquam idem scriptor etiam duos codices sequentes exaravit.

Bibl. Cod. MN II 242

28 + 51 + 21 = 100 foll; teg. c2; script. 1710

a) Tractatus Moralis in librum quartum Ethicorum Aristoteles (!) ad Nicomachum de virtutibus moralibus in specie: fol. 1r - 25r.
Initium Proemii: Specialia tandem quarto hoc Ethicorum librorum libro Philosophiae princeps adhibuit ornamenta, ...
Clausula: Die 23. Augusti. Anno 1710.

b) Tractatus historico Politicus in Quartam áb orbe condito monarchiam, complectens Imperatoris, Romano germanicos â magno illo Interregno ante Rudolphum primum Habspurgicum usque ad modernum Augustissimum Josephum: fol. 1r - 45v. (= fol. 29r - 73v).
Initium: Proemium. Compendiosam tibi viam aperit hystoria,.....
Tractatus imperfectus est; ultimi enim Capitis nil nisi inscriptio adest.

c) Tractatus de Pollemica, offensiva ac defensiva: fol. 1 - 21v (=80 - - 100v). Initium Proemii fol. 1 (80)r: Furente iam multis abhinc annis tota in Europâ veluti publico Martis Mortisque theatro....
Etiam hic tractatus de arte belli gerendi videtur mutilus esse, sive quia numquam finitus est, sive quia postea aliquot folia in fine codicis excisa sunt.
Neque auctorem (aut potius auctores?) neque scriptorem codicis nostri scio. Sed certum est, eundem qui nostrum etiam praecedentem et subsequentem codicem scripsisse.

Bibl. Cod. MN II 243

335 + 12 = 347 foll; teg. c3d; script. 1711

a) Tractatus In unversam Aristotelis Physicam. Proemium: fol. 1
Initium fol. 1r: Obtento scientiarum Instrumento et modo sciendi...

b) Pars Prima. De Physica Auscultatoria seu de 8 Libris Physicorum: fol. 2r - 287v. Initium: Tractat in his Libris Aristoteles, ...

c) Pars Secunda Physicae. De Mundo et Caelis, de generatione et corruptione, et de Anima: fol. 287v - 335r. Initium: Absolutis Libris Aggroämanticis Physicorum, ...Clausula: 7. Julii 1711

d) Tractatus In Universam Aristotelis Metaphysicam: fol. 1r - 11v (=336r - 346v). Initium: Tandem superatis iis, quae de rebus naturalibus.....Clausula: Finis totius huius Philosophici cursûs coronavit opus. Salisburgi, die 24. Julii, Anno 1711.
Tam auctor ignotus quam scriptor, etiamsi idem duos praecedentes codices conscripsit.
Inter folium 105 et 106 inserta est schedula, cuius a in una parte quaestiuncula philosophica tractatur, altera autem pars inscribitur Wäsch=Zettl et subscribitur Fr. Aemilianus. Videtur igitur F. Aemilianus Kramp, qui anno 1712 in monasterio Seitenstettensi vota nuncupavit, hac schedula primo usus esse, qua aut vestiario quibus linteis vestimentis indigeret indicaret aut quae lintea vestimenta ad lavandum mitteret conscriberet, deinde autem, ut quaestiunculam, quam supra diximus, notaret. Sed quia codex noster iam anno 1711 finitus est, frater ille nonvix potest esse scriptor eius

Bibl. Cod. MN II 244

496 foll; teg. a1; script. 1711/12

a) (Summulae dialecticae seu Logica minor): fol. 1r - 94v.
Initium: A Sumulis nostris iter nostrum peripateticum ordimur,....
Clausula: Et haec sumatim de sumulis. absolvimus 14 Decembris 1711.

b) Tractatus De his, quae Logicam maiorem concernunt: fol. 96r - 494v.
Initium Proemii: Sat diu vestibulum peripateticum obambulamvimus...
Clausula: Absolvimus die 20 Maii 1712.
Scriptor ignotus; auctorem vero esse P. Caelestinum Mayr, professum ad S. Udalricum et Afram Augustae Vindelicorum (Augsburg) et Professorem Salisburgensem, non negabis, si inspexeris codicem subsequentem MN II 245, qui easdem lectiones continens etiam auctorem nuntiat.

Bibl. Cod. MN II 245

239 foll; teg. a1; script. 1711/12

Philosophia Aristotelica. Logica Tomistica. A .....P. Clarissimo Caelestino Mayr ordinis S. Benedicti Celeberrimi Liberi Imperialis et Exempti Monasterii ad S: Udalricum et Affram Augustae Vindelicorum professo. Artium Liberalium et Philosophiae Doctore. Celsissimi et Reverendissimi Sacri Romani Imperii Principis et Archiepiscopi Salisburgensis Consiliario. Eiusdemque almae ac Florentissimae Benedictino Salisburgensis Universitatis Sacrosanctae Theologiae Professore dignissimo et Doctore. nec non post emeritum Philosophiae cursum ..(?)..vice [illegible] Rectore Magnifico. F/B Anno 1712. Itaque est auctor codicis nostri P. Caelestinus Mayr, scriptor autem signum suum, quod modo depinximus, apposuit. Quod signum forsitan ita intelligendum est: studioso Andrea Bischoff. Monachus ille Seitenstettensis videtur iam ante vota anno 1715 emissa Philosophiae Salisburgi studuisse. Quod non refutat titulus, quem supra descripsimus. Nam etsi Monachus ille antequam anno 1714 monasterium ingressus [illegible] est, non Andreas, sed Joannes Casparus nominabatur, tamen quinque sequentes codices ab eodem scripti tot indicia praebebunt, ut F. Andream Bischoff sua manu scripsisse eos iam non negare possis. Et profecto titulum codicis nostri non anno 1712, cum lectiones logicales audiret, scripsit, sed aliquot annis post, cum ille professor P. Caelestinus Mayr cursum philosophicum iam finisset et Theologiam doceret.

a) Iter peripateticum. Seu, Brevis introductio in universam Aristotelis Philosophiam ad Mentem praeceptoris angelici Divi Thomae in alma archi episcopali benedictinâ universitate Salispurgensi tradita: fol. 7 - 56.
Initium Brooemii (!) fol. 7r: A sumulis iter nostrum peripateticum ordimur, ...Clausula fol. 56v: Finis sumularum. Anno 1711.
b) Logica. et gddem. (= quidem?) Maior. Anno 1711: fol. 57r - 196v.
Initium fol. 58r: Tractatus de his, quae logicam Maiorem concernunt. Proemium. Sat diu vestibulum peripateticum obambulavimus, ...
Clausula: Die 20 Maii Anno 1712.
c) Quaestiones selectae ex logica: fol. 198r - 227r.
d) De Praemotione Physica: fol. 233r - 237v.
Partes a) et b) etiam in codice praecedente MN II 244 invenimus.

Bibl. Cod. MN II 246

326 pagg; teg. a1; script. 1717

Theologia Recentioristica De Beatitudine Angelis et Actibus Humanis Ab. ....P. Josepho Gall Societatis Jesu Artium Liberalium et Philosophiae Doctore nec non Sacrosanctae Theologiae Professore actuali in alma Universitate Graecensi venerando. filio Jesuitarum genuino.
$\mathfrak{AB}$ = Studioso Andrea Bischoff (Ad quem scriptorem eiusque signum vide p. praecedente ad codicem MN II 245!) Anno 1717.
F. Andream Bischoff una cum F. Petro Schoiber in universitate Graecensi studiis operam dedisse usque ad annum 1717 quaedam rerum gestarum documenta, quae in archivo Monasterii Seitenstettensis asservantur, demonstrant. Forsitan frater ille Petrus Schoiber paginas 137 - 139 et 141 - 145 scripsit. Sunt enim sine dubio ab altera manu scriptae.
a) (Prooemium totius) Tractatus Theologici De Beatitudine, Angelis et Actibus Humanis p. 3: Sanctus Thomas postquam in prima parte...
b) Pars Prima De Beatitudine disputatio Unica: p. 3 - 104. Initium Articuli primi p. 4: Beatitudo prout in praesenti accipitur.....
c) Pars Secunda. De Angelis: p. 104 - 206. Initium: Post considerationem beatitudinis quoad eius formam et obiectum.....
d) Pars Tertia De Actibus Humanis: p. 206 - 324. Initium: Considerata iam beatitudine seu fine ultimo creaturae rationalis.....

Bibl. Cod. MN II 247

304 pagg; teg. a1; script. 1717

Theologia Recentioristica. De Incarnatione. Ab .....Patre Sigismundo Busch. Societatis Jesu Artium Liberalium et Philosophiae Doctore in alma universitate Graecensi Sacrosanctae Theologiae Doctore et Professore actuali. eiusdemque Decano spectabili Jesuita sincero. nec non corde et animo Benedictino verissimo. Anno 1717. FAB
Hoc signum certe scriptorem esse F. Andream Bischoff Iuniorem Seitenstettensem (aut Studiosum? vide supra p. 189/90 ad codices MN II 245 et 246!) indicat.
Initium Tractatus De Mysterio Incarnationis: p. 7: Admirandum verbi incarnati verbi mysterium.....
In fine tractatus adduntur p. 299 - 302 Quaedam notata circa Incarnationem.

Bibl. Cod. MN II 248

~~47~~786 pagg; teg. a1; script. 1718

Theologia Thomistica De Peccatis: Gratia: Iustificatione et Merito: â .....Patre Hyacintho Peri, ordinis Sanctissimi Patris Benedicti Celeberrimi Liberi et Exempti Monasterii ad S. Lambertum Professo, per Austriam, Styriam et Carinthiam Missionario apostolico etc. nec non Protonotario dignissimo, Sacrosanctae Theologiae Doctore, ejusdemque Professore actuali Meritissimo. Anno 1718
Titulo additum est idem signum, quod supra ad codicem MN II 247 notavimus. F. Andreas Bischoff igitur etiam hunc codicem scripsit, et re vera anno 1717 ab universitate Graecensi amotus studia theologica ad S. Lambertum in Styria prosecutus est.

a) Tractatus in primam secundae Divi Thomae De Peccatis: p. 7 - 281.
Initium: Postquam Sanctus Doctor prima parte egisset de Deo Ununo..
Clausula p. 281: die 5 februarii
b) Notata compendiosa ex tractatu de Peccatis: p. 285 - 328
c) Tractatus in primam secundae Divi Thomae. A Quaestione 109 usque ad quaestionem 114 de: Gratia et Iustificatione: p. 333 - 479.
Initium: Si de divinae gratiae dignitate fusius prooemiari liceret.
Clausula: L. D. S. (=Laus Deo S emper) et B. V. M. (=Beatae Virgini Mariae) Die 26 Martii 1718:

Bibl. Cod. MN II 249

368 pagg; teg. a1; script. 1718/19

Tractatus Thomisticus De Sacramentis in Genere et Specie A..... Patre Aemiliano Schaumberger Ordinxis Sanctissimi P. Benedicti Celeberrimi Liberi et Exempti Monasterii ad S. Lambertum Professo. Sacrosanctae Theologiae Doctore eiusdemque Professore dignissimo. Nec non Sacrorum Canonum Apostolico Notario Venerandissimo. Anno 1718 Ad Sanctum Lambertum in Styria Superiori. ... ℱB Hoc signum manifestat scriptorem esse F. Andream Bischoff Iuniorem Seittenstettensem (? Vide etiam, quae supra p. 189 - 191 ad codices MN II 245 - 248 de hoc signo notaverimus!)

a) Tractatus Scholasticus in tertiam partem Angelici Maxgistri à quaestione 60 de Sacramentis in Genere et Specie. Proloquium p. 1 - 7. Initium: Tractare agredimur (!) de Sacramentis,....

b) Pars prima De Sacramentis in Genere: p. 7 - 69. Initium: Ordinem doctrinae servaturi.....

c) Pars Secunda. De Sacramentis in Specie (scilicet de baptismo, confirmatione, eucharistia): p. 70 - 98. Initium: Nomen baptismus proprie imersionem significat.....Clausula: Anno 1718 die 23 Augusti. ℱB (= Andreas Bischoff Seittenstettensis)

d) Notata de sacramentis in genere: p. 101 - 104 et specie: 104 - 115

e) Notata Alia circa diversos alios Articulos de Sacramentis in specie: p. 117 - 139

f) Tractatus Theologicus In Tertiam Partem Divi Thomae Proloquium: p. 141. Initium: Rubum illum ardentem quem viderat Moyses....

g) Pars Prima. De Sacramento Poenitentiae: p. 141 - 339

H) Notata de Poenitentia Ut Sacramentum et Virtus est: p. 341 - 363. Clausula: Anno 1719.

Bibl. Cod. MN III 27

8°min; 246 pagg; teg. a1; script. post 1712, ante 1723

a) Annotata ex Admodum Reverendo Patre Andrea à S: Theresia Carmelitano: p. 5 - 67 (Praesertim exempla in lingua Germanica e libro typis impresso ad concxiones illustrandas excerpta)

b) Verzeixhnung waß auß dem Kasten alhir alhir (!) genomen: p. 69 Index brevissimus, qui exhibet, quot modii (Metzen) tritici etc. die 1 Martii (anni incerti) e granarrio sumptmi sint.

c) Processus Seu Ordo Eligendi, vel postulandi novum Praelatum: p. 79 - 100. In forma iuramenti, quo neoelectus abbas epsiscopo Patavensi oboedientiam spondebat, p. 94 insertum est nomen episcopi e co-

mitibus de Rabbata. Cum Raimundus Comes de Rabbata ab anno 1713 usque ad annum 1722 dioecesi Passaviensi praeesset, saltem pars c codicis nostri, probabiliter autem totus codex non ante 1713 neque post annum 1722 scriptus est.

d) Argutae Responsiones et Dicta Ex Casparo Ens Epidorpidum Libris: p. 103 - 123. (Qui Epidorpidum libri anno 1624 Coloniae in lucem evenerunt.)
Nescimus, quis codicem illum nostrum conscripserit, immo incertum est utrum unica manus an plures librum exaraverint.

Bibl. Cod. MN II 250

158 pagg; teg. b1 figuris impressis (vide infra!) ornatum PraXIs CoMpenDIosa artIs RhetorICes (Chronogramma ad annum 1714!) Mense IanVarIo InChoata atqVe MOppotsChnae traDIta (Chronogr. 1714) Illustrissimo Domino Domino Francisco Wenceslao Adalberto Iosepho Antonio Ioanni Hieronymo Sacri Romani Imperii Comiti Colloredo de Walse: p. 7 - 143 (in tres libros divisa)
p. 11 insigne comitum Colloredo de Walse artificiose depictum est. Idem insigne etiam parti adversae et aversae tegumenti impressum et olim auro linitum est, quod tamen aurum nunc paene deest.
Liber noster diligentissime scriptus est. Ideo valde dolemus, quod MMM pauca folia amissa sunt, scilicet inter paginas 30 et 31 (caput XVI. et XVII libri primi; alia capita iam ab ipso auctore non tractata esse videntur. Qua de re liber noster fortasse excerptus est e maiore Rhetorices libro. Laudatur pluries Manuale Rhetoricum et Cyprianus Soarius.)
Etiam quae servata sunt folia ordine valde perturbata erant. Quantum potui, conatus sum originalem restituere ordinem foliorum.
Tam auctor ignotus quam scriptor.

Bibl. Cod. MN II 251

376 pagg; teg. a1; script. ca. 1710 - 1715

a) Tractatus Theologicus. De vitiis et peccatis: p. 3 - 136. Initium Proaemii p. 3: Peccatum informe et infame monstrum.....

b) Tractatus De Legibus: p. 136 - 190 (tractatus imperfectus!). Initium Disputationis Primae: Tractatus de legibus communis est .....

c) (Tractatus De Sacramentis in Genere et de tribus prioribus in specie): p. 195 - 367. Initium Proaemii: Post explicatum et disputatum Incarnationis Dominicae (?) Divinae (?) mysterium .....

Neque auctor notus neque scriptor, sed propter similitudinem scripturae et tegumenti cum codicibus sequentibus etiam codicem nostrum inter annum 1710 et 1715 scriptum esse puto .

Bibl. Cod. MN II 252

188 foll; teg. a1; script. 1714

a) Tractatus Scholasticus In Primam Secundae Doctoris Angelici Divi Thomae Aquinatis: De Gratia: fol. 1r - 154r.
Initium Proemii: Ingens difficultatum pelagus se nobis aperit,....

b) Tractatus Scholasticus In Secundam Secundae Doctoris Angelici, Divi Thomae Aquinatis De Fide, Spe, et charitate: fol. 155v - 187v.
Initium Disputationis primae. De Fide: Praenotandum, varias esse Fidei acceptiones:..... Clausula: 1714. 31. August:
Tam auctor quam scriptor ignotus, etiamsi idem scriptor codices sequentes MN II 253 - 257 exaravit.

Bibl. Cod. MN II 253

I, II 157 + 43 = 200 foll; teg. a1; script. 1714

a) Tractatus De Virtute et Sacramento Paenitentiae: fol. II, 1 - 156v
Initium fol. IIr: Quartum ordine doctrinae inter Sacrosancta Sacramenta Ecclesiae locum obtinet Paenitentia,.....

b) Tractatus De Tribus ultimis Sacramentis Seu De Extrema unctione, Ordine, et Matrimonio: fol. 1r - 33v (= 158r - 190v). Initium Proemii: Absolutâ de Sacramento Paenitentiae consideratione .....
Clausula: 1714. 31. August
Scriptor noster, qui etiam codicem praecedentem et quattuor sequentes confecit, ignotus. Auctorem vero, quamquam in codice nostro non notatur, tamen P. Alanum Pfeiffer, Professum Admontensem et Professorem Salisburgensem, esse scimus; exhibetur enim in dorso codicis MN II 262 easdem lectiones continente.

Bibl. Cod. MN II 254

169 + 17 foll; teg. c3d; script. anno 1715

Tractatus In Primam Partem Divi Thomae. De Deo uno, et Trino.

a) Proemium: fol. 1r - 2r. Initium: Aggredimur Deo Auspice totius Theologiae difficillimam Partem,.....

b) Disputatio Prolegomena (!). De Necessitate, Naturâ, et Qualitate Theologiae: fol. 2r - 24r. Initium: Existere in rerum naturâ Sacram Theologiam, ...

c) Pars Prima. De Deo Unô: fol. 24v - 169r. Initium: Postquam S. Doctor in quaestione Prolegomenali ipsiusmet Theologiae excellentiam,.

d) Pars Secunda. De Deo Trino: fol. 169 (=1)v - 184 (=16)r. Initium: Hactenus, quantum satis erat, ...Clausula: Anno 1715. 23. Augusti Auctor et scriptor ignoti. Easdem lectiones exhibet Cod.MN II 259.

Bibl. Cod. MN II 255

148 foll; teg. c3d; script. 1716

Tractatus Theologicus. De Sacro=Sancto Incarnationis Mysterio. Initium Proemii fol. 1r: Omnium Arcanorum, quae Fides Catholica post augustissimum Triados Mysterium credenda pæroponit, ... Clausula: fol. 147r: Anno Domini MDCCXVI (1716). die 29. Augusti: Auctor et scriptor ignoti, etiamsi scriptor noster tres quoque codices praecedentes et duos sequentes exaravit et easdem, quas codex noster,etiam codex MN II 260 continetx lectiones. (Quem codicem vide inferius!)

Bibl. Cod. MN II 256

170 foll; teg. c3d; script. ca. 1715

a) Tractatus De Jure, et Justitia: fol. 1r - 103r. Initium Proemii: In amplissimum pulcherrimarum virtutum collegium, ...

b) Tractatus Secundus. De Restitutione et Contractibus: fol. 103v - - 168v. Initium Disputationis primae: Explicatâ priori Tractatu naturâ, et divisione iustitiae .....

Idem, qui codicem nostrum etiam quattuor praecedentes et subsequentem scripsit, ideoque hic quoque codex circa annum 1715 scriptus est. Auctor vero et nomen scriptoris nusquam inveniuntur. Reperiuntur autem eaedem lectiones in codice MN II 261 (Vide inferius!)

Bibl. Cod. MN II 257

74 + 81 + 18 = 173 foll; teg. c3d; script. 1716

a) Tractatus De Angelis: fol. 1r - 73v. Initium Proemii: Postquàm Deum unum Trinum et eius ad intrà processiones.....
Clausula: Anno 1716. Die 21. Februarii

b) Tractatus De Actibûs Humanis: fol. 1r - 81r (= 75r - 155r). Initium Proemii: Consideravimmus hactenùs cum S. Doctore Deum, ...
Clausula: Die 25 (?). Julii: Anno 1716.

c) Tractatus. De Conscientia: fol. 1r - 17r (= 156r - 172r). Initium Proloquii: Post explicatos Actus humanos tam in genere, quàm in specie,..... Clausula: Anno 1716. Die 29. Augusti:
Scriptor noster, etsi quinque quoque codices praecedentes exaravit, tamen ignotus est; item auctor noster.

In codice nostro inventa est schedula, in qua notata est formula orationis dicendae, cum quis in quendam ordinem equitum suscipiebatur. Quam schedulam affixi ante tractatum de conscientia.

Bibl. Cod. MN II 258

271 foll; teg. a1; script. 1712/13 (?)

Tractatus. in Physicam Aristotelis: fol. 1r - 269v.
Initium Proemmii: Emenso itinere peripatetico, contritisque logicae vepribus .....
Continet hic tomus praeter Proemium (fol. 1r - 2r) et Quaestionem Prolegomenam (!) De quidditate et Obiecto Physicae (fol. 2r - 10v) singulas disputationes in quattuor priores libros Physicorum Aristotelis.
Auctorem codicis nostri invenies in inscriptione dorsi: Physica, seu Scripta. Reverendi P: Caelestini Mayr. Quem auctorem, professum ad Sanctos Udalricum et Afram Augustae Vindelicorum et professorem Salisburgensem, anno scholari 1711/12 Logicam tradidisse, iam supra p. 189 ad codices MN II 244 et 245 ostendimus. Atqui Philosophiae Professores post logicam absolutam anno subsequente Physicam docere solebant. Itaque codex noster probabiliter anno scholari 1712/13 scriptus est.
Scriptorem autem esse F. Hieronymum Hueber, clericum Seitenstettensem, non negabis, si scripturam codicis nostri et novem (aut saltem octo) sequentium cum epistola ab illo monacho Seitenstettensi Salisburgi scripta comparaveris. (Quam epistolam reperies in archivo monasterii Seitenstettensis 2B Nr. 269.)

Bibl. Cod. MN II 259

210 foll; teg. a1; script. 1715

Tractatus in Primam Partem Divi Thomae De Deo uno et Trino.

a) Proemium: fol. 1r - 2r. Initium: Agredimur (!) Deo Auspice totius Theologiae difficillimam partem, ...
b) Disputatio prolegomena (!). De necessitate, natura, et Quxalitate Theologiae: fol. 2r - 33r. Initium: Existere in rerum natura....
c) Pars Prima. De Deo Uno: fol. 33v - 193r. Initium: Postquam S: Doctor in quaestione prolegomenali ipsiusmet theologiae excellentiam..
d) Pars Secunda (De Deo Trino): fol. 193r - 207 r. Initium: Hactenus quantum satis erat egimus de Deo Uno, eiusque attributis .....

Hunc quoque codicem a F. Hieronymo Hueber scriptum esse character scripturae idem atque in codice praecedente satis demonstrat.
Quis autem lectiones codicis nostri dictaverit, nescimus, etsi easdem lectiones iam supra p. 194 in codice MN II 254 invenimus.

Quae comparatio codicum ostendit etiam, quando codex noster scriptus sit.

Bibl. Cod. MN II 260

340 pagg; teg. a1; scriptus 1716

(Tractatus Theologicus De Sacro=Sancto Incarnationis Mysterio).
Initium Proemii p. 5: Omnium arcanorum, quae Fides catholica post Augustissimum Triados misterium credenda proponit,....
Clausula in fine (p. 335) deest, immo etiam aliquot lectiones deesse arbitraberis comparato codice MN II 255 (supra p. 195), qui ut easdem lectiones quas codex noster continet, ita etiam alteram paragraphum ad articulum secundum quaestionis paenultimae et totam quaestionem ultimam huius tractatus addit. Cum codex MN II 255 die 29. Augusti Anno 1716 finitus sit, etiam hunc codicem anno 1716 ortum esse veri simile est. Auctor vero ignotus. Scriptorem autem esse F. Hieronymum Hueber monachum Seitenstettensem eadem scriptura docet, quam invenimus in duobus codicibus praecedentibus ab eodem scriptis.

Bibl. Cod. MN III 28

8°min; 356 pagg; teg. a2; script. 1716 (?)

(Compendium Tractatus De Incarnationis Mysterio): p. 5 - 284 (Ceterae paginae vacuae!)
Propter formam scripturae certum est, hoc compendium ab eodem F. Hieronymo Hueber scriptum esse, qui ipsum tractatum de incarnatione in codice praecedente notavit. Insuper videtur in conficiendo hoc compendio illo tractatu usus esse vel etiam nil nisi tractatum codicis MN II 260 in hoc compendio contraxisse. Itaque videtur etiam codex noster anno 1716 ortus esse.

Bibl. Cod. MN II 261

196 foll; teg. a1; mscript. ca. 1715

a)(Tractatus De Jure, et Justitia): fol. 1r - 128v. Initium: In amplissimum pulcherrimarum virtutum collegium,.....
b) Tractatus Secundus. De restitutione et contractibus: fol. 128v - - 192v. Initium Disputationis primae: Explicata priori tractatu natura et divisione iustitiae ac dominii,.....
Hunc quoque scriptum esse codicem a F. Hieronymo Hueber eadem, quae in quattuor praecedentibus codicibus,monet scriptura. Eosdem vero tractatus continet etiam Codex MN II 256 (vide supra p. 195!), sed et in illo codice auctoris nomen desideratur.

Bibl. Cod. MN II 262

219 foll; teg. a1; script. 1714

a) Tractatus de virtute et Sacramento Poenitentiae: fol. 1r - 185v. Initium: Quartum ordine doctrinae communiter Sacramenta locum obtinet poenitentia, ...

b) Tractatus De tribus ultimis Sacramentis, extrema unctione, ordine, et matrimonio: fol. 185v - 217v. Initium Proemii: absoxluta de Sacramento poenitentiae consideratione.....

Scripsisse nostrum quoque codicem minime negabis F. Hieronymum Hueber, collatis quinque codicibus praecedentibus. Dictasse autem tractatus nostros P. Alanum Pfeiffer (professum Admontensem et professorem Salisburgensem) docet inscriptio dorsi: Traxctatus Theologicus Reverendi P: Alani Pfeiffer. Eosdem tractatus iam supra p. 194 invenimus in codice MN II 253; qui cum anno 1714 scriptus sit et cum codice nostro optime conveniat (non obstante initio partis a, quod sine dubio lapsum scriptoris contineat), veri simile est, etiam hunc codicem anno 1714 exaratum esse.

Bibl. Cod. MN III 29

8°min; 296 pagg; teg. a2; script. 1714 (?)

a) (Tractatus Scholasticus De Gratia): p. 5 - 178.

b) (Tractatus De Virtutibus Theologicis Fide, Spe, et Charitate): p. 179 - 180.

Partis b) nil nisi articulus primus, isque quam brevissime scriptus est. Etiam pars a non sunt ipsae lectiones theologicxae ab audiente theologiae studioso notatae, sed compendium talium lectionum. Quod compendium a F. Hieronymo Hueber monacho Seitenstettensi scriptum esse manifestat character scribendi idem atque in codicibus praecedentibus et sequentibus. Qui clericus sine dubio eas lectiones in hoc compendio contraxit, quas codex MN II 252 exhibet; etenim dispositio disputationmum, quaestionum, articulorum eadem est, immo multi loci inter se plane ad verbum consonant. Qui cum scriptus sit codex anno 1714 (Vide supra p. 194!), etiam codicem nostrum hoc anno ortum esse probabile est. Quis autem lectiones a F. Hieronymo Hueber contractas habuerit, nondum certe est investigatum.

Arch. Cod. 34 RR (A 77)

8°min; 334 pagg; teg. b2 in marginibus et dorso teneris ornamentis impressis et auro linitis ornatum; scriptus post1715
Supplex Libellus Ad Deum et Sanctos.
Hunc libellum precatorium a Fx Hieronymo Hueber monacho Seitenstettensi scriptum esse non solum eadem scriptura ostendit, quam in septem codicibus praecedentibus invenimus, sed etiam litterae initiales .H.H., quas parti adversae tegumenti impressas iam P. Martinus Riesenhuber archivarius Hieronymo Hueber ascripsit. Quas autem monachus ille in hoc libello diligenter scripto contulerit preces aut undme sumpserit eas, futuris laboribus explorandum servatur. Quando vero composuerit codicillum nostrum, item incertum est. Sed cum codicillum sequentem eadem facie eademque scriptura praeditum haud diu antequam sacerdotium suscepit (scilicet ante annum 1717) contulisse eum putandum xxxx sit, etiam nostrum libellum precatorium inter annos 1715 et 1754, quo anno scriptor noster mortuus est, ortum esse puto.

Bibl. Cod. MN III 30

8°min; 370 pagg; teg. b2 ornatum ut in codice prmecedente
Libellus Eucharisticus. Seu Orationes ante, et post incruentum Sacrificium dicendae.
Huic quoque codicillo imprmessae sunt litterae initiales H.H. Qua de re, quod etiam scriptura manifestat, Hieronymus Hueber scriptor est. Fontes vero nostri quoque codicilli nondum explorati sunt. Quo tempore scriptus sit libellus noster, iam ad codicem praecedentem disseruimus neque quidquam adiicimus, nisi quod, cum scriptura ab omnim charactere senili longe aliena sit, ortum codicilli nostri (et ideo etiam praecedentis) puto propiorem esse anno 1717, quo sacerdotio initiatus est scriptor, quam anno 1754, quo mortuus est.

Bibl. Cod. MN II 263

43 foll; teg. a1; script. ca. 1715
De Sponsalibus: fol. 1r - 41v. Initium Capitis Primi. De prima Sponsalium conditione, ut sint promissio mutua. Nota: 1. Sponsalia alia dicuntur de praesenti, alia de futuro;.....Aucmtor ignotus; scriptorem vero esse F. Hieronymum Hueber e similitudine scribendi coniicio, ideoque codicem circa annum 1715 ortum esse, sed non sine dubiis propter ~~eu~~ quasdam differentias scripturae.

Bibl. Cod. MN II 264

IV + 1018 pagg; teg. a1; script. 1716

a) Tractatus Secundus. In Philosophiam Naturalem Seu Physicam Aristotelico=Thomisticam: p. 1 - 932.
Initium Proaemii: Emenso iam Philosophiae rationalis curriculo....

b) Tractatus Tertius. In Philosophiam Transnaturalem seu Metaphysicam: p. 932 - 1013.
Initium: Tandem bonis Superis ad eam Phylosophiae partem devenimus,.
Clausula: absolvimus 18 Julii. 1716.
Auctorem indicat inscriptio dorsi: Philosophia P: R: P: Fructuosi Scheidsach, P: 2: et 3: = Philosophia Professoris Reverendi Patris Fructuosi Scheidsach (professi Seeonensis et professoris Salisburgensis) Pars secunda et tertia (id est Physica et Metaphysica; pars autem prima esset Logica, sed hanc partem nondum inveni.)
Scriptorem vero manifestat nota possidentis p. I: P. Meinradi Seittenstettensis 1726. Dono accepit à Reverendo Domino P. Antonio Aspacensi.
Accepit igitur tomum nostrum P. Meinradus Stumpfegger (professus anno 1720, sacerdotio initiatus anno 1726) a P. Antonio Nörer (professus 1713, sacerdotio initiatus 1719), qui praeter alia officia etiam cooperator Aspacensis fuit. Cum codex noster anno 1716 scriptus sit, et insuper F. Edmundus Furtner et F. Antonius Nörer Seittenstettenses anno 1716 (3. Aprilis) quaestionem physicae de Concursu Praevio et Simultaneo typis impressam ediderint, non est dubium, quin ipse F. Antonius Nörer sit scriptor codicis nostri.

Arch. Cod. 34 - 19 (XVIII 3 m)

590 pagg; teg. a1; script. 1717

a) Tractatus in Universam Philosophiam Aristotelico-Thomisticam. Productus in lucem In alma, et Archi-Episcopali Universitate Benedictina Salisburgensi et compositus a Reverendo P. Carolo Gschwandtner Benedictino Seittenstettensi m(anu) (propr)ia Anno Domini 1717.

a) Praeliminaria Logicae (p. 4), Logica Parva, seu Institutiones Dialecticae: p. 7 - 107. Initium Proloquii: p. 5: Speciosam juxtà, ac formosam Rachelem.....

b) Logica Magna seu Philosophia Rationalis: p. 109 - 588. Initium p. 109: Exantlatis sponsalitiis laboribus.....
Ut inscriptio totius tractatus indicat, P. Carolus Gschwandtner idem auctor est et scriptor.

Bibl. Cod. MN II 265

758 pagg; teg. a1; script. 171[illegible]8 (?)

a) Philosophiae Naturalis Pars Prima, Quae pertractat Entis naturalis Principia, naturam, causas, et proprietates. Tradita, In Alma, et Archi-Episcopali Benedictina Universitate Salisburgensi et composita à Reverendo P. Carolo Gschwandtner Benedictino Seittenstettensi m(anu propr)ia: p. 3 - 473. Initium Proloquii p. 5: Mactè animî jam estote Domini Auditores! et tanquam fortissimi state viri.... (Haec prima pars continet commentarium in octo libros Physicorum!)

b) Philosophiae Naturalis Pars altera pertractans Libros de Mundo, et Caelo, de Generatione et Corruptione, de Meteoris, et Anima: p. 475 - 665. Initium: Physicâ Universali pro rerum dignitate, ...

c) Philosophia Transnaturalis seu Metaphysica: p. 666 - 723 (cum incompleta Quaestione de Angelis p. 704 - 723)! Initium: Philosophiam tam rationalem quam naturalem,.....

Etiam in hoc codice ut in praecedente P. Carolus Gschwandtner, tunc Salisburgi Professor Philosophiae, tam auctor est quam scriptor. Sed valde dubitandum est, num etiam pagg. 684 - 723 ab eodem scriptore exaratae sint; nam p. 684 character scripturae magnopere mutatur.

Quod praecedens codex, qui logicam continet, anno 1717 scriptus est, probabiliter codex noster anno 1718 in lucem evenit, quia philosophiae professores logica finita statim philosophiam naturalem subsequente anno tradere solebant.

Bibl. Cod. MN II 321

54 pagg., involutae folio chartaceo ab intrinsecus typis impresso inter annos 1710 et 1720.

Index in Authores Poeticos tum Classicos tum Steotericos (?), quorum plurima ex authoribus classicis variis in Alphabetum digesta vide in Parnasso Nicolai Nomesii. (Qui Parnassus poeticus Nicolai Nomesii Coloniae 1604 editus etiam in bibliotheca Steitenstettensi exstat sub numero 92.4.92.)

Inveniuntur in hoc indice iuxta rerum ordinem alphabeticum dispositi numeri versuum: Ex Virgilio (Affectus, Descriptiones, Laudes Personarum, Loci Communes, Orationes, Preces): p. 1 - 14; Ex Ovidio Fastorum, Tristium, de Ponto, in itinere ad Liviam, de nuce, et metamorphosis iuxta expurgationem P. Pontani (secundum eandem dispositionem ut in Vergilio, additis tamen Metamorphosibus seu Transmutationibus rerum variarum iuxta fabulas): p. 15 - 35;

Index in Opera Statii (fere eodem modo ut in Vergilio et Ovidio dispositus): p. 35 - 47; Index in Lucani Pharsaliam (sine divisione x partium): p. 48 - 51.
NB! Nicolaus Nomeseus non est auctor huius indicis, nam Parnassus poeticus illius auctoris neque secundum auctores divisus est neque secundum capita rerum. Itaque tam auctor quam scriptor codicilli nostri ignotus est. At scimus, quo fere tempore ortus sit; etenim ad involvendum libellum fortasse ipse scriptor usus est folio typis impresso et Eleonorae Magdalenae Theresiae ....Augustissimi Imperatoris Caroli Sexti Genitrici...dedicato. Quae dedicatio sine dubio facta est neque ante 1711, quo anno Carolus VI. Imperator creatus, neque post 1720, quo anno mater eius mortua est.
Quid significet vox Steoxtericos in inscriptione huius libelli, nescio; forsitan lapsus est calami pro Neotericos.

Bibl. Cod. MN III 80

8°min; 738 pagg; teg. b2; script. ca. 1720 (?)
BaumGärtl für (?) In Kleinem Druck drinnen darinen Morgen Abend et (?) Beicht und Communiongebet gebetter (!) Auch Sonst Noch Andere schöne Mößgebetter: Auch Andere gar schöne gebetter:
Hic liber precatorius non nisi preces Germanicas continet, easque artificiose nigro et partim rubro atramento scriptas. Pagina titularis coloribus ornata est. Insertae sunt aliquot imagines chalcographice depictae a Martino Engelbrecht Augustae Vindelicorum.
P. 58 invenitur nomen Heigl Franz Xaverius, quod vero non scribentis librum, sed cuiusdam libro utentis videtur esse nomen. Ideoque non solum auctor, sed etiam scriptor ignotus. Sed et quando ortus sit liber noster precatiorius, incertum est, et nil nisi formam tegumenti scripturaeque respiciens hoc loco inserui eum catalogo

Bibl. Cod. MN III 31

X + 495 foll; teg. b2; script. ca. 1720 (?)

(Liber precatorius)
Vera inscriptio huius libri Germanica lingua compositi cum aliquot foliis deperdita est. Fol. II - X, 3 - 8 exhibent quasdam instructiones spirituales, ex. gr. fol. 5v: Wie ein Mensch geistlicher Weiß in die Himmlische Kramm gehen soll und Von Gott und den lieben Heilligen schöne kleyder einkauffen, damit sein Seel geziert werd. Cetera folia continent pias preces. Post fol. 288 insertum est imago chalcographice delineata ab A. Spaiser. Neque auctorem scio neque scriptorem. Quando ortus sit hic libellus, coniicio ex forma tegumenti scripturaeque et usu loquendi.

Bibl. Cod. L X V I I I

4°, decem Tomi, teg. d cervini coloris, script. 1720/21
Henerici Zoesii Amsterfortii Juris Consulti In Academia Lovaniensi Legum Professoris Ordinarii Commendarius ad Pandectas Seu Digesta Juris Civilis Novissime interpretatus in Collegiis privatis Clarissimi viri Wenceslai Joannis Krigelstein Juris Utriusque Doctoris et in Celeberrima Universitate Pragensi.....Pandectarum Professoris Publici.....Conscripta anno 1705 a Reverendo Domino Sigismundo Kartl, postea verò à Me anno 1720 Joanne Antonio Schönfeld tunc temporis pandectarum Auditore.
Clausula in fine tomi X.: finivimus ....opus magnum Digestorum Die 30 Julii Annô 1721.
Singuli tomi continent ca. 200 foll; auctor huius commentarii in ius civile est Wenceslaus Joannes Krigelstein, qui usus est Commentario Henrici Zoesii, scriptor vero Joannes Antonius Schönfeld, qui usus esse videtur scriptis Sigismundi Kartl.
Vide etiam veterem Catalogum Codicum Manuscriptorum, qui in Tomo I p. 146 - 147 hoc opus fusius tractat!

Arch. Cod. 34 - 3 (XVIII 3 h)

fol., 428 pagg; teg. c1; script. ca. 1720
Diatriba Virtutum seu Schola Perfectionis sub schemate sacri Tyrocinii per Reverendum Religiosum Dominum P. Caelestinum Pley Ordinis Sanctissimi Patris Benedicti in Seittenstettensi ad Divam Virginem Inferioris Austriae Monasterio Professum, Sacrosanctae Theologiae Doctorem, ejusdemque quondam in Universitate Salisburgensi Professorem, et Vice Rectorem, Celsissimi ac Reverendissimi Sacri Romani Imperii Principis et Archi-Episcopi Salisburgensis etc. etc. Consiliarium Ecclesiasticum exhibita.
Quae diatriba virtutum in forma dialogi inter magistrum et discipulum explicatur.
Codex noster continet 6 paginas imaginibus ornatas; quarum in margine inferiore a sinistris invenitur signum: Joseph Gottfried Prechler delineavit Steyr Garsten. Qui in basi imaginis titularis p. 3 etiam ipsum auctorem P. Caelestinum Pley cum operibus, quae in lucem ediderat, adumbravit. p. 8 legitur titulus tomi nostri: Liber I De Virtutibus Theologicis. (Librum II continet sequens codex!)
Utrum ipse auctor codicem nostrum scripserit, incertum est. Ortum autem est hoc opus inter annum 1711, quo magisterium Salisburgense finivit, et 1723, quo anno mortuus est auctor noster.

Arch. Cod. 34 C (XVIII 3 m)

fol., 146 pagg; teg. c1; script. ca. 1720

a) Liber II. De Virtutibus Cardinalibus. Plurimum Reverendi ac Clarissimi P. Caelestini Pley Seitenstettensis: p. 1 - 31

b) Liber III. De Virtutibus Moralibus. Pars Prior: p. 32 - 126

c) Caput de Zelo Animarium, § 1 Commendatur intensus erga proximum amor: Dialogus Discipuli et Magistri: p. 127 - 141

Non est dubium, quin codex noster continuet codicem praecedentem 34 - 3. Num vero in codice nostro totum opus completum sit, valde dubitandum est; item, num typis impressum in lucem umquam evenerit. Sed sine dubio P. Caelestinus Pley auctor est totius codicis nostri. Inveniuntur etiam in hoc codice 26 paginae a Joseph Gottfried Prechler Garstensi binis delineatis imaginibus rotundis, quas emblemata dicunt, ornatae.

Etiam huius codicis num ipse auctor etiam scriptor sit, incertum. Cum codex noster certo fere eodem tempore quo praecedens ortus sit, vide, quae supra p. 203 de origine huius operis explicaverimus.

Bibl. Cod. MN I 8

fol., 292 pagg; teg. c 2; script. 1723 aut paulo post

a) (Dedicatio operis): p. 1 - 2:

Reverendis in Christo Patribus, et Dominis Praeposito, Decano, Seniori, totique Capitulo Pataviensis Ecclesiae, Laurentius Hoch-Wartus thyrsonrutinus Salutem Dicit. Bruschius Poeta Passavienses Episcopos vobis Patribus amplissimis inscriptos edidit. Cum vero illic pro poetica Licentia remoras et Salebras quasdam asperas interspersit, quae Doctorem offendere possint: voluit Reverenda Paternitas Vestra ut recognito volumine, asperitudines ipsas levigatas complanarem.....Sunt autem tam pauca, quae pro Rerum certitudine vel addita, vel ablata, vel imitata sunt in Libello, ut Bruchius (!) non offensionem, sed officium sibi factum agnoscere debeat. Id, quod vobis Patribus meis, et Dominis observandissimis iterum dijudicandum, et censendum offero, me ad omnem obedientiam, et obsequium humiliter commendans. Datum Pataviae Calendis Novembribus Anno Domini M. D: L III (1553)

b) Index (qui sola nomina Episcoporum Pataviensium congerit): p. 3 - 4

c) Summi Templi Pataviensis Praepositorum Index: p. 5 - 10 (usque ad annum 1723!)

d) Summi Templi Pataviensis Decanorum Index: p. 12 - 17 (usque 1716!)

e) Episc(op)orum Laureacensium Pataviensiúmque Catalogus à Bruschio Poeta primùm aeditus, ac à Laurentio HochWarto majorum Suorum jussu recognitus ac interpolatus: p. 19 - 288.
(Caspar) Bruschius, poeta laureatus, circa annum 1550 opus historicum De Laureaco et de Patavio edidit, cui etiam catalogum episcoporum inseruit. Quem catalogum Laurentius Hochwart, natus in loco Tirschenreut in Palatinatu Superiore (ideoque thyrsonrutinus!), anno 1549 canonicus Pataviensis creatus, anno 1553 iussu Superiorum recognovit. Sed et hanc recognitionem nescio quis auctor (certo non ipse Laurentius Hochwart, quippe qui iam anno 1570 mortuus sit) usque ad annum 1605 (vide p. 288!) continuavit. Quam continuationem fere illo tempore factam esse, ex eo coniiciendum est, quod p. 288 de episcopo Urbano anno 1598 mortuo dicitur: Lugent ipsum adhuc et deflent famuli, Cives, et Subditi. Sed et huic operi continuato quartus auctor Indicem Praepositorum Pataviensium usque ad annum 1723 et Decanorum usque ad annum 1716 anteposuit. Quod totus codex ab una eademque manu scriptus est, non potest ortus esse ante annum 1723. Scriptor ignotus.
Nota in parte adversa tegumenti ab intrinsecus: Ein wohl zu bewahrendes Manuscript.
De Bruschio Poeta vide Allgemeine Deutsche Biographie, Tom. III, Lipsiae 1876, p. 453 - 455 s. v. Brusch: Kaspar (auctore Horawitz), de Laurentio Hochwart ibidem, Tom. XII, Lipsiae 1880, p. 529 - 530 s. v. Hochwart: Lorenz (auctore de Oefele).
In parte e nonnisi exterius dimidium paginarum inscriptum est.

Bibl. Cod. MN I 9

fol; 906 pagg; teg. bl cum dorso albo; script. 1723 (?)
Relation und Beschreibung Der Von Dem Allerdurchlaüchtigst=Großmächtigst: und unüberwindlichsten Römischen Kayßer Carolo Sexto Zu Germanien, Hispanien, Hungarn, und Böhaimb König Ertzherzog Zu Österreich etc. etc. mit dero Allerdurchlaüchtigsten Frauen Gemahlin Der Römischen Kayßerin Elisabetha Christina In: Germanien, Hispanien, Hungarn, und Böhaimb Königin, gebohrnen Herzogin Zu Braunschweig lüneburg und dero Beeden Durchlaüchtigsten Ertzherzoginen Maria Theresia, und Maria Anna Anno 1723: von Wienn, nach dero Erb Königreich Böhaimb in die Haubt Stadt Prag Verrichten Rays, Daselbst gehaltenen Einzug, Von denen gesambt Böhaimbischen Ständen allergnädigst angenohmenen Erb Huldigung. und darauf erfolgten Zwayfach glorreichesten Königlich: Böhaimbischen Crönungen.....In Einer

ordnung Zur künfftigen Nachricht mit denen als beylagen angeführten und von denen originalien getreülich abgeschribenen Referatenx auch angehörigen listen des mitgewesten Personalis, dann Einem ausführlichen Indice, umb all= und Jedes, finden Zu können Zusamben getragen, und beschriben Durch Allerhöchst gedacht: Ihro Kayserlich und Königlich Catholische Mayestätt Hofbuechhaltern, und damahls auf Solcher Rays mitgewesten Raytt Rath Johann Adam Von Heintz.

a) p. 5 - 6 vexillum regni Bohemici ab una et ab altera parte artificiose depictum est.

b) (Res gestae ad praeparandam coronationem, praesertim iter ab urbe Vindobona ad civitatem Pragensem) p. 9 - 646

c) Beschreibung deß Einzugs, Welcher der ....Römische Kayßer Carolus Der Sechste.....mit.....Der Römischen Kayßerin Elisabetha Christina .....In Dero Königliche Drey Prager: Stätte den 30.ten Junii Annô 1723 gehalten: p. 647 - 672

d) Actus Der Königlichen Bömischen Allgemeinen Erb=Huldigung Wie Solche Bey der zugleich vorgegangenen Land=Tags=Proposition Dem....Römische Kayßer Carolo Dem Sechsten. ....Als König zu Böheim, Die Gesambte Böhmische Stände Am 4.ten Septembris Annô 1723: In allertiefester Unterthänigkeit abgeleget haben: p. 673 - 692.

e) Beschreibung Wie es Bey deß.....Römischen Kayßers Caroli Deß Sechsten.....In dero Königlichen Residenz:Statt Prag den 5.ten Septembris Anno 1723: fürgegangenen Königlichen Bömischen Crönung gehalten worden: p. 693 - 802

f) Beschreibung Wie es Bey der Allerdurchlaüchtigst= und Großmächtigsten Fürstin und Frauen Frauen Elisabethae Cristinae Römischen Kayßerin .....Am 8.ten Septembris Anno 1723: In der Königlichen Haubt= und Residenz Statt Prag fürgegangenen Königlichen Bömischen Crönung gehalten worden: p. 803 - 866.

g) (Index rerum alphabeticus): p. 867 - 903.

Auctor codicis nostri est Johann Adam Von Heintz, scriptor autem ignotus, quoniam vix probari posset, codicem nostrum esse exemplar ab ipso auctore conscripto.

Inscriptio in parte adversa tegumenti: D. A. S. 1774 = Dominicus Abbas Seitenstettensis (tegumento munivit hunc codicem anno) 1774.

Inscriptio dorsi: Homagium Statuum et Coronatio Caroli VI. In Regno Bohemiae Anno. 1723.

Bibl. Cod. 97.1.6

fol; 670 pagg; teg. bl cum dorso albo; script. 1723 (?)
Codex Provincialis oder Gedenk=Buch Deren Hochlöblichen Herren Herren Ständen des Erzherzogthums Oesterreich unter der Ennß, In welchen Von denen Römischen Kaysern, Königen, und Oesterreichischen Landsfürsten, denen Hochlöblichen Nieder=Oesterreichischen Herren Herren Ständen ertheilte Freyheiten, und Immunitaeten, allergnädigst geschöpft: dises Land betreffende Resolutiones, Decreta, Rescripta, und Mandata, errichtete Receß und Abhandlungen: auch die von wohlermeten (!) (=wohlermeldten?) Hochlöblichen Herrn Herrn Ständen selbsten in politicis et Oeconomicis gemachte merkwürdige Schlüs, Sazungen und Ordnungen.....und andere Memorabilia enthalten Alles aus denen bey einer Löblichen Nieder=Österreichischen Landschaft Registratur verhandenen Originalschriften.....und anderen Authentischen Documenten ausgezogen, und ordine Alphabetico zusammengetragen Durch Johann Fischer, einer Löblichen Nieder=Österreichischen Landschaft Registranten, und Bestand: Gföll Amts Expeditorem. Anno 1723
Codicis Provincialis Erster Theil Von Littera A. bis F. das ist von No 1. bis No. 672. (Ordo rerum alphabetice dispositus est.)
Auctor codicis nostri est Joannes Fischer, Statuum Austriae Inferioris ab officiis. Scriptor autem codicis nostri ignotus est; cum codex noster probabilissime non ab ipso auctore scriptus sit, non est certum codicem nostrum iam anno 1723 ortum esse. Sed inscriptio in parte adversa tegumenti D. A. S. 1774 non indicat, codicem nostrum non ante annum 1774 scriptum esse, sed nil nisi codicem anno 1774 ab abbate Dominico Gusman Seitenstettensi tegumento munitum esse.
Codex noster in quattuor codicibus sequentibus continuatur:

Bibl. Cod. 97.1.7

fol; ca. 600 pagg; teg. bl cum dorso albo; script. 1723 (?)
Codicis Provincialis Anderter Theil Von Litera G bis M. das ist Von No 673 bis No 1226.
Cum hic codex nil nisi codicem praecedentem prosequatur, vide, quae supra de auctore, scriptore, origine exposuerimus!

Bibl. Cod. 97.1.8

fol., ca. 650 pagg; teg. b1 cum dorso albo; script. 1723 (?)
Codicis Provincialis Dritter Theil von Litera N bis S, das ist von No 1227 bis No 1876.
Hic cum nil nisi continuet codex duos codices praecedentes, vide supra p. 207, quae ad codicem 97.1.6 de auctore, scriptore, origine totius operis dixerimus!

Bibl. Cod. 97.1.9

fol; ca. 540 pagg; teg. b1 cum dorso albo; script. 1723 (?)
Codicis Provincialis Vierter Theil von Litera T. bis Z. das ist Von No 1877 bis No 2410.
Codex noster ultima pars est illius operis, cuius inscriptionem, auctorem, tempus scripturae tecturaeque supra p. 207 ad codicem 97.1.6 exposuimus.

Bibl. Cod. MN I 15

fol; 298 pagg; teg. b1 cum dorso albo; script. 1723 (?)
Index über Alle Vier Theil des Codicis Provincialis deren Der Erste von N° 1. bis N° 672. Der Anderte von N° 673. bis N° 1226. Der Dritte von N° 1227 bis N° 1876. Der Vierte von N° 1877 bis N° 2410. In sich begreiffet.
Quam cum comparaveris inscriptionem cum inscriptionibus codicum praecedentium 97.1.6 - 9, statim intelliges codicem nostrum esse indicem (alphabeticum) illius operis, quod isti quattuor codices continent. Qua de re quae ad codicem 97.1.6 de inscriptione, auctore, scriptore, tempore scripturae tecturaeque explicavimus, etiam ad hunc codicem pertinet, nisi forte incertum est, num ipse auctor operis etiam hunc indicem generalem composuerit.

Bibl. Cod. MN III 32

8°min; 274 pagg; teg. c2d; script. 1723

a) Underscheidt Guoter Und böẞen novizen: p. 1 - 11
b) Ein Schöne Lehr für die so newlich haben Profession Gethuon: p. 11 - 19
c) Ein schöne lehr wie man den Eignen willen soll Verlaugnen: p. 19 - 32

d) Von allerley frächeit Und Vermäßenheit: p. 32 - 40
e) Von Allerley UnEhrerbietigkeit: p. 40 - 46
f) Zucht In der Kirchen: p. 46 - 50
g) Zucht In den Kleidern: p. 50 - 52
h) Zucht In Den Blick: p. 53 - 56
i) Von Allerley Zucht: p. 56 - 71
j) Lehr Für Ein novizin: p. 71 - 73
k) Waß Ist Daß Gebäth? wie muoß Ich Dan bäten - Wie muoß Ich singen? p. 74 - 75
l) Wie Muoß ich die Unordentliche liebe Und begihrligkeit Überwinden? p. 75 - 77
m) Waß Ist der Eigne Verstandt Urtheill Und meinung? p. 77 - 79
n) Waß Ist Zum allerschädlichisten Einer die recht will Geistlich Leben? p. 79 - 81
o) Wie muoß Ich mich In dem Reden Abtöden? p. 82 - 83
p) Ein Kurtze lehr Daß Heilige stillschweigen Zuo halten: p. 83 - 84
q) Die Weiß Christum Den Herren Under Dem Essen vor augen Zuo haben: p. 84 - 92
r) Meinung wie man all sein Thuon Und laßen köne Zuo Got richten und ordnen: (Z): p. 92 - 97
s) Ein kurtze Lehr Für Allerley Creütz Und widerwärtigkeiten: p. 97 - - 101
t) Etliche Mitell Alles Recht Und wohl Zuo verichten: p. 102 - 103
u) Weiß Daß Leben Oder Leyden Christi Zuo betrachten: p. 104 - 108
v) Ein Kurtzeß memento Oder gedächtnuß Im Ambt der Heiligen meß Oder so Offt man Ein Crucifix ansicht nutzlich Zuo gebrauchen: p. 108 - - 111
w) Ein kurtze doch krafftige Übung wan man für das Heilige Sacrament kombt Oder alle stundt Und so Offt man will mit nutz Zuo sprechen: p. 111 - 117
x) Schutz Gebetlein wan tu Dich wilt bereiten auf das noviziat Oder Geistliche hochzeit: p. 117 - 120
y) Meinung Für Eine Die will Geistlich werden: p. 121 - 123
z) Gynaeceum: Regum; Regis: Gaistlicheß FrauwenZimer deß königs aller künigen Zuo nutz Und Ehren? Aller Der Jenigen so Under der Regull deß Aller Heiligisten Vaters St: Benedicti: Got Zuo dienen sich verlobt haben? Opera? Reverendi P. F(ratris) Gabrielis: Buzelini: Ordinis Imperialis monasterii: Weingartensis: p. 127 - 273. p. 273 cor Mariae adumbratum est, sub quo numerus anni 1723 invenitur. Saltem partis z) auctor est P. Gabriel Buzelini. Scripsit libellum nostrum forsitasse monialis quaedam ignota. Nota possidentis p. 274: Dises Büchlein gehört dem Simon Blum in Fußach An boden Seeh 1806. Alii possesores in parte adversa tegumenti ab intrinsecus notati sunt: Faessler Georg; Ehrer Wilhelm stud. phil.

Etiam p. 124 exstat nota possidentis: Dieses Büchlein gehört mir Simon Blum in Fussch (= Fussach). In eadem pagina inveniuntur litterae initiales (B), quae num sint signum scribentis, valde dubito. Nam possunt etiam esse signum auctoris Gabrielis Buzelini. Notandum quoque est, hunc auctorem iam mortuum esse, quando codicillus noster scriptus est. (Mortuus est enim anno 1681.)
Dubitandum est etiam, utrum codicillus ab una tantum an a duabus manibus scriptus sit. Etenim a p. 168 forma scripturae aliena est a praecedente parte libelli.
Libellus noster forsitan in monasterio monialium scriptus, postea circa annum 1800, cum ubique monasteria abolita sunt, a laicis acquisitus xxxx sit.

Bibl. Cod. MN II 266

IV + 362 pagg; teg. b1; script. 1724

Arzteney Buech. Maria Magdalena Antonja Voglin gehörig Anno 1724

a) Friderici Zobelii Chymische Medicinische Perle Mit dem Andern Theil Von Schuß=Wunden Vermehret darinen herrliche, Köstliche Medicamenta nebst deren gründlichen bericht Und außführlichen Ursachen deren Kranckheiten auch deren Curation nach Spagirischer Art Und Weiße zufinden. Dresden Bey Johann Jacob Wincklern 1724: p. III, 1 - - 247 cum Indice Capitum et Rerum p. 248 - 258

b) M (= Magistri?) Iohannis Isaci Hollandi vegetabel Werckh: p. 259 - - 360.

Totus codex ab una eademque manu accuratissime scriptus est; at non est certum ipsam Mariam Magdalenam Antoniam Vogl esse scriptricem. Insuper incertum est, num femina illa, cui proprius erat hic liber medicinarum, consanguinea sit cum P. Francisco Vogl, qui anno 1732 in monasterio Seitenstettensi vota nuncupavit. Certe non fuit mater eius, quippe cui matri nr esset nomen Maria Juliana.

Bibl. Cod. MN III 33

8°min; 186 pagg; teg. b1; script. 1724 aut paulo post

Abregé des Maximes des Saints que doivent imiter les bons Chrêtiens. De Paris. 1724.
Videtur haec collectio brevissimarum vitarum Jesu Christi et Sanctorum cum celeberrimis dictis eorum Parisii 1724 typis edita et postea a nescio quo manu exscripta esse. Sed et auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN III 34

8°min; 408 pagg; teg. b1; script. paulo post 1725

(Additiones ad quosdam tractatus theologicos)

a) Ad Tractatum Decimum: De Praeceptis Ecclesiae: p. 1 - 23

b) Ad Tractatum Undecimum: De beneficiis Ecclesiasticis: p. 23 - 32

c) Ad Tractatum Duodecimum: De immunitate Ecclesiastica et indulgentiis: p. 32 - 67

d) Ad Tractatum Decimum Tertium: De Censuris, irregularitate et poenis Canonicis: p. 67 - 111

e) Ad Tractatum Decimum quartum: De Sacramentis: p. 111 - 321

f) Index continens novas Additiones: p. 323 - 406 (Qui index iuxta ordinem rerum alphabetice dispositus est.)

Scriptor ignotus; sed et utrum ipse scriptor an alius has additiones indicemque collegerit, nescio. Quo tempore collectio nostra composita sit, sequens locus p. 32 videtur indicare: "Dices juxta novissimam bullam Benedicti XIII. Ex quo Divina etc. Romae 15 Junii annô 1725 publicatam....". Qua de causa codicillus noster probabiliter non multum post annum 1725 congestus est.

Bibl. Cod. MN II 267

224 pag; teg. d (partes adversa et aversa fusci, dorsum et extrema cervini coloris); script. 1727

Argumenta.Dictata et Correcta à Reverendo Magistro Georgio Pasöcger et à me Mathia Viehpaur Parvista diligentissimè et ornatè inscripta. Annò 1727: p. 3 - 216. Nota p. 2: Dises Correcten Puech ist Zugehörig den Mathia Vierbaur (!) 1. 7 2. 6.

Hic liber ita ortus est, ut magister Georgius Pasöcger quottidie quaedam themata lingua Germanica dictaverit, discipulus vero Matthias Viehpaur haec themata in Linguam Latinam verterit, deinde magistro corrigenda proposuerit, postremo correcta codici nostro una cum thematibus Germanicis inscripserit.

Mathias ille Viehpaur probabiliter idem est atque P. Amandus Viechbauer, qui anno 1713 natus 1735 in monasterio Seitenstettensi vota nuncupavit. (p. 18 scriptor noster nomen suum ita signat: Ego Mathias Vichbaur!)

Georgius Pasöcger non fuit monachus Seitenstettensis.

Nota p. 1: An gottes Segen ist alleß gelegen. Deo Laus Semper Anno 1727

Themata dictata sunt de rebus gestis temporum antiquorum.

Bibl. Cod. 69.7.33

fol; 322 foll; teg. b1 cum dorso albo; script. 1728 (?)

a) Erb=Huldigungs Actus: In Inner Österreich, idem (!), Steüer (=Steiermark), Cärnthen, Crain, Görtz, Triest= und Fiume: Wie solcher Anno 1728: Ihro Römisch Kaiserliche in Hispanien auch zu Hungarn und Böhaimb Königliche Mayestät Ertzhertzogen zu Österreich Carolo Sexto .....abgelegt worden.....alles Unter dem Praesidio Deß Hochwohlgebohrnen Herrn Herrn Johann Frantz Godfried deß Heyligen Römischen Reichs Grafen von Dietrichstain Freyherrn zu Hollabrunn,... Und Hof=Cammer Praesidenten In Einer ordnung zur künfftigen Nachricht.....zusamben getragen und Beschriben Durch Allerhöchst gedacht Ihro Kayserlich und Königlich Catholischen Mayestät Hof=Buchhaltern, und damahls auf gedachter Ray Rayß mit gewesten Raitt Rath: Johann Adam von Heintz: fol. 1 - 106

b) Beylagen, Welche zu Den Anno 1728 .....Erbhuldigungs Actum gehörig seynd, Zusamben getragen, und in ordnung gebracht: Durch Johann Adam von Heintz, ...: fol. 107 - 322.

Scriptor ignotus; item incertum, num codex noster iam anno 1728 scriptus sit.

Inscriptio in tegumento adverso: D. A. S. 1 7 7 . ita intelligenda est: Dominicus Abbas Seitenstettensis anno 1774 tegumento munivit hunc codicem. (Vide eandem inscriptionem supra p. 206 ad codicem MN I 9 et p. 207 ad codices 97.1.6 - 9 et MN I 15!)

Bibl. Cod. MN III 36

8°min; 658 pagg; teg. b1, sed dorso ornamentis inauratis decorato, claustura argentea artificiose sculpta claudendum; script. 1729

Geistliches Hand-Büchlein bestehend In allerhand schönen und Durchgehends Trostreichen Gebettern, Officien und Lytaneyen Anno MDCCXXIX (1729).

Insertae sunt aliquot imagines chalcographice depictae, quas partim Martinus Engelbrecht, partim I. A. P. excuderunt Augustae Vindelicorum. =Pfeffel

Scriptor et compilator huius libelli precatorii ignoti; litterae initiales I A W clausturae ab intrinsecus incisae fortasse possessorem libelli indicant.

Arch. Cod. 34 LL (A 77)

8°; 272 pagg; script. 1731; teg. a 1

Compendium Tractatus theologici de Deo Uno et Trino, ab Admodum Reverendo P. Mauritio Marchesi anno Domini 1731 Professore Sacrosanctae Theologiae in universitate Graecensi secundario traditi, per F. Paulum Reich Ordinis S. P. Benedicti Professum Seittenstettensem elaboratum.

Initium p. 7: Disputatio Prima De Existentia, Essentia, et Divinis Attributis Articulus Primus An et quomodo nobis innotescat Existentia Dei: Praenotandum Primo: Quia (?) ab omnibus non atheis admittatur et statuatur.....

Itaque F. Paulus Reich in hoc compendio lectiones a P. Mauritio Marchesi habitas contraxit, et compendium conscripsit.

Bibl. Cod. MN III 37

8°; 183 pagg; teg. b1, in extremis teneris figuris ornatum

a) Lob und EhrBezeug: Dem Heiligen Joan von Nepomuk Nebst Andächtigen Gebeten in Unterschidlichen Nöthen und Anliegenheiten, seinen Schutz, und Hilff anzuruffen wie auch andere Andächtige Seüfftzer Zu Jesu und seiner Heiligen Mutter Mariae: p. 1 - 148

b) Kurtze TagZeiten Von dem Heiligen Johanne Nepomuceno: p. 149 - 163

c) Litaney zu dem Heiligen Johann Nepomuceno: p. 164 - 172

d)(Diversae aliae orationes): p. 173 - 183

Parti adversae tegumenti ab intrinsecus inscripta est haec nota possidentis et scribentis: Ex Libris Joannis Georgii Seydel m(anu propr)ia (et hic annus additur alio atramento)x 1733. Cuius litterae initiales etiam in parte adversa tegumenti impressae auroque linitae sunt: J. G. S. 1. 7. 3. 3. Ipsum Joannem Georgium Seydel re vera scripsisse libellum nostrum ẋ eumque diligentissime indicant litterae initiales p. 148: J. G. S. 1733. Num preces huius libelli ẋ etiam ipse collegerit, nescio. Quae preces lingua Germanica compositae sunt, sed p. 144 et 148 aliquot versus Latini inspersi sunt.

Insertae sunt etiam aliquot imagines chalcographice delineatae, dico p. 3, 21, 111, quas sculpsit et excudit S. T. Sondermayr Augustae Vindelicorum, p. 63 et 145, quas Martinus Engelbrecht sculpsit et excudit Augustae Vindelicorum, p. 72, excusa ab I. A. Pfeffel (item Augustae Vindelicorum?), p. 75 et 85 sine signo artificis (forsitan S. T. Sondermayr).

Bibl. Cod. MN II 268

468 pagg; teg. c3d; script. 1735

Scripta propria F: Franciscci (Vogl) professi Seittenstettensis ex Theologia Speculativa Salisburgensi 1735.

a) Tractatus Theologicus in Primam Secundae S. Thomae Aquinatis Doctoris Angelici de Gratia Divina: p. 3 - 164 (Quaestio ultima p. 146 - 164 De virtutibus Theologicis). Nota in margine superiore primae cuiusque Ternionis paginae: Clarissimi D(omini) P. Alani (Ritter, professi Wessofontani et professoris Salisburgensis; vide etiam inscriptionem dorsi: Tractatus De Gratia P. A. Ritter!) Initium Proemii p. 3: S. Thomas hic prima secundae quaestione 109, à qua...

b) Tractatus Theologico speculativus de Paenitentia: p. 171 - 387. Initium Proemii: A Sacramento Eucharistiae et sacrificio missae,...

c) Tractatus Theologicus de extrema unctione, ordine et Matrimonio: p. 387 - 407. Initium: Cum ex peccatis per paenitentiae Sacramentum deletis remaneant quaedam ex illis velut reliquiae,....
In margine superiore primae cuiusque Ternionis paginae nota: Clarissimi D(omini) P. Corbiniani (Thomas Elchingensis professi et Salisburgensis professoris; qui certo auctor est tam partis b quam c)

d) Tractatus Polemico-Historicus In quo Alma Romano-Catholica Veritas de Venerabili, Amabili, et Admirabili Sacrosanctae Eucharistiae Sacramento contra nefandas impudentissimorum Sacramentariorum haereses demonstratur et propugnatur: p. 419 - 447. Nota in margine superiore p. 419: Primus (Ternio) ex controversiis Reverendi P. Placidi Renz (professi Weingartensis et professoris Salisburgensis). Initium: Quemadmodum noctuis, et bubonibus nihil magis inimicum luce, ...Saltem partis a lectiones videntur esse dictatae anno scholari 1734 - 1735; nam in cuius anni fine P. Alanus Ritter universitatem Salisburgensem reliquit.

Bibl. Cod. MN II 269

354 pagg; teg. a1; script. 1735/36

a) Tractatus Theologicus De Deo uno Dictatus à Clarissimo Domino P. Corbiniano Thomas Celeberrimi, ac imperialis Monasterii Elchingensis Professo. exceptus Verò à fr. Romano Gengl Monasterii Seittenstöttensis in inferiori Austria professo Annno (!): 1735: p. 3 - 190. Initium (Proemii) p. 7: De Theologiae nostrae praestantia, utilitate, ac necessitudine profari,.....

b) Tractatus Theologicus De Deo Trino Dictatus àb Eodem Domino P. Corbiniano (Thomas) Anno 1735: p. 195 - 244. Initium Partis Secundae De Deo Trino p. 197: Consideratis his, ait S. Doctor.....

c) Tractatus Theologicus De Angelis Dictatus àb Eodem Domino P. Corbiniano (Thomas). Anno 1736: p. 247 - 350. Initium p. 249: Tractatus Theologico Scholasticus De Angelis: Postquam Divus Thomas noster Deum ut est in se, ...Clausula: Tractatum hunc finivimus 24. Martii 1736.

F. Romanus Gengl non solum totum codicem nostrum, sed etiam sequentem scripsit.

Bibl. Cod. MN II 270

196 pagg; teg. a1; script. 1736

Tractatus De incarnatione Dictatus à Clarissimo Domino P: Leonardo Glotz ordinis Sanctissimi P. Benedicti in Celeberrimo Monasterio Wessofontano Professo, exceptus Vero à Religioso fr: Romano Gengl eundem S: ordinem in Monasterio Seittenstöttensi professo Anno à partu Virgineo 1736.

Initium Praefationis in Tractatum De incarnatione p. 3: Verbum Dei incarnatum esse fide Divina certum est,.....

F. Romanus Gengl etiam codicem praecedentem scripsit.

Bibl. Cod. MN II 271

222 pagg; teg. c3d; script. 1737

Tractatus Theologicus De Admirando Incarnationis Misterio. Ab Admodum Reverendo Patre Antonio Erber é Societate Jesu, Artium Liberalium et Philosophiae, nec non Sacrosanctae Theologiae Doctore. Ejusdemque pro tempore Professore Expositus Anno Domini MDCCXXXVII (1737).

Initium Tractatus De Incarnatione: p. 9: Augustissimum incarnationis misterium detractat S: Thomas.....

Scriptor ignotus.

Bibl. Cod. MN III 38

8°min; IV + 182 pagg; teg. chartaceum rubro colore fucatum et in margine teneris ornamentis decoratum; script. 1737
Geistliches & Handt Büchlein worin allerhandt Schöne Morgen, Abendt. Meß. Beicht und Communion. Neben andern Gebetter sambt 3 litaneyen begriffen seind: Anno 1737.
p. I nota possidentis: Joseph Steiblmilner Gehörig Anno 1773
p. III: praeceptum medicinale probabiliter ab ea scriptum, cuius nomen in linea paenultima reperitur: Tereßiä Steilbelmilin (Quae probabiliter uxor aut consanquinea Josephi Steiblmilner fuit.)
p. IV: imago chalcographice adumbrata a Martino Engelbrecht Augustae Vindelicorum.
Tam scriptor quam auctor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 272

256 pagg; teg. c2d; script. 1738
Tractatus Theologico-Scholasticus De IV. ultimis Sacramentis. Datus à ....P. Leonardo Kloz Ordinis S. Benedicti Professo Wessofontano Sacrosanctae Theologiae Doctore Reverendissimorum Sacri Romani Imperii Principum Celsissimi Archiepiscopi Salisburgensis et Serenissimi Episcopi Frisingensis Consiliario Ecclesiastico. pro tempore in Scholasticis Professore Ordinario in alma Benedictina universitate Salisburgensi Exceptus à F. Norberto Pampichler. Eiusdem Sacri Ordinis in Monasterio Seittenstettensi Professo, pro tempore Sacrosanctae Theologiae in primum annum Auditore Anno MDCCXXXVIII (1738)
Initium Praefationis In Tractatum de Sacramento Paenitentiae, et reliquis. Tractatus in Theologia Scholastica, quam profitemur, explicantur in Scholis omnino 8: discentes excipiunt singulis annis 2. et sic intra curriculum quadrigenii (lege: quadriennii!) absolvunt integram Theologiam,.... (p. 11)
F. Norbertus Pampichler scripsit etiam tres sequentes codices.

Bibl. Cod. MN II 273

284 pagg; teg. c2d; script. 1738

Tractatus Theologico-Scholasticus De Gratia, Justificatione, et Merito, Virtutibúsque Theologicis. Datus A.....P. Corbiniano Thomas Ordinis S. P. Benedicxti Imperialis Monasterii Elchingensis, Sacœrosanctae Theologiae Doctore, ejusdemque in Scholasticis Professore Ordinario, Celsissimi et Reverendissimi Archiepiscopœi et Sacri Romani Imperii Principis Salisburgensis Consiliario Ecclesiastico, ac Universitatis Viœce-Rectore Exceptus à F. Norberto Pampichler Ejusdem Sacri Ordinis in Monasterio Seittenstettensi Professo, pro tempore Sacrosanctae Theœologiae in primum annum auditore Annô MDCC XXXVIII (1738)

a) Tractatus Theologico-Scholasticus De gratia, justificatione, et merito: p. 11 - 165. Initium: Postquam S. Doctor noster de actibus humanis, tanquam mediis ad Salutem egisset,.....

b) Tractatus theologico-Scholasticus. De Virtutibus theologicis: p. 167 - 253. Initium: Materiae De gratia aliisque ad eandem pertinentibus succedit aureus ille triplexque funiculus,....

F. Norbertus Pampichler scripsit etiam codicem praecedentem et duos sequentes.

Parti adversae tegumenti ab intrinsecus affixi fragmentum exemplaris ipsi epistolae (?) cum subscriptione: F. NorbertVs Confrater Vester InDIgnVxIssIMVs gratIas agIt pro agratVLatIonę, et Vestros faVores effLagItat. (Chronogramma pro anno 1738)

Bibl. Cod. MN II 274

198 pagg; teg. c2d; script. 1739

Tractatus De Deo uno et Trino. Datus ab Admodum Reverendo ac Clarissimo Domino P. Leonardo Kloz Ordinis S. Benedicti Professo Wessofontano etc. etc. pro tempore In Archi-Episcopali Universitate Salisburgensi Sacrosanctae Theologiae Professore Ordinario. Exceptus à F. B Norberto Pampichler Ejusdem Sacri Ordinis in Monasterio Seittenstettensi Professo. pro tempore Sacrosanctae Theologiae in II. annum auditore Anno M.D.C.C.X.X.X.IX. (1739): p. 3 - 190

Initium Proemii In tractatum de Deo uno et Trino p. 7: Praecipuam inter cunctas disciplinas et scientias esse theologiam.....

F. Norbertus Pampichler etiam duos praecedentes et proximum exaravit codicem. Nostrum autem tractatum non absolvit.

Bibl. Cod. MN II 275

338 pagg; teg. rosaceum, perbellis figuris impressis et inauratis ornatum, dorsum extremaque e corio albo; script.1739 Tractatus Theologico-Scholasticus De Jure et Justitia ac Restitutione Datus à Plurimum Reverendo ac Clarissimo P. Corbiniano Thomas Ordinis S. Benedicti in Imperiali Monasterio Elchingensi Professo etc. etc. pro tempore in Archi-Episcopali Universitate Sacrosanctae Theologiae Professore ordinario. Exceptus à F. Norberto Pampichler ejusdem Sacri Ordinis in Monasterio Seittenstettensi Professo pro tempore Sacrosanctae Theologiae in II. annum auditore. Anno 1739: p. 3 - 328

Initium: Tractatus Theologico-scholasticus De Jure et Justitia p. 7: Equidem (?) post virtutes theologicas S. Doctor recto ordine procedit ad explicandas materias morales .....

F. Norbertus Pampichler etiam tres codices praecedentes scripsit.

Bibl. Cod. MN II 276

386 pagg; teg. chartaceum caeruleo colore fucatum; scr.p.1742 Mathesis Pura

a) Prolegomena Matheseos Purae: p. 3 - 5 et Vorbericht: p. 6 - 23
b) Erste Gründe der allgemeinen Mathematik: p. 23 - 76
c) Erste Gründe der Rechenkunst (Arithmetic): p. 77 - 177
d) Erste Gründe der Geometrie: p. 179 - 360
e) Erste Gründe der Trigonometrie: p. 361 - 370.
f) Erste Gründe der Dynamie (= Von Erfindung der Größe in der Geschwindigkeit): p. 370 - 381

Praeter quasdam definitiones et divisiones Latinas totum opus in lingua Germanica exaratum est. Nescimus vero, a quo compositum, a quo conscriptum sit. p. 4 laudatur" Brückners historia philosophiae critica;" quae cum anno 1742 in lucem evenerit, tomus noster ante annum istum non potest esse scriptus. Sed propter syntaxin Germanicam magis perpolitam et rectiorem rationem scribendi, quam circa annum 1740 in usu erat, aliquantum posterius puto opus nostrum ortum esse. (NB! Auctori laudato verum nomen est Brucker!) Partes d - f multis et elegantibus adumbrationibus illustratae sunt.

Bibl. Cod. MN I 10

5 fasciculi (folio) foliorum colligatorum, at non tegumento munitorum, sed in involucro chartaceo cum dorso scorteo (folio mai.) servati; script. non ante 1711

Inscriptio involucri: Nachrichten Von der Wacht: (mendum! intellige: Wahl!) und Crönung. Kayßers Ferdinandi Primi, Maximiliani Secundi, Ferdinandi Tertii; et Pacis Wesph(alicae) (!); Ferdinandi Quarti, Crönung der Kayßerin Eleonorae.

Fasciculus Primus: Wal Acta. Ferdinandi Primi Römischen Kaysers: 60 pagg.

Fasciculus Secundus: Wal-Acta. Maximiliani Secundi Römischen Kaysers: 54 pagg.

Fasciculus Tertius: Wahl: und Crönungs Acta. Kayßers Ferdinandi Secundi: 190 pagg;

Fasciculus Quartus: Wahl Acta. Ferdinandi Tertii Römischen Kaysers: 546 pagg;

Fasciculus Quintus: 88 pagg:

a) Wahl Actus. Ferdinandi quarti zum Römischen König: pagg. 3 - 43

b) Von der Crönung der Römischen Kayserin Eleonorae Magdalenae Theresiae: p. 45 - 86.

Fasciculi I - IV non solum electiones Augustissimorum Imperatorum continent, sed etiam multas ab eis gestas res enarrant.

Omnes fasciculi videntur ab una eademque manu, vel saltem eodem tempore scripti esse, fortasse inter annos 1711 et 1731, nam etiam fasciculi codicis sequentis MN I 11 eandem scripturam exhibent, usque ad Acta electionis Imperatoris Caroli VI anno 1711 factae, cum Acta anni 1731 iam ab alia manu scriberentur. Immo etiam priores fasciculi videntur non ante saeculum XVII. compositi sunt; sunt enim magis dissertationes historicae quam editiones ipsorum electionum actorum, et laudant opera virorum litteratorum, quae saeculo XVII. in lucem evenerunt.

Bibl. Cod. MN I 11

5 fasciculi (folio), e quibus quattuor priores foliorum ligatorum, quintus solutorum sunt, omnes autem non tegumento munitorum, sed in involucro ut supra in Cod. MN I 10 servati.

Fasciculus Primus: Waall Zur Römischen Kayser Leopoldi: 148 pagg.

Fasciculus Secundus: Vicariatssachen (Quid fiat tempore interregni aut imperatore impedito): 70 pagg.

Fasciculus Tertius: Von der Wall Ihro Römisch Kayserlichen Mayestätt Josephi anno 1689. und 1690: 158 pagg.
Fasciculus Quartus: Wahl: und Crönungs Act Caroli VI.: 304 pagg.
Fasciculus Quintus: Reichs Fürsten Raths Protxhocoll Dienstag den 18.ten Decembris 1731: 104 pagg.
Inscriptio involucri: Nachricht Von der Wahl: und Crönung Kayßers Leopoldi, Josephi, Caroli Sexti. Et re vera etiam fasciculus Primus et Tertius enaxrrant, quomodo electi illi imperatores etiam coronati sint.
Fasciculus Secundus et Quintus in involucro non notantur; nihilominus inserui eos hoc loco, quia Fasciculus Secundus regnante Leopoldo imperatore (vide p. 61 huius fasciculi!), Fasciculus Quintus sub Imperatore Carolo VI. videntur esse congesti.
Praeter fasciculum quintum omnes eandem scripturam exhibent; qua de re probabiliter omnes quattuor priores fasciculi inter Coronationem Caroli VI. anno 1711 et Consilium Principum Sacri Imperii Romani anno 1731 habitum scripti sunt.
Auctor (aut: Auctores?) vero et scriptor ignoti.

Bibl. Cod. MN I 12

52 fasciculxi = 541 foll; fol; uniuscuiusque fasciculi folia ligamine serico coniuncta suxnt; omnes autem fasciculi soluti in involucro chartaceo cum dorso scorteo servantur, quod ambitum foliorum aliquantum excedit (fol. mai.).
Inscriptio involucri: Wahl- und Cronungs: Prothocolla Kaysers Caroli Septimi. Et re vera continet involucrum nostrum protocolla 52 sessionum, quas principes electorales aut eorum nuntii Francofurti a die 20. Novembris 1741 usque ad diem 12. Martii 1742 instituerunt. Desunt tamen fasciculi, qui protocolla sessionis quartae (fol. 48 - 64) et trigesimae quintae continent.
Valde dubitandum est, num haec protocolla Carolo Septimo iam mortuo descripta sint. Qua de causa fasciculos nostros inter annos 1742 et 1745 scriptos esse, etsi non sine ulla haesitatione, putaverim. Quo modo hi fasciculi de electione et coronatione imperatoris rerum Austriacarum inimicissimi in monasterium Austriacum devenerint, digna est, quae solvatur, quaestio.
Ceterum neque compilatorem scio neque scriptorem.
(Ligamina serica, quae fasciculorum folia coniungunt, caeruleo colore tincta sunt.)

Arch. Cod. 33 O (I l. u.)

4°, 242 pagg. ligatae, sed probabiliter numquam tegumento munitae; script. partim 1742 - 1747, partim 1704

Inscriptio totius libri p. 1: Cogitavi dies antiquos et annos aeternos in mente habui: psalmus 76. versus 5.

Cum hac inscriptione confer, quae mortis nuntius, quem rotulam dicunt, de P. Michaele Steger, professo Seitenstettensi, anno 1748 defuncto, enuntiet:"ultimos demum annos soli praeparationi ad beatam mortem inter varios senectutis morbos, dedit." Cuius praeparationis fructus litterales maxima pars codicis nostri continet:

a) (Variae Latinae considerationes de creatione et morte hominis): p. 3 - 19.

b) (Paraphrasis Latina Sequentiae celeberrimae: Dies irae dies illa, tetrametris trochaicis ornata; praecedit autem alterum carmen eiusdem metri, continens decem strophas binorum tetrametrorum trochaicorum, ita ut prima stropha illius paraphrasis numero 11 signata sit; totum carmen continet 30 strophas.): p. 19 - 25. Cui carmini haec praefatiuncula praemittitur: ...brevi epitome, quae ad bonam ac felicem horam mortis, animae conducere poterunt, subsequentibus Rythmis compraehenduntur: qui, cum hymnorum more compositi sint pro cuiusvis libitu occini possunt, super hymnum. omni die dic Mariae...

c) de quatuor novissimis notata: p. 26 - 27. p. 26 invenitur nomen scribentis: Ego P. Michael Steger Monachus Seittenstettensis

d) (Pia exercitia in honorem S. Erasmi): p. 27 - 35. p. 30 - 34 Hymnus (iambicus). De S. Erasmo. Clausula p. 35: Vita S. Erasmi Succincte descripta ex Surio, variis tamen Rhythmis

e) Novum exercitium ultimo anno, uti suspicor, vitae meae, in honorem Sanctorum Vulnerum Christi Crucifixi,....: p. 35 - 41 (Carmen 29 stropharum)

f) (Varia pia exercitia, maxime Rhythmis exarata): p. 57 - 112. Dedicatio p. 57: En VobIs IesVs MarIa Ioseph Cor panDIt serVVs Vester sVsCIpIte et faVete (Chronogramma ad annum 1742). p. 58 inveniuntur litterae initiales scriptoris et auctoris: P. M. S. P: S. = P. Michael Steger Professus Seittenstettensis.

Nota p. 59: Exercitium in mea infirmitate temporis quadragesimae anno 1743.

Nota p. 96: Missas natalitias Seu nominalitias pro die Nominis Plurimum Reverendi ac Eximii P: Prioris nostri Edmundi (Furtner) pro praeterito 1742. et pro currente 1743 ritè persolvi, nempe quatuor. (additur alio atramento:) et pro currente 1744: rursum duas persolvi, item pro anno 1745 in die Nominis et 1746

p. 105 - 112: (Carmen lingua Germanica factum, cui praemittitur:) Exercitium De Patientia ratione pedum meorum anno 1745. in hyeme. Nota p. 112:"Sequuntur adhuc alii aliqui versus circa statum miserabilem ratione Bubonocelis (Leistenbruch), quas molestias ..(?).. quandoque (?) dolores ob huius miseriam perpessus, dum amplius ligamen (Bruchband!) portare non valui." At quae hic promittit carmina versusque (praeter titulum"versus primus") desunt.

g) (Oratio ad Jesum Salvatorem nostrum, chronogrammatica): Nota in margine inferiore eiusdem paginae 119: hoc triplici Cronographico genus humanum Christo Domino Redemptori Suo gratias refert pro Redemptione Sua. (Chronogrammata indicant annum 1742!X)

h) Exercitium de Venerabili Sacramento, quatenus in semetipso publicè expositum, et ut repraesentativum Sub Sacrificio Missae, nec non speciali cultu â Domo Austriaca antiquitus iam iam â Praedecessoribus Imperatoribus ad usque Serenissimam, piissimam Reginam nostram Mariam Theresiam devotissime veneratur. Rythmi devoti â pari Cultore Religioso Compositi: p. 121 - 140. Nota in margine sinistra p. 121: Exercitium in mea infirmitate et pedis sinistri miseria, anno 1745. (Quod exercitium carmine Latino 53 stropharum iambicarum compositum est.)

i) Exercitium Ultimum, de resignatione perfecta in Mortem ipsam. Oblectatio, amor, et Desiderium moriendi. id est: fundamentalis instructio, quemadmodum bonus ac timoratus, pius ac verus Christianus mortem non timeat, sed magno desiderio ac Cupiditate exspectet, cum gaudio amplectatur. annexa magna arte moriendi. Et quo modo Zelosus Parochus aut Confessarius Clientem Parochianum, Pastor bonus moribundam oviculam Suam Consolari, confortare ac ardenter cohortari possit. iuxta normam vulgò editam cui(u)sdam Benedictini 1745: p. 149 - 200. Initium Proloquii p. 150: Solent frequenter etiam honesti Mortales vultum suum immutare,....
pagg. 198 - 200 sunt additamenta, quibus haec praemittuntur:"Cum de novo tractatum hunc libenter moriendi descripserim, subsequuntur cuidam capitulo, affectus pii ad hoc ordinati, de quo quodvis capitulum agit" Qua de causa additiones certe ab ipso P. Michaele Steger compositae sunt; num vero et ipse tractatus, incertum est.

j) Officiorum et diversarum devotionum manipulus ad S. Archangelum Michaelem: Sumum (!) Supremae Sedis Ministrum....: p. 213 - 234
p. 213: Metrum Chrono=leoninum ad Sanctum Michaelem Archangelum:
MIChaeL astra pares CoLLeCto hIC stIpIte CLares (ad annum 1704)
ToLLe anIMI tabes, sIDera paCIs habes. (ad annum 1704)
Videtur igitur hoc officium in honorem S. Michaelis Archangeli anno 1704 ortum esse. Num vero ipse P. Michael Steger, qui anno 1702 sacerdotium susceperat, auctor sit, incertum est.

Arch. Cod. 34 00 (A 77)

8°min; 152 pagg; tegumentum ligneum, in dorso et extremis fragmentis membranaceis munitum (fragmentum dorso affixum saeculo XVI. manu inscriptum est!) et in parte aversa inductum charta rubra; scriptus 1736 et 1748

a) Itinerarium Fratrum Seittenstettensium Benedicti Veit, Romani Gengl. et Bernardi Prevenhueber Salisburgo (?) per Bavariam, Sueviam ad Beatissimam Virginem Einsidlensem. Anno 1736: p. 1 - 62

b) Itinerarium Brevissime collectum Sub peregrinatione mea ad S. Joannem Nepomucenum Pragae, Quam absoluto Philosophiae cursu cum Clarissimo Domino P. Ruperto Starch Admontensi ac pro tempore Juris Canonici Professore suscepi Anno 1748: p. 63 - 68

Quoniam P. Benedictus Veit Salisburgi ab anno 1746 usque ad annum 1748 Philosophiam tradidit, sine dubio partem b et composuit et conscripsit. Sed propter eandem scripturam etiam partem a idem scripsit. Quae cum ita sint, Benedictum Veit etiam priorem partem composuisse quis neget?

Bibl. Cod. MN II 277

146 pagg; teg. c1 cum dorso chartaceo rubro; script. ca.1750? Scripta Ascetica seu Instructiones Spirituales, Calamo Fratrum Novitiorum Monasterii Sanct=Lambertini in Styria excipi solitae.

a) Tractatus Primus De iis, quae partim Candidatis, partim Novitiis Sacro Habitu recens' indutis praeviè Scitu necessaria esse videntur: p. 4 - 57

b) Tractatus II. Hactenùs de illis actum est, quae partim Candidatis, partim Sanctae Religionis Tyronibus illico in aditu Novitiatûs scitu sunt necessaria, videlicet: variae Regulae, aliáque Documenta Novitiis nostris praescripta. Nunc ad solidiora Asceseos Principia non tam Novitiatûs annô, quàm toti Religiosae vitae decursui, Si non necessaria, certò perquàm utilia progredimur: p. 58 - 142

Neque auctor huius libelli notus neque scriptor.

Tegumentum, quo nunc codex noster tectum est, saeculo XIX, immo fortasse saeculo nostro confectum est. Etenim nostro quoque saeculo in usu erat liber noster ad instruendos novitios. Scriptura autem characterem saeculi XVIII. manifestat, eumque ca. 1750 (aut potius inter 1760 et 1780?) usitatum.

Bibl. Cod. MN III 35

8°, VIII + 190 + 92 = 290 pagg; teg. b1; script. ca. 1750

a) (Aliquot considerationes de bona morte): p. I - V (lingua Germanica

b) (Solatium infirmorum): p. VII, VIII, 1 - 184 cum Indice rerum p. 186 - 188. Inscriptionem huius partis e praefatione Latina p. VII restitui. Ceterum allocutiones ad infirmum precesque cum infirmo et adstantibus dicendae lingua Germanica compositae sunt, ceterae autem preces nec non consilia, rubricae, reliqua auxilia a sacerdote in visitatione infirmorum et administrandis sacramentis adhibenda lingua Latina conscripta sunt.

c) Modus Pius Disponendi Infirmum Ad felicem mortem obeundam: p. 190, 1 - 68 cum Indice Partis Secundae: p. 69 - 71. Etiam in hac parte ea, quae infirmo intimanda sunt, Germanica, quae sacerdotis auxilio sunt, ex. gr. totus index, Latina lingua composita sunt.

d) additamentum:
Psalmi, quibus vis diabolica mirè enervatur et infirmo prolegendi: 72 - 73.
(Aliae praeces in usum infirmorum): p. 73 - 78

e) Absolutio generalis. Fratribus nostris in mortis articulo danda: p. 79 - 82, Fratribus, et Sororibus Scapularis danda: p. 83 - 84

f) Commendatio animae agonizantis: p. 85 - 92 (lingua Germanica)
Neque qui hunc librum congesserit, neque qui conscripserit, notus. In p. 80 partis e) indicatur "Modus â Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa Quartodecimo Pontificatus Sui anno septimo die 5 Aprilis approbatus.(id est die 5. Aprilis anno 1747. Voces autem "a Sanctissimo Domino Nostro" videntur indicare, hunc locum Benedicto Papa XIV. vivente scriptum esse, id est ante 3. diem Maii anno 1758. Quae cum ita sint, codicem nostrum circa annum 1750 compositum esse quis negabit?

Bibl. Cod. MN III 40

8°min; 157 pagg; teg. b2; script. ca. 1750 (?)

a) Officiosa Pietas Exercitia ad cultum Dei Beatae Virginis Mariae et Sanctorum ordinata: p. 1 - 130

b) Praeparatio Ante Missam Pro opportunitate Sacerdotis facienda: p. 130 - 141

c) Gratiarum Actio Post Missam: p. 142 - 148

d) Quam Horrendum sit Sacro Sanctum Missae Sacrificium in peccato mortali offerre: p. 148 - 152.

e) (Addidit secunda manus Latinam, tertia Germanicam precationem): p. p. 152 - 155. Cetera Latina. Scriptor et compilator ignoti. Scriptura indicat codicillum nostrum ca. 1750 ortum esse.

Bibl. Cod. MN III 41

8°min; 550 pagg; tegumentum deest; script. ca. 1750

a) Was ein Fürsichtiger Mayr Von der witterung iedes Monaths durchs ganze iahr in acht Zu nemmen: p. 1 - 15

b) (Verschiedene Vorbedeutungen): p. 15 - 62

c) Salz aus Krautern etc. Zu praeparieren und Ziehen: p. 62 - 64

d) Vor Raupen oder Würm im Kohl und Kraut: p. 64

e) Nüzlicher unterricht und krurrze Vormerckhung was in einer Mayerschafft und Feld=aekher=bau Zubeobachten: p. 65 - 258

f) Salpeter oder Salniter Zu krügen unterschiedliche weis: p. 258-287

g) (Verschiedene Ratschläge): p. 287 - 309

h) Unterschiedliche Baum=schäden, und wie diß Zuverhüetten(?) abzuhelfen (?): p. 309 - - 327

i) Was Monathlich bey den bäumen Zu Thuen: p. 328 - 333

j) Von Einigen Obst=bäumen insonderheit: p. 333 - 364

k) (Von der Obsternte): p. 364 - 379

l) Obst und Baum=gartten: p. 380 - 515

m) (Verschiedene Ratschläge): p. 515 - 532

n) Register (alphabeticum) aller Hierinen Enthaltenen Sachen: p. 533 - - 549

o) Wanzen, Item Schwaben und Keffer Zu Vertreiben: p. 550

p) Salpeter Zu Figieren: p. 550 (Videtur hoc consilium non esse finitum, sed in fine libri nostri circa 20 paginas deesse putandum est, quia index rerum additamentis interpositis auctus est, quae usque ad paginam 553 res dissertatas esse indicant.)

Neque auctor neque scriptor huius codicilli notus est; at ortum esse eum fere anno 1750 non solum scriptura manifestat, sed etiam sequens Notabene p. 346: Die bauern, und weinhauer glauben, wie die Kirschen Blüehen und ansezen also Thue auch wein und Rockhen, und wan dise übl gerathen, seye es ein Vorbott daß wenig wein und Korn Zu hoffen sey.NB: anno 1748. hat sich in Korn iust das widerspill gezeuget. indem überaus Vill Kirschen worden, und Zimmlich gering daß Korn. Probabiliter ipse auctor aut scriptor noster - - fortasse ipse scriptor noster consilia huius libelli e variis libris prelo editis excerpsit - hanc rem contra ruricolarum regulam gestam libro nostro inseruit. Quam scire vix potuit, nisi non multis annis antequam haec scripsit gesta est.

Bibl. Cod. MN III 42

8°min; 545 pagg; teg. b2 (margines et dorsum ornamentis impressis et inauratis decorata); scriptus ca. 1750 (?)

Ein Schöneß Gebett Püechel Welcheß auß Underschietlichen Büechern zu=Sammen gezogen Und vor weltlichen Leyden gar wohl zu gebrauchen Seyn Wiert: p. 1 - 541

p. 544: Ich Soffina (?) Huetterin bin gebohren In Jahr ano (?) 1727 den 22 Jenner Zwißhen 7 Und 8. Ur Nachmigtag In den Zeichen des Wasserman. Quae scriptura, cum omni charactere senili careat, ostendit hanc notam possidentis saeculo XVIII. scriptam esse. Qua de re etsi liber noster precatorius ab alia manu scriptus est, tamen non post saeculum XVIII. scriptus esse potest. At orthographia et character scribendi huius codicilli indicant eum potius ante quam post annum 1750 scriptum esse. Nam nota paginae 544, quam supra exscripsimus, terminum post quem omnino non constituit, cum codicillus ab alia manu scriptus sit.

Inscriptiones variarum codicis nostri partium rubra colore scriptae sunt. In fine aliquot partium etiam ornamenta a scribente atramento delineata reperiuntur.

In margine inferiore p. 545: Ableitinger I. Kl. 1909 JSch. Qua nota p. Josephus Schock monachus Seitenstettensis libellum hunc a discipulo quodam nomine Ableitinger, qui primam classem gymnasii Seitenstettensis frequentavit, sibi traditum esse testificatur.

Arch. Cod. 29 N (XV 2m)

8°; 166 pagg; teg. d (flavum cum dorso et extremis cervini coloris); script. quoad maximam partem 1750

a) Notae brevissimae, partim Germanicae, partim Latinae: p. 1 - 11
b) Monita Servanda in ipso ingressu Novitiatûs, et tempore novitiatûs, ac religquis vitae Religiosae annis: p. 13 - 16.
c) Alia Monita Novitio utilissima: p. 16 - 25
d) Sex Religiosorum Vitia quae referuntur à Thaulero Just(itiae?) Spir(i)t(u?) Cap. 28. ut revelata cuidam à Domino non sine guaerimonia: p. 26 - 27
e) Formula Honestae Vitae Patris Bernardi Abbatis: p. 28 - 36
f) De Educatione Religiosa: p. 37 - 112. Initium: Acturus de educatione Religiosorum, praeprimis sequor Clementis VIIIvi Bullam,....
g) Mortificationes Ex et internae Pro Singulis mensibus totius Anni: p. 123 - 148
h) Brevissima notata Latina p. 149 et Germanica (1808): p. 166 - 167

In parte adversa tegumenti annus scripturae 1750, in aversa litterae initiales scribentis: F. P. S. (?) = F. Paulus Schober (Seitenstett.)

Bibl. Cod. MN II 278

352 pagg; teg. c3d; script. 1750/51

a) Tractatus Scholastico=Positivus De Gratia et Virtutibus Theologicis. Ab Admodum Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P: Benedicto Veit dictatus Anno 1750. à die sexta Julii

a) Introductio brevis In Theologiam Scholastico Positivam: p. 5 - 9. Initium: Perpensis aliquantò iis philosophiae momentis,.....

b) Tractatus Theologicus De Gratia, Justificatione, ac merito: p. 9 - - 241. Initium: Svavissima possidenti, sed magis ardua investiganti se hic offert materia,....Clausula: Finivimus 12. Decembris 1750. Professore Admodum Reverendo, Religiosissimo ac Doctissimo Domino P. Benedicto Veith.

c) Tractatus. De Fide, Spe, et Charitate. Anno 1.7. 50. Die decima quarta Dexcembris: p. 253 - 346. Initium p. 255: Tractatus. Positivo=Scholasticus. De Fide, Spe, et Charitate. A Gratia velut matre ad virtutes tanquam filias cum S: Doctore progredimur,....
Clausula: Professore. A: R: R: ac Docts: D: P: Benedicto Veith (quam clausulam supra in parte b explicavimus!)
p. 241 alia clausula, eaque graphitide altera manu scripta invenitur: In Collegiis finivimus 11 Februarii 1752.
Videtur igitur hic tractatus theologicus anno 1752 aut denuo dictatus aut in quibusdam exercitiis scholaribus disputatus esse.
Scriptor huius codicis et septem codicum sequentium ignotus est.
De P. Benedicto Veit, auctore huius tractatus, Series Reverendissimorum Dominum Abbatum et Religiosorum Conventualium Seitenstettensium a P. Rudolpho Kapeller anno 1795 composita (Cod. 3 Sch H 19, Arch. Mon. Seitenst.) p. 80 haec commemorat: Professor Philosophiae Salisburgensis, Theologiae domesticae....Hic erecto 1749 Studio Theologiae domestico Religiosorum Fratrum I. Director datus est.
Qua de causa codex noster codicesque septem sequentes utpote ab eodem scripti eodemque tegumento muniti in ipso monasterio Seitenstettensi orti sunt et lectiones in studio Theologiae Seitenstettensi habitas continent. Cum codices MN II 278 - 285 in inscriptione dorsi numeros I - VIII exhibeant, continuum cursum Seitenstettensem Theologiae Scholastico-Positivae continent, et cum in fine codicis MN II 285 clausula enuntiet: "Absolvimus 30 Maii ultimum hunc cursûs nostri theologici tractatum. Anno 1753." veri simile est, codices nostros MN II 278 - 285 totum cursum Theologiae Scholastico-Positivae ab anno 1750 usque ad annum 1753 in ipso monasterio Seitenstettensi traditum continere.

Bibl. Cod. MN II 279

264 pagg; teg. c3d; script. 1750/51

Tractatus Theologicus de Poenitentia et Ultimis tribus Sacramentis Ab Admodum Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P: Bernardo Brevenhueber dictatus Anno 1750 à die sexta Julii.

a) Tractatus Theologicus De Poenitentia: p. 5 - 166. Initium Praefationis: Sanctissimus Legislator noster Benedictus.....

b) De Tribus Ultimis Sacramentis, Scilicet: Extrema Unctione, Ordine, et Matrimonio: p. 167 - 251. Initium Disputationis XII De Sacramento extremae Unctionis: p. 169: Poenitentiae quoad effectum simillima,.. Clausula: Finivimus 31 Martii Anno 1.7.51. Altera clausula in eadem pagina 251 ab alia manu scripta: In collegiis 26. Maii 1752. Videtur ergo tractatus noster etiam anno 1752 studio theologiae Seitenstettensis usui fuisse.

c) Parerga ex Tractatu De Poenitentia: p. 252 - 256. Clausula p. 256: Examine publico discussa. 1 Februarii Anno 1751. Professore Plurimum Reverendo Religiosissimo Eximio et Doctissimo Domino P. Bernardo à Brevenhueber. Ad singula parerga notati sunt Candidati, quibus in examine proposita sunt: ad 11 F. Anselmus Wisgrill, ad 12 F. Udalricus Digl, ad 15 F. Paulus Schober, ad 20 F. Michael Rothmayr, ad 24 F. Leander Lieb, ad 25 F. Emmeramus Kolb. Omnes isti clerici anno 1749 in monasterio Seitenstettensi vota emiserant. Scriptor, etsi praecedentem et sex sequentes codices exaravit, ignotus est. Codicem nostrum ad cursum Theologiae Seitenstettensis pertinere, iam supra p. 227 monstravimus.

Bibl. Cod. MN II 280

234 pagg; teg. c3d; script. 1751

Tractatus Scholastico=Positivus De Deo Uno et Trino Ab Admodum Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P. Benedicto Veit dictatus Anno 1751 à die (cuius diei numerus deest!)

a) Tractatus Scholastico=Positivus De Deo Uno, ac Divinis Attributis: p. 5 - 172. Initium: Evehimur tandem in ipsum doctrinae Sacrae principium et finem,....Clausula: 27 Maii Professore A: R: R: ac Docts: D: P: Benedicto Veith (quam clausulam p. 227 explicavimus in parte b codicis MN II 278!)

b) Tractatus De Deo Trino. Anno. 1.7.51. 28. Mensis Maii: p. 179 - 226. Initium p. 181: Summum religionis nostrae mysterium,....Clausula: Die 14 Junii Anno 1751. (cetera ut in parte a!).

Codex noster tomus III cursus theologici in ipso monasterio Seitenstettensi traditi est. Scriptor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 281

276 pagg; teg. c3d; script. 1751

Tractatus Scholastico=Positivus De Jure, et Justitia Ab Admodum Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P: Benedicto Veit dictatus Anno 1751 à die decima sexta Junii.

a) Tractatus Scholastico=Positivus Dè Jure et Justitia: p. 5 - 269 Initium: Virtutum moralium praecipuae sunt,.....Clausula: Finivimus 21: Augusti in pomeridiana lectione. 1751.

b) Parerga ex Tractatu Dè Jure, et Justitia: p. 270 - 272. Clausula: Propugnata (scilicet: sunt haec parerga) decima Septembris. 1751. Horis ante= et Po=meridianis. Professore Admodum Reverendo, Religiosissimo ac Doctissimo Domino P: Benedicto Veith.

Hic codex tomus IV est cursus theologiae scholasticae in Monasterio Seitenstettensi traditi (de quo supra p. 227!). Scriptor, etiamsi tres praecedentes et quattuor sequentes codices idem exaravit, ignotus.

ø Etiam in hoc codice notatur, quod parergon unicuique candidato in examine propositum sit; nam nomen F. Pauli Schober ad 5., F. Udalrici Digl ad 6., F. Anselmi Wisgrill ad 8., F. Leandri Lieb ad 17., F. Michaelis Rothmayr ad 20., F. Odilonis Felber ad 24., F. Emmerami Kolb ad 29. parergon in margine (etsi a bibliopego praecisum) notatum est. F. Odilo Felber anno 1750, ceteri anno 1749 in monasteriò Seitenstettensi vota nuncupaverant.

Bibl. Cod. MN II 282

268 pagg; teg. c3d; script. 1751/52

Tractatus Scholastico=Positivus De Incarnatione Verbi Divini. Ab Admodum Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P: Benedicto Veit dictatus Anno 1751, à die (23. Decembris 1751.) (Numerum diei apposui, quia p. 5 in margine superiore haec invenitur nota: Incepimus 23. Decembris Anno 1751. Manē.)

Initium p. 5: Hoc praecipuum post Sanctissimam Trinitatem mysterium,.....Clausula p. 257: Finivimus 8 Julii 1752.

Codex noster tomus V. est illius cursus Theologiae Scholasticae, qui ab anno 1750 usque ad annum 1753 in monasterio Seitenstettensi traditus est. Quis totum hunc cursum scripserit, nescimus.

Bibl. Cod. MN II 283

212 pagg; teg. c3d; script. 1751/52

Tractatus Scholastico=Dogmatici De Angelis, Creatura Beatitudine, Actibusque humanis Ab Admodum Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P: Norberto Pambichler dictati Anno 1751 à die (23. Decembris). (Numerum diei apposui e nota in margine p. 5: Incepimus 23. Decembris Anno 1751. à meridie)

a) Tractatus Scholastico=Dogmaticus De Angelis: p. 5 - 49. Initium: Explicata Dei unius et Trini essentia, attributisque..... Clausula: Absolvimus 29. Januarii 1752.

b) Tractatus (Secundus) De Creatura Corporali: p. 51 - 88. Initium p. 53: Post Considerationem Spiritualis creaturae,..... Clausula: Finivimus 15. Aprilis 1752.

c) Tractatus De Beatitudine Hominis: p. 91 - 134. Initium Tractatus Primi In primam Secundae S: Thomae Aquinatis De Ultimo fine seu Beatitudine hominis: p. 93: Amor Divinus circulum efficit admirabilem,.....Clausula: Finivimus quinta Junii 1752.

d) Tractatus De Actibus Humanis: p. 135 - 209. Initium Tractatus Secundi De Actibus Humanis: p. 137: Progredimur cum Angelico duce nostro ad explicandos actus humanos.... Clausula: Finivimus 11 Augusti in Pomeridiana lectione 1752.

Hic codex tomus VI est illius cursus theologiae Scholasticae, qui ab anno 1750 usque ad annum 1753 in monasterio Seitenstettensi traditus est. Scriptorem totius cursus illius nescimus.

Bibl. Cod. MN II 284

264 pagg; teg. c3d; script. 1752/53

a) Tractatus Scholastico=Positivus De Vitiis et Peccatis. Ab Admodùm Reverendo, Religiosissimo ac Clarissimo Domino P: Benedicto Veit dictatus Anno 1752 à Die sexta Novembrixs: p. 7 - 135
Initium p. 9: Postquam S: Doctor de actibus humanis,.....
Clausula: Absolvimus 28. Februarii. 1753.

b) Tractatus Scholastico=Positivus De Legibus Ab Admodùm Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P. Benedicto Veit dictatus Anno 1753. à die nona Martii: p. 143 - 253.
Initium: Tandem è tenebris in lucem, ex latebris peccatorum in laetam planitiem.....Clausula: Absolvimus vicesima quinta MaXXii.1753
Codex noster tomus VII. est cursus Seitenstettensis in Theologia Scholastica xxx ab anno 1750 usque ad annum 1753 tradita. De scriptore xvide codices praecedentes!

Bibl. Cod. MN II 285

198 pagg; teg. c3d; script. 1752/53

a) Tractatus Theologico=Dogmaticus De Sanctissimis Ecclesiae Sacramentis Ab Admodum Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino Patre Norberto Pambichler dictatus Anno 1752. à die sexta Novembris. Initium Tractatus Theologico=Dogmatici De Sanctissimis Ecclesiae Sacramentis p. 9: Pertractata Verbi Divini Incarnatione Doctor Angelicus.....Clausula p. 81: Absolvimus 17 Februarii 1753. in pomeridiana lectione (NB. Hic tractatus continet doctrinam de Sacramentis in genere!)

b) Tractatus Theologico=Dogmatici. De Sanctissimis Ecclesiae Sacramentis in Specie. id est De Baptismo, Confirmatione, et Eucharistia Ab Admodùm Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino P. Norberto Pambichler dictati Anno 1753 à die decima septima Februarii. Initium Tractatus Primi Dè Baptismo: p. 89: Ad Sacramenta in particulari pertractanda.....Clausula p. 195: Absolvimus 30 Maii Ultimum hunc cursûs nostri theologici tractatum. Anno 1753.
Ultimus hic codex theologiae Scholasticae in monasterio Seitenstettensi ab anno 1750 usque ad annum 1753 traditae octavus est in serie nostra ab eodem scripta eodemque tegumento munita.

Bibl. Cod. MN II 286

392 pagg; teg. c3d (cum dorso albo); script. 1750/51

a) Tractatus Theologicus De Gratia, justificatione, ac Merito: p. 3 - - 130. Initium: Suavissima possidenti, sed magis ardua investiganti se hic offert materia,.....

b) Tractatus positivo Scholasticus De Fide, Spe, et Charitate: p. 131 - 221. Initium: A gratia velut Matre ad virtutes tanquam filias cùm S. Doctore progredimur,.....

c) Tractatus Theologicus De Poenitentia: p. 223 - 322. Initium: Sanctissimus Legislator noster Benedictus.....

d) Disputatio Duodecima De Sacramento Extremae Unctionis: p. 323 - 329. Initium: Poenitentiae quoad simillima effectum (!), et juxta S. Doctorem consummatio illius.....

e) Disputatio decima tertia De Sacramento Ordinis: p. 329 - 339. Initium: Post Sacramenta, quibus homo in se ipso perficitur,....

f) Disputatio decima quarta. De Sponsalibus: p. 339 - 363. Initium: Matrimonii praeambulum sunt Sponsalia.....

g) Disputatio decima quinta et Ultima De Matrimonio: p. 363 - 386. Initium Articuli primi De Essentia, et obiecto matrimonii, tanquam contractûs Civilis: Ponendum primò: quod matrimonium sit.....

Scriptor huius codicis, qui etiam sequentem codicem exaravit, ignotus. Auctor autem partium a et b est P. Benedictus Veit, monachus Seitenstettensis, quem duos istos tractatus anno scholari 1750/51 in cursu domestico Seitenstettensi tradidisse supra p. 227 ad codicem MN II 278 eosdem tractatus continentem ostendimus.
Partes autem c - g P. Bernardum Prevenhueber (Brevenhueber) eodem anno scholari praelegisse codex MN II 279 demonstrat, eosdem tractatus de quattuor ultimis sacramentis cum contineat.
Notandum vero partem a codicis MN II 278 (supra p. 227), dico introductionem brevem In Theologiam Scholastico Positivam, in codice nostro deesse.

Bibl. Cod. MN II 287

400 pagg; teg. c3d (cum dorso albo); script. 1751/52

a) Tractatus Scholastico positivus De Incarnatione verbi Divini: p. 3 - 227. Initium: Hoc praecipuum post Sanctissimam Trinitatem mysterium,.....

b) Tractatus Scholastico Dogmaticus De Angelis: p. 233 - 262. Initium: Explicata de (mendum pro Dei!) unius et Trini essentia, attributisque S. Doctor ad creaturas transit,.....

c) Tractatus Secundus De Creatione Corporali: p. 263 - 290. Initium: Post considerationem spiritualis creaturae,.....

d) Tractatus Primus In Primam Secundae S. Thomae Aquinatis De Ultimo fine, seu beatitudine hominis: p. 291 - 323.
Initium: Amor Divinus circulum efficit admirabilem,.....

e) Tractatus Secundus De Actibus humanis: p. 323 - 395. Initium: Progredimur cum Angelico Duce nostro ad explicandos actus humanos,..
Clausula: undecimâ Augusti
Qua cum clausula conferenda est clausula codicis MN II 283 (supra p. 230): Finivimus 11 Augusti in Pomeridiana lectione 1752. Et revera, cum partes b - e codicis nostri cum partibus a - d codicis MN II 283 plane consentiant, non est dubium, quin partes b - e codicis nostri anno scholari 1751/52 a P. Norberto Pampichler in cursu theologico Seitenstettensi dictatae sint. Partem autem a iam invenimus in codice MN II 282 (supra p. 229!), cuius inscriptio indicat hunc tractatum De Incarnatione verbi Divini eodem anno scholari 1751/52 a P. Benedicto Veit dictatum esse.
Scriptor noster, etsi codicem quoque praecedentem scripsit, tamen ignotus est.

Bibl. Cod. MN II 288

572 pagg; teg. c3d; script. 1751/52

a) Tractatus Scholastico-Positivus De Deo Uno ac Divinis Attributis: p. 5 - 240. Initium: Evehimur tandem in ipsum Doctrinae sacrae principium, et finem,.....

b) Tractatus Scholastico-Positivus De Deo Trino: p. 245 - 319. Initium: Sumum (!) Religionis nostrae mysterium .....

c) Tractatus Scholastico-Dogmaticus De Angelis: p. 321 - 376. Initium: Explicata Dei unius, et Trini essentia, attributisque.....

d) Tractatus Secundus. De creatura corporali: p. 377 - 418. Initium: Post considerationem spiritualis creaturae,.....

e) Tractatus Primus in Primam secundae S: Thomae Aquinatis. de Ultimo fine seu Beatitudine hominis: p. 420 - 471. Initium: Amor Dei circulum efficit admirabilem, ait Dionysius Areopagita.....

f) Tractatus Secundus De Actibus Humanis: p. 472 - 566. Initium: Progredimur cum Angelico duce nostro ad explicandos actus humanos,...

Partes a et b codicis nostri eosdem tractatus continent, quos Cod. MN II 280, cuius auctorem supra p. 228 invenimus esse P. Benedictum Veit, monachum Seitenstettensem, qui hos tractatus anno 1751 in cursu theologico Seitenstettensi tradiderit.

Partes autem c - f iidem sunt tractatus, quos iam in codice MN II 283 (supra p. 230) et in partibus b - e codicis MN II 287 (supra p. 232) reperimus eosque a P. Norberto Pampichler anno scholari 1751/52 in studio domestico Seitenstettensi traditos.

Scriptorem autem nescio.

Bibl. Cod. MN II 289

388 pagg; teg. c2; script. 1751/52

a) Tractatus Scholastico-dogmaticus De Angelis: p. 7 - 86 cum additamentis p. 87 - 88. Initium: Explicata Dei unius et trini essentia attributisque Sanctus Doctor ad creaturas transit,....

b) Tractatus II. De creatura corporali: p. 91- 163. Initium: Post considerationem Spiritualis creaturae,.....

c) Tractatus I. in I. Secundae S. Thomae Aquinatis De Ultimo fine seu beatitudine hominis: p. 165 - 241. Initium: Amor Divinus circulum efficit admirabilem.....

d) Tractatus II.dus De actibus humanis: p. 243 - 383. Initium: Progredimur cum Angelico duce nostro ad explicandos actus humanos..... Clausula: 11 Augusti 1752. (Cui clausulae adduntur hi versus impares:) Sicque die Veneris suspendimus Organa nostra,

quo solet et fidicen plectra referre domum.

Inter paginas 238 et 239 inserta sunt duo folia plicata, quae exhibent 49 sententias (1 - 48, 60) brevissimas De locis Theologicis. Tam clausula in fine codicis quam initia singularum partium demonstrant P. Norbertum Pampichler auctorem esse codicis nostri. Etenim eosdem tractatus continet, quos iam in codice MN II 283 (supra p. 230), in partibus b - e codicis MN II 287 (supra p. 232), in partibus c - f codicis MN II 288 (supra p. 233) invenimus compositosque esse ab illo auctore monstravimus. Sed etiam quin ipse auctor P. Norbertus Pampichler sua manu scripserit codicem nostrum (ideoque propter scripturam simillimam etiam quattuor sequentes), non est dubium. Nam non nisi sinistrum dimidium uniuscuiusque paginae totum inscriptum est, dexterum autem dimidium additamenta exhibet, quae in codice MN II 283 partim ipsi tractatui inserta sunt. Qua de re codex noster praeparationem auctoris ad praelectiones theologicas habendas continet. Hoc modo etiam quaestio solvitur, cur ut codices MN II 283, MN II 287b-e, MN II 288c-f inter se ad verbum consentiant, ita codex noster cum illis codicibus iuxta sensum, sed non iuxta verba congruat.

Bibl. Cod. MN II 290

398 pagg; teg. c3; script. 1753/54

a) Tractatus Scholastico-Dogmaticus in I Secundae S. Thomae Aquinatis De gratia Divina, Justificatione et merito: p. 7 - 239. Initium: Angelicus Doctor, postquam in hac parte suae Summae de actibus humanis bonis et malis.....Clausula: 8. Maji 1754.

b) Tractatus Scholastico-Dogmaticus De Virtutibus theologicis, Fide, Spe et charitate: p. 251 - 389. Initium: De justificatione secundum essentiam spectata hactenus egimus,.....Clausula: 17. Augusti 1754.

Hunc codicem a P. Norberto Pampichler scriptum esse, forma scripturae indicat, quippe quae simillima sit codici praecedenti. Sed auctorem quoque esse eundem intelligemus, si consideraverimus etiam huius codicis paginas dimidiatas esse ad additamenta inserenda ut codicis MN II 289 (vide supra!). Qua de causa sine dubio P. Norbertus Pampichler codice nostro ad praeparandas lectiones theologicas eadem ratione usus est qua codice praecedente.

Bibl. Cod. MN II 291

394 pagg; teg. c3; script. 1754/55

a) Tractatus Scholastico-Dogmaticus Isagogicus: p. 7 - 119. Initium: Labores nostros Scholasticos dum hoc anno ab ipso tractationum theologicarum initio ordimur,.....

b) Tractatus Theologicus Scholastico-Dogmaticus De Deo. (Praefatio): p. ~~212~~ 121. Initium: Altius jam mentis oculi et ad deum ipsum attollendi sunt,.....

c) Pars I De Deo Unox ejus existentia, natura et proprietatibus: p. 121 - 342. Initium: Amplissimae cùm sint de deo ejusque Divinis attributis considerationes.....

d) Pars Secunda de Deo Trino: p. 343 - 389. Initium: Ad mysterium ascendimus omnium Religionis Christianae sublimissimum.....(Alterum initium in dimidio dextro paginae eiusdem: Postquam egimus de attributis divinis absolutis, ad relativa devenimus.....) Clausula: In Te, sancta Trias! finitos cerne labores:

In Te da requiem perpetuare mihi. 18. Augusti 1755

Character scripturae, quippe qui idem sit atque in duobus codicibus praecedentibus et duobus sequentibus, P. Norbertum Pampichler esse scriptorem codicis nostri indicat. Porro si qua ratione compositus exaratusque sit codex noster, animadverteris, iam non dubitabis, quin P. Norbertus Pampichler etiam auctor codicis nostri sit. Nam profecto in hoc codice eodem modo lectiones theologicas habendas praeparavit, quo in codicibus praecedentibus.

Bibl. Cod. MN II 292

392 pagg; teg. c2; script. 1755/56

a) Tractatus Scholastico-Dogmaticus de Incarnatione verbi Divini: p. 3 - 385. (p. 293 - 385 Breviculum Vitae et operum Jesu Christi....) Initium: Quàm dignum et praestans sit hoc fidei et tractationis nostrae mysterium,.... Clausula: 9. Augusti 1756.

b) Elenchus Dissertationum et Articulorum (?) hujus Tractatus De Incarnatione Verbi Divini: p. 386 - 390.

Hunc quoque codicem a P. Norberto Pampichler scriptum esse scriptura docet. Neque minus certum est, eundem esse auctorem quoque codicis in eoque lectiones theologicas pro anno scholari 1755/56 praemeditatum esse. Nam plane eodem modo codicem nostrum exaravit, quo tres praecedentes et sequentem.

Bibl. Cod. MN II 293

466 pagg; teg. c3; script. 1757/58

Tractatus Scholastico-Dogmatici de Sanctissimis Novae Legis Sacramentis Pars II De Quatuor posterioribus Sacramentis.

a)(Praefatio) p. 3. Initium: Quemadmodum totus De Sanctissimis Novae Legis Sacramentis Tractatus a doctrinae sublimitate.....

b) Sectio I. De Sacramento Poenitentiae: p. 3 - 286. Initium: Copiosam et ineffabilem gratiam.....

c) Tractatus Scholastico-Dogmaticus de Sacramento Extremae Unctionis: p. 287 - 320. Initium: Extrema unctio est Sacramentum unctionis infirmorum ad salutem animae et corporis factae per sacerdotem.....

d) Tractatus Scholastico-Dogmaticus De Sacramento Ordinis: p. 321 - 372 Initium: Sacerdotium legis christianae,.....

e) Tractatus Scholastico-Dogmaticus. De Sacramento Matrimonii: p. 373 - - 461. Initium: Matrimonium duplici ratione spectari potest, ... Clausula: 16. Augusti 1758.

Hunc quoque codicem ut quattuor praecedentes a P. Norberto Pampichler scriptum esse scriptura monet. Insuper inventa est in codice nostro parva epistola, quam tegumento adverso ab intrinsecus affixi; quae epistola data est: Titl: Ihrmo Hochwürden Herrn P: Norberto in Seittenstetten. Haec autem sunt verba huius epistolae: Ihro Hochwürden: Sage nochmalen unterthänigsten Dank für alle Empfangene Ehren, und melde, daß ich um 7. Uhr ...(?).. gut und Glücklich nach Haus gekommen, Herr P: Prior wird selbsten oppugniren. Quis autem fuerit ille P. Prior, invenies, si verteris pagellam:"Admodum Reverendus Eximius Sacrosanctae Theologiae in almâ, ac Celeberrimâ Universitate Viennensi Doctor clarissimus Pater XXXFr: Joannes Dürsch Sacri Ordinis Praedicatorum Venerabilis Conventûs Styrensis Prior meritissimus" Scripsit ergo nescio quis Frater e conventu Styrensi Ordinis Prædicatorum ad P. Norbertum Pampichler, Professorem studii domestici Theologiae Seitenstettensis, indicans venturum esse F. Joannem Dürsch, Priorem suum Styrensem, ut in disputatione scholastica Seitenstettensi oppugnatorem ageret. Professor vero ille P. Norbertus in parte aversa pagellae forsitan notaverit, qua appellatione alloqueretur eum in disputatione, inieceritque pagellam codici praeparationum suarum theologicarum. Nam cum hic quoque codex eodem modo exaratus sit quo quattuor praecedentes, P. Norbertum Pampichler non solum scriptorem, sed etiam auctorem eius esse quis neget?

Bibl. Cod. MN III 43

8°min; teg. c1 (valde laesum!); 62 pagg; script. 1752
Ritus Administrandi Infirmis Venerabile Sacramentum Evcharistiae et Extremae Unctionis: p. 3 - 62.
Quae soli sacerdoti usui sunt, Latine, cetera Germanice composita sunt; ex. gr. Actus Variarum Virtutum ab Infirmis eliciendi p. 35 - - 62 Germanorum utuntur lingua.
p. 28 notatur Indulgentia Plenaria à Benedicto XIV. concessa in Articulo Mortis à quovis Sacerdote Diaeceseos Passaviensis impertienda. Itaque scriptus est codicillus noster aut a aut pro sacerdote Passaviensis dioeceseos, probabiliter monacho Seitenstettensi. Qui sacerdos usus fuerit hoc libello, in parte adversa tegumenti ab intrinsecus notatum est: P. Ambrosii. Videtur tamen ille P. Ambrosius non sua manu scripsisse codicillum nostrum. Quae cum ita sint, incertum est, utrum P. Ambrosius Prukmayr (+1755) an P. Ambrosius Rixner (sacerdos 1762, abbas 1777) libello nostro usus sit. Quo anno scriptus sit codicillus noster, indicat chronostichon p. 27: IVerVsnt aLII, nos IbIMVs, IbItIs, IbVnt.

sIC LeX natVrae orDInaVIt. (pro anno 1752; numerus 1762, qui graphitide subscriptus est, mendum est!)
In parte adversa tegumenti notatum est: Ritus Passaviensis

Bibl. Cod. MN I 14

fol; 690 pagg; teg. b1 cum dorso albo; script. 1753/74
Prothocollum Von der zu Revidir= und Erläuterung des Tractatus de Juribus incorporalibus aufgestelte Commission: p. 7 - 688.
Quod p. 7 ut Deputati Statuum Comes à Traun, Praelatus ab Herzogburg, Praelatus ab Altenburg, Comes Wen(zeslaus?) à Preuner, à Moser L. U (A?). M. (?)x, à Lindegg nominantur, Codex noster sine dubio leges renovatas Inferioris Austriae continet. Quae commissio 25. Februarii 1753 videtur finivisse consilia sessionesque suas. (Vide p. 688!) Nomen vero, qui ibi invenitur (p. 688), non indicat scriptorem codicis, sed consiliarium, qui hoc ultimum consultum exaravit.
Scriptor igitur codicis nostri ignotus est. Quem conscripsisse codicem inter diem 25. Februarii 1753 et annum 1774 non negabis, si consideraveris subscriptionem p. 688 et inscriptionem partis adversae tegumenti: D.A.S. 17 74, id est: Dominicus Abbas Seitenstettensis anno 1774 tegumento munivit hunc codicem.

Bibl. Cod. MN III 39

8°; 164 pagg; teg. b2; script. 1753

a) Christliche Lehr in Nothwendige Fragen eingetheillet: p. 11 - 131
b) Andächtige Übung Vor der Christlichen Lehr (p. 132 - 133), Nach der Christlichen Lehr (p. 133 - 134)
c) Liebs Seuffzer des Heiligen Franc: Xaverij: p. 134 (Versio Germanica celeberrimi illius Rhythmi: O Jesu, ego amo te.....)
d) Kurtze Übung der fürnembsten Dugenden: p. 135 - 137.
e) Carmen Germanicum spirituale (O Jesu Christ! Dir lebe ich, ...) cum notis musicis: p. 138
f) Christliche Bauern=Reguln. das ist: Ein leichte Weiß, und schnurgeratte Jacobs Laütter zum Himmel, die ein fromes Bauern Volck ohne beschwärnuß bewsteigen kann: p. 141 (Praeter paginam titularem huius tractatus nihil est exaratum!)

Neque quis compilaverit neque quis scripserit codicillum nostrum, scio. Quo autem anno scriptus (aut compositus)sit catechismus noster sequentes interrogationes responsionesque in pagina 17 indicant: Wo ist dann Gottes Sohn alß Mensch gebohren worden? Zu Bethleem in den stall. - Wie lang ist dießes schon? so vill wür in der gemeinen Jahrs=Zall Zellen 1753.

Bibl. Cod. MN II 296

tomus transversus (altior^{2} quam latior^{1}); 117 foll; teg. b1; 1756

a) Series Romanorum Imperatorum ab Augusto Caesare usque ad Decium: fol. 1r - 76v. Ut in toto codice singulae paginae divisae sunt in duas partes. In parte a) dimidia paginarum sinistra exhibent themata Germanica, quae cuiusque imperatoris res gestas breviter explicant, dimidia dextra versiones Latinas thematum illorum Germanicorum. Ante titulum nomen possidentis: Josephi Pampichler Grammatistae 1756. Nota folio 76 verso: Finis pro hoc anno (nempe 1756).
b) Kurtze und Sinnreiche Sprüche - Apophtegmata: fol. 77r - 91r. Etiam in hac parte breves res gestae lingua Germanica dictata notataque et in parte dextera in linguam Latinam versae sunt. Quae tamen versiones Latinae fol. 90r - 91r desunt.
c) Supplementa ad Institutiones Grammaticas R. P. Emanuelis Alvari e Societate Jesu. in usum Mediae Classis Grammatices: fol. 93r - 106v. (N. B! Haec supplementa non ab ipso P. Emmanuele Alvari ad Grammaticam ab eo saeculo XVII. editam composita sunt, sed a nescio quo ad novam editionem huius Grammaticae medio saeculo XVIII.)
d) Register der Korrekten (=Reinschriften) - Index Correctorum: fol. 109r - 117v. (Re vera codex noster diligentissime scriptus est.)

Josephus Pampichler, qui probabiliter themata Germanica huius codicis in linguam Latinam vertit, videtur esse idem atque P. Maximilianus Pampichler, qui anno 1762 in monasterio Seitenstettensi vota nuncupavit. Quod si non false arbitrati sumus, codex noster non in schola studiosae iuventutis Seitenstettensis scriptus est, quia ille P. MMaximilianus Pampichler Vindobonae humanioribus studuit. (Vide Rotulam, quam dicunt, illius monachi Seitenstettensis!)
Non est mihi persuasum, ipsum Josephum Pampichler utpote puerum sua manu scripsisse haec correcta.
Dorsum huius codicis ornatum est flosculis impressis auratisque.

Bibl. Cod. MN II 297

172 pagg; teg. c3d (valde laesum!); script. 1759

a) Theoremata, Problemata, lemmata et Quaestiones quaedam ex Elementis Matheseos breviter conscriptae Per Josephum Pampichler Philosophum in primum annum 1759: p. 1 - 26. (Folium unum cum initio tractatus excissum est.)

b) Annotationes MM Quaedam Physices: p. 27 - 130.
Uterque tractatus lingua latina utitur multisque delineationibus illustratur.
In parte aversa tegumenti ab intrinsecus haec nota invenitur:
Ex Libris Josephi Pampichler Rethorices Studiosi Anno Salutis 1758
Spes mea prima Deus Spes altera Virgo Maria. (Versus hexameter!)
Amen. Quo sub versu delineata est imago Christi crucifixi cum subscriptione Vexillum meum.
Josephum Pampichler postea in monasterium MSeitenstettense ingressum nomen Fratris Maximiliani accepisse et anno 1762 vota nuncupasse veri simile est, ut iam ad codicem praecedentem indicavimus. Cum vero in codice praecedente incertum sit, num Josephus Pampichler codicem scripserit sua manu, in codice nostro incertum est, num ipse composuerit haec theoremata Mathematica et problemata Physica. Probabiliter dictante auxilianteque magistro librum nostrum nil nisi conscripsit illustravitque.

Bibl. Cod. MN II 298

tomus transversus (latior quam altior); 88 foll; teg. b1;1758
Fundamental=Practische Anweisung zur Rechen=Kunst Zusammengetragen
1758: fol.1r - 86v cum indice: Register Deren in disen Tractat Befindlichen Rechnungs Regln: fol. 87r - 88v.
Totus tractatus lingua Germanica compositus est.
Nota in margine inferiore folii titularis: Josephi Pampichler Poetae. Anno 1758.
Nota in folio praeliminari: Conscripsit Reverendus P. Bernardus Pampichler â S. Vincentio Scholarum Piarum Sacerdos in Collegio Hornano pie defunctus Anno MDCCL XII (1762). Videtur igitur ille P. Bernardus Pampichler auctor esse tractatus nostri. At incertum est, utrum Josephus Pampichler, quem probabiliter eundem esse atque P. Maximilianum Pampichler, monachum Seitenstettensem, iam supra p. 239 ad codicem MN II 296 demonstravimus, codicem nostrum possederit tantum an etiam sua manu descripserit.

Bibl. Cod. MN II 294

274 pagg; teg. c3d; scriptus ca. 1760
Reverendi P. Placidi Fixlmillner (Cremifanensis) Comentarius In Corvini Ius Canonicum. Pars I. (Inscriptio dorsi)

a) Liber I: p. 1 - 234. Initium: Ad Titulum I De iure canonico, seu Pontificio Suplementum alterum, Seu Ad titulum II. III. et IV Decretalium, De constitutionibus, Rescriptis, et Consuetudine: §. 1. Ad actionem morali cum necessitate nos determinat, quidquid in causa
b) Liber Secundus: p. 234 - 265. Initium Ad Titulum XI De Matrimonio: Definiri melius solet matrimonium, quod sit coniunctio.....
c) Index Titulorum: p. 267 - 268. Clausula p. 265: Finis partis primae.

Scriptorem codicis nostri nondum certe novi.
P. Placidus Fixlmillner circa annum 1760 in academia nobilium Cremifanensi ius canonicum tradidit, antequam astronomiae operam dedit. Qua de re codicem nostrum circa annum 1760 ortum esse, veri simile est.
Idem scriptor (Numquid P. Bertholdus Stolz, antequam anno 1761 in monasterium Seitenstettense ingressus est, in monasterio Cremifanensi iuri canonico studuit? Scriptura enim illi similis est.) etiam codicem sequentem exaravit.
Inter paginas 76 et 77 inserta sunt duo folia additamenti.

Bibl. Cod. MN II 295

95 + 355 = 450 pagg; teg. c3d; script. ca. 1760

a) Plurimum Reverendi, Religiosissimi, ac Clarissimi Viri, Domini P. Placidi Fixlmillner, Benedictini Cremifanensis, Juris ecclesiastici in Acadxemia professoris publici, et ordinarii, Nobilium Regentis, altiorum Scholarum Decani Spectabilis etc: etc: Commentarius In Arnoldi Corvini a Beldern Jus Canonicum, Pars I: p. 1- 95
Initium p. 3: Epitome Praenotionum canonicarum, Ceu Supplementum primo institutionum Juris Canonici Arnoldi Corvini a Bxeldern Surxxxxrogata, Caput I. De Ecclesia Christi. §1. Ecclesia est vel interna, vel externa:.....

b) Plurimum.....(ut supra!)...P. Placidi Fixelmillner (!), Benedictini Cremifanensis, Juris ecclesiastici professoris publici, Academiae Nobilium Regentis, altiorum scholarum Decani spectabilis, etc. etc. Commentarius In Arnoldi x Corvini a Beldern Jus Canonicum Pars II.: p. 1 - 348 (= 96 - 443)
Initium: p. 3 (=98): Ad Libri II. Titulum XXVIII. De praebendis, et dignitatibus. § 1. Olim nullus in clericum promovebatur,....

c) Index Titulorum (utriusque partis): p. 350 - 354 (=445 - 449)

A quo forsitan codex noster scriptus et quo fere tempore ortus sit, vide in pagina praecedente ad codicem MN II 294, cum uterque codex ab eodem scriptus eodemque fere tempore ortus sit.
Inscriptio dorsi: Reverendi P. Placidi Fixlmillner Commentarius in Corvini Ius Canonicum Pars. II.

Bibl. Cod. MN III 45

8°; 354 pagg; teg. b1; scriptus ca. 1760 (?)

a) Legier=Buch, Vorstellend Wie man Kürtzlich ohne Rechnung, alles Fein Silber mit schlechtem legieren könne: p. 1- 350

b) Kupfer Legierung, Wie Viel man auff eine jede Marck Fein=Silber setzen soll damit die Probe möchte Herauß Kommen: p. 351 - 354

Neque auctor neque scriptor huius libri notus est neque quando ortus sit. Etenim ubi probabiliter nomen auctoris scriptorisve et tempus originis notatum erat, margo haec inferior folii titularis excisa est (fortasse cum primus possessor, cuius nomen forsitan xx in eadem margine scriptum xxxx esset, librum nostrum aut venderet aut dono daret.)
Circa annum 1760 scriptum esse hunc codicem coniicio e forma tegumenti scripturaeque.

Bibl. Cod. MN II 299

234
~~192~~ pagg; teg. c2d (madore valde vexatum); script. 1759 -1764
Fasciculus Myrrhae oder Myrrhen=Büschlein das ist Sitten=~~E~~Lehren aus dem Trauer Geschicht des Bitteren Leyden und Sterben Christi Jesu Durch Vier Jahr zusammgetragen und Verfertiget Von M. V. (=?) P. Xysto Hüffner à Vienna Ordinis Minorum Regularis Observantiae Concionatore Ordinario Essekini (=Essek~~i~~) 1762.

a) Conciones Quadragesimales Essekini 1759 habitae ad Thema: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte, si est doxlor sicut dolor meus? 1. Threnorum 12: p. 5 - 62

b) Conciones Quadragesimales Essekini anno 1760 habitae ad thema: Sponsus Sanguinum Tu mihi es. Exodi 4. versu 25: p. 63 - 118

c) Conciones Quadragesimales Essekini anno 1761 habitae ad Thema: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. 1. Petri 2. versu 21: p. 119 - 174

d) Conciones Quadragesimales Essekini anno 1762 habitae ad Thema: Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi: 2. Cor. 5, v. 10: p. 175 - 230

Parti b insertae sunt pagellae, quae Conciones quadragesimales Temesvarini anno 1764 habitas continent.
Omnes conciones lingua Germanica utuntur. Sine dubio auctor P. Xystus Hüffner codicem nostrum sua manu scripsit.

Arch. Cod. 3 H (XVIII 2m)

fol; 156 pagg; teg. b1 (dorsum flosculis impressis inauratisque ornatum); script. 1762

Catalogus Reverendissimorum et Amplissimorum Dominorum Abbatum Celeberrimi Beatae Virginis Monasterii Seittenstettensis in inferiori Austria Ordinis Sancti Benedicti à Gundackero loci Abbate XVIII ad Sua usque tempora Saeculi XIV annum XXIV. in domesticarum traditionum codice descriptus. Alia deinceps atque alia coaeva tamen Semper et Abbatiali plerumque manu Usque ad obitum Caspari Plautii Abbatis XLIV Saeculi XVII. annum XXVII. continuatus....Nunc ad Saeculi XVIII. annum XLVII. Pauli II. Abbatis LI. ultimum extensus cum Appendice Seu Reverendissimorum DD. Abbatum à è Seittenstettensi Monasterio ad aliorum Caenobiorum infulas postulatorum breviculo. Subjectis ubique historicis et critixcis notulis,..... Reverendissimo .....Dominico Ordinis S. Benedicti Celeberrimi Beatissimae Virginis Monasterii Seittenstettensis à V. Nonas Maji

Anno Christi MDCCXLVII. Abbati Vigilantissimo LII.....Hanc Quam nomine Suo illustrat Antecessorum Seriem, ...humillime offerimus, Censurae subjicimus Solenni gloriosissimi Nominis festo Pridie Nonas Augustas MDCCLXII. (1762) humillimi filii Prior et Conventus. (Hanc longissimam inscriptionem libri invenies a pag. 1 usque ad pag. 4!)
Totus Codex ornatissime scriptus est, sed neque nomen scriptoris, neque nomen auctoris invenitur in codice nostro. At auctoris nomen praebet codex proximus:

Arch. Cod. 3 K (XVIII 2m)

fol; 100 pagg; teg. c2; finitus post annum 1777
Catalogus Abbatum Monasterii Seitenstetten Operâ et Studiô Reverendi P. Norberti Pampichler Prioris
Cum codex 3 K idem opus contineat, quod codex 3 H, sed minus ornate scriptum, haec inscriptio partis adversae tegumenti exhibet nomen auctoris tam codicis 3 H quam codicis 3 K. Valde tamen dubito, num ipse P. Norbertus Pampichler codicem 3 K scripserit. Continuata est enim in codice 3 K historia abbatum Seitenstettensium usque ad mortem abbatis Dominici anno 1777. Quae continuatio, etsi annus, quo mortuus est abbas Ambrosius Rixner (1777 - 1812), nomini eius in codice 3 K adscriptus est, tamen, quantum video, sub illo abbate Ambrosio facta est. Etenim si iam mortuus esset, quando haec historia abbatum continuaretur, sine dubio auctor continuationis etiam historiam abbatis Ambrosii Rixner addidisset. Sin autem opus vivente abbate Ambrosio iam perfecerat, cum moreretur abbas ille 1812, iam nil nisi annum mortis addere potuit. Atqui si nescio quis sub abbate Ambrosio Rixner opus codicis 3 H prosecutus est, facile comperire potuit, quis auctor esset pretiosi illius operis. Insuper P. Norbertus Pampichler re vera anno 1762 Prior monasterii Seitenstettensis erat. Qua de causa quin monachus ille doctissimus auctor sit totius codicis 3 H et maximae partis in codice 3 K, non est dubium.
Fortasse codex noster 3 K a duabus manibus exaratus est, nam ante historiam abbatis Ottonis I (1232 - 1240)(p. 15) character scripturae notabiliter mutatus est.

Bibl. Cod. MN I 16

fol; 256 pagg; teg. c1d; script. non ante 1763

Geschichte deren in dem Königreich Boehmen betriebenen Bergwerken: p. 3 - 235 cum indice: Kurz gefasster Innhalt gegenwärtigen Grund Risses der Böhmischen Bergwerks Geschichten: p. 237 - 250

Scriptor operis huius diligentissime scripti ignotus.

Auctor huius operis in fine praefationis notatur p. 9: Thaddaeus Peithner dermahliger Kayserlich Königlicher Berg=Rath. Obrist Müntz= und Bergmeister Amts Beysitzer, und sammentlicher Berg=Wissenschaften Offentlicher Lehrer.

Quando opus nostrum ortum sit, indicat p. 221: Seit einigen Jahren haben Ihro Kayserlich Königliche Apostolische Mayestät das Obriste Münz= und Berg Meister Amt neben dem Obristen Münz Meister als Vorsitzern, welcher bis dahin das Amt nur allein verwaltet hat, mit mehreren Köngilichen Berg=Räthen sowohl aus dem Herren als Burgerstandt vermehret, zu wkelchen Collegio ich dann am ersten untern 31ten Jannuarij 1763. als Königlicher Böhmischer Berg Rath gezohen worden, Nachdeme Allerhöchst gedacht Ihro Mayestät mich kurz bevor untern 31ten Decembris 1762. schon zum offentlichen Lehrern sammentlicher Berg=Wissenschaften allergnädigst ernennet hatten.

Quae cum ita sint, codex noster non potest esse scriptus ante annum 1763. Opus autem codicis nostri non multis annis post 1763 compositum est. Nescimus vero, num codex noster statim post opus compositum descriptus sit. Scriptura et tegumentum videntur indicare tempus originis circa annum 1780.

Bibl. Cod. MN III 46

8°; 193 pagg; teg. a1; script. 1764

a) Principia Vitae Asceticae Sacra Novitiis Garstensibus Accomodata A F. Placido Schnuegg Descripta M D CC LXIV (1764): p. 1 - 78 Initium Partis Primae: p. 2: Diarium Seu Speculum Monachorum. Propositum animi tui novelle religionis tyro!.....

b) Libellus Professionis sive Explicatio Formulae Professionis Benedictinae: p. 80 - 178. Initium Praefatiunculae in Explicationem formulae Professionis Benedictinae p. 82: Si turpe est Patritio,.....

c) Quinque Praerogativae Coelitus S: P: Nostro Benedicto Collatae: p. 178 - 179.

d) Duodecim gradus humilitatis Sex versibus contenti: p. 179

e) Quaestiones quaedam Selectae, quae Religioso tyroni scitu et pro praxi Sunt necessariae: p. 179 - 193. Auctor ignotus. Scriptor sui ipsius formulam Professionis p. 84 - 85 inseruit. Quae ita incipit: Ego F: Placidus Schnuegg Bojus Marzollensis Dioecesis Salisburgensis

Hoc modo comperimus patriam scriptoris nostri; quo anno scriptus sit codicillus noster, finis huius formulae professionis indicat: ...in praesentia Reverendissimi in Christo Patris, ac Domini Domini Mauri Gordon, huius monasterii Garstensis sub congregatione Austriaca Abbatis.....in huius rei testimonium praesentem schedam manu mea propria scripsi in praedicto hoc venerabili monasterio Garstensi anno Domini 1764 die 23 Septembris.
Probabiliter F. Placidus Schnuegg tempore novitiatus paulo ante professionem emittendam codicillum nostrum scripsit, videlicet 1764

Arch. Cod. 33 M (I 1. u.)

4°; 78 pagg; teg. caeruleum sericatum; script. ca. 1765
Paternae Poena Indulgentiae Seu Ochus Regnans. Tragoedia (Latina)
Neque auctor huius dramatis notus neque scriptor neque certe, quo anno ortus sit codicillus noster. Sed propter idem tegumentum, quod quamvis rarissimum sit, tamen etiam in codice proximo reperitur, veri simile est, hunc quoque codicillum circa annum 1765 ortum esse. P. S. Inveni autem in Archivo Monasterii Seitenstettensis 29 B, fasc. Universitas Salisburgensis, idem drama Latinum, sed cum inscriptionis amplificatione: Acta Amplissimis Honoribus Reverendissimorum .... Dominorum Almae Universitatis Salisburgensis Praesidis et Assistentium a Poetica Salisburgensi Mense Junio 1763.

Arch. Cod. 33 N (I 1. u.)

4°; 91 pagg; teg. caeruleum sericatum; script. 1765
Damon et Pythias Seu Amicitia Coronata. (Latina) Tragoedia a Poetica Salisburgensi anno 1765 mense Junio in Scenam danda.
Etiam in hoc codice neque quis hoc drama composuerit neque quis tam venuste scripserit scimus.
Idem drama Latinum etiam typis impressum in lucem evenit: Salisburgi, Typis Joannis Josephi Mair, Aulicoacademici Typographi, ac Bibliopolae post mortem Haeredis (Bibliotheca monasterii Seitenstettensis Nr. 92.5.15, eodem tegumento inclusum ut codicillus noster manu scriptus). Tam codicem 33 M quam 33 N abbati Dominico Gusmann, quippe qui tunc Universitatis Salisburgensis esset Praeses, dono datum esse veri simillimum est.

Bibl. Cod. MN I 13

fol; 804 pagg; teg. c1; script. non ante 1765
Acta Pacis Passarovicensis collecta et compaginata 1765 (p. 1)
Beschreibung Deren Anno 1718 zu Passarowiz mit denen Türcken fürgegangenen Fridens=Handlungen: p. 3 - 800 (Ipsa descriptio utitur lingua Germanica, sed immiscet documenta lingua Latina aut Italica composita.) Tam compilator operis quam scriptor codicis ignotus. Incertum est, num codex noster iam 1765 scriptus sit.

Bibl. Cod. MN III 47

8°; 130 pagg; teg. b2 in margine et dorso ornamentis impressis et inauratis decoratum; scriptus 1767

Kern Aller Gebetter das ist Die Betrübte, und nach Ihren Geliebten seüfzende Turtel=Taube Maria In dem Jahr Christi 1767 M S. (= manu scriptum?) (p. 1)

Inscriptio p. 2: Folgen Unterschiedliche Andachts Übüngen. als Morgens und Abends Meß, Beicht, und Communion Gebetter, das officium der unbefleckten Empfängnus Mariae, die Lauretanische sambt mehreren andächtigen Lytaneyen zusamengesezet.

Nomina compilatoris et scriptoris nescio. In parte adversa tegumenti inveniuntur litterae initiales: G P 1803. Quae cuius sint litterae initiales, reperitur p. 129, ubi litteris G P plenum nomen, difficile tamen lectu, suppositum est: Georg Plaim (?). Sed cum codicillus noster iam anno 1767 scriptus sit, Georgius ille Plaim (?) vix potest esse scriptor, sed non nisi possessor libelli.

Bibl. Cod. MN III 48

8°; 186 pagg; teg. b2 in margine et dorso ornamentis impressis et inauratis decoratum; scriptus 1767

a) Inscriptio p. ~~V~~ VII: I H S Khern schöner Gebetter (ornamentis inclusa)

Inscriptio p. IX: Kurz und guet verfasster Khern aller Gebetter: daß ist: Ein überauß Schön und Ney geschriebeneß gebett: oder hand Biechlein: Worinnen. Allerhand Schöne Morgen Abend: Meß= Beicht Communion und andere Gebetter verfaßt 1767: p. 1 - 156 cum indice p. 157 - 160

b) Andächtiges Gebeth zu der allerheiligsten Dreifaltigkeit: p. 161 - - 165. Quae oratio ab alia manu scripta est anno 1857 (Vide numerum annalem in margine inferiore p. 161!)

p. III graphitide notatum est: Von Josefine Gürtler in Neuhofen. Nescio vero, utrum haec Josephina Gürtler partem a an partem b an omnino nihil huius libelli precatorii scripserit. Qua de re neque auctorem huius libri scio neque scriptorem.

Bibl. Cod. X L I I

fol; 7 tomi circiter 100 - 200 foliorum; teg. b1 (dorsum flosculis impressis et inauratis decoratum); script. 1768

Annotationes Perillustris Domini Domini Joannis Wilhelmi Liberi Baronis De. Knorr. Augustissimo Carolo VI Imperatori a Consiliis Aulicis. Quibus Samuelis Puffendorfii Famosi Scriptoris Lutherani in Ecclesiam et Imperium venenata dogmata, et Calumniae Castigantur, Emendantur. Opus in Volumina VII Distributum.

Hoc opus Conventuales Seitenstettenses anno 1768 abbati suo Dominico Gusman ad diem onomasticum dono dederunt dedicaveruntque.

Nescimus autem, a quo opus illud scriptum sit.

Cetera de hoc opere vide in vetere Catalogo Manuscriptorum, Tom. I, p. 75 - 76!

Arch. Cod. 34 M (XVIII 3m)

4° mai.; 170 pagg; teg. c1; script. 1768

a) Instructio pro deliberantibus de Statu vitae Assumendo. Authore Plurimùm Reverendo Clarissimo, ac Venerabili Domino P. Norberto Pampichler, Monsterii Seitenstetensis Priore emerito: p. 3 - 57.
Initium p. 5: Deliberatio haec nihil est aliud,.....
Clausula p. 57: Requies aeterna Authori!

b) Tractatus Quintus Philosophia Moralis, Seu Ethica: p. 61 - 165.
Initium p. 61: Ethica Seu Philosophia Moralis à moribus.....
Clausula p. 165: omnia pene ex P. Gallo Cartier (Ordinis S. Benedicti, qui anno 1756 opus ediderat, cui inscriptio: Philosophia eclectica ad mentem et methodum celeberrimorum nostrae aetatis philosophorum concinnata et in quatuor partes, Logicam nempe, Metaphysicam, Phyxsicam et Ethicam distributa.)

Scriptor totius codicis et auctor partis b ignoti. P. Norbertus Pampichler die 25. Decembris 1768 defunctus est. Duobus mensibus ante Prioris officium resignavit. Qua de causa in autumno anni 1768 partem a codicis nostri composuit, nisi forte iam antequam prioris officio renuntiavit, hanc instructionem exaraverat, scriptor autem partem a codicis nostri inter resignationem et mortem auctoris coepit et auctore iam mortuo finivit.

PS: Ut ad codicem subsequentem demonstrabimus, probabiliter auctor partis b P. Michael Rothmayr est, monachus Seitenstettensis.

Bibl. Cod. MN II 300

350
XXXX
364 pagg; teg. chartaceum caesium (blaugrau); script.1768
Philosophia Peripatetica Congesta A Plurimum Reverendo, Religiosissimo ac Eximio Domino P. Michaele Rothmayr. ordinis Sanctissimi Patris Nostri Benedicti Monasterii Seitenstettensis Professo. a F. odilone Ejusdem Asceterii monacho descripta. Anno 17.68.
Auctor igitur codicis nostri est P. Michael Rothmayr, monachus Seitenstettensis, scriptor autem F. Odilo Hammer, item monachus Seitenstettensis. Forsitan P. Michael Rothmayr in ipso monasterio Seitenstettensi lectiones philosophicas tradidit, quas F. Odilo Hammer calamo excepit.

a) Tractatus Primus. in quo agitur De Logica minori Seu Dialectica: p. 3 - 63. Initium: Tractatus Primus. De vocibus prout signis operationum Mentis. Logica a graeco vocabulo Lógos, ...(p. 5)

b) Tractatus Secundus De Logica Majori: p. 65 - 162. Initium p. 67: Caput Primum. De Prolegomenis Logicae. Logica vi nominis Sui disciplinam rationalem significat,.....

c) Tractatus Tertius De Metaphysica: p. 163 - 256. Initium p. 165: Metaphysica Seu Scientia Entis in Communi. Metaphysicam illam Scientiam intelligimus, ...

d) (50) Parerga ex Dialectica, Prolegomenis logicae, logica Majori, Metaphysica: p. 256 - 260

e) Tractatus quartus De Physica generali et Particulari: p. 261 - 344 Initium p. 263: Physica, quae a graeco vocabulo Physis derivata.... Clausula: Absolvi 16 Maii 1768.

f) Parerga ex Physica Generali et Particulari (Nr. 51 - 83): p. 345/46

Ordo tractatuum codicis nostri congruit cum ordine tractatuum operis illius philosophici a P. Gallo Cartier, monacho coenobii Brisgoviensis Ettenheimmünster, cuius inscriptionem in pagina praecedente descripsimus, quia in parte b codicis praecedentis exeunte ille P. Gallus Cartier laudatur. Cum insuper codex noster tractatus quatuor contineat, pars autem b codicis 34 M inscripta sit: Tractatus Quintus Philosophia Moralis, Seu Ethica, veri simile est, una ex parte etiam codicis nostri paene omnia ex P. Gallo Cartier deprompta esse, altera ex parte etiam partem b codicis praecedentis 34 M a P. Michaele Rothmayr compositam esse.

Arch. Cod. 34 Z (XVIII 3v)

4° ; 352 pagg; teg. chartaceum caesium (blaugrau); script. 1771 Tractatus De Jure et Justitia Dictatus A Plurimum Reverendo, Religiosissimo ac Clarissimo Domino P. Michaele Lory. Benedictino Tegernseensi. pro tempore Sacrosanctae Theologiae in Speculativa Dogmatica Professore Pomeridiano Meritissimo. Anno 1771. Conscriptus a F. Odilone (Hammer) Monacho Benedictino Seitenstetensi. In Alma Archiepiscopali Universitate Benedictina Salisburgensi.
Initium Proemii p. 5: A virtutibus Theologicis, bene ad Cardinales fit progressio.....

Bibl. Cod. MN II 301

376 pagg; teg. chartaceum caesium (blaugrau); script. 1771

a) Tractatus De Deo Uno. Cum Prolegomenis In Theologiam. Dictatus A Plurimum Reverendo, Religiosissimo ac Clarissimo Domino P. Romano Digl. Benedictino Seitenstettensi. pro tempore Sacrosanctae Theologiae Speculativo=Dogmaticae Professore Meritissimo. Anno 1771. Conscriptus a F. Odilone (Hammer). Monacho benedictino Seitenstetensi. pro tempore Convictore In Alma Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi: p. 1 - 303.
Initium Proemii Prolegomenorum in universam Theologiam p. 3: Priusquam Theologiae candidatus ipsas materias Theologicas, ...(p. 3)
Initium Tractatus De Deo Uno p. 83: Totum hunc tractatum in 5 Dissertationes dividemus, ...
(Tractatus De Deo Trino deest!)

b) Placuit hoc vacuum replere Systemate Scientiae Dei in ordine ad gratiam vel Praedestinationem. Clarissimi P. Michaelis Lory Benedictini Tegernseensis Anno 1771 Professoris mei in Theologia Salisburgi (scribit F. Odilo Hammer!): p. 304 - 306

c) Quaestiones pro Collegiis ex Universa Theologia 1770 et 1771: p. 307 - 372 (Ex Tractatu de Deo Creatore; Ex Tractatu De ultimo fine, et beatitudine hominis; Ex Tractatu De actibus humanis et Conscientia; Ex Tractatu de legibus; Ex Tractatu de peccatis; De gratia, Justificatione, et merito; Ex Tractatu de Virtutibus Theologicis; Ex Tractatu De Incarnatione; De Sacramentis in genere; De Baptismo; De Confirmatione; De Eucharistia.) (82 collegia)
Totus codex ab eadem manu scriptus est.

Bibl. Cod. MN II 302

4°min; teg. c1; 380 pagg; script. 1771/72; p. 105 - 110 inter paginas 102 et 103 insertae sunt.

Récréations Philologiques, ou Mélange Agréable De Diverses Pièces, Dans gues differentes Tome Prémier. à Seittenstetten. 1771. Par Frē Benoit Walcher, de l' ordre de S: Benoit: p. 1 - 371; sequitur Table Des Matieres: p. 372 - 380

Continet hic liber in CXXXIX (139) capitibus diversissimas e diversissimis auctoribus dissertationes, orationes, epistolas, carmina partim Germanica (Hagedorn, Lessing), Francogallica, Latina lingua composita aut ex alia in aliam linguam translata (etiam e lingua Latina in Francogallicam) ab ipso scriptore F. Benedicto Walcher, monacho Seitenstettensi.

Intende praesertim in Caput LXXXII (p. 222 - 226): Ein Lied über die jezige Zeiten. Nach der nätürlichen ob der Ennserischen Bäurischen Mund, und Denckungs Art Verfaßt von A: R: P: M: Lind: ord: S: B: prof: Lamb: 1764 = von Admodum Reverendo Patre Mauro Lindemayr ordinis S. Benedicti professo Lambacensi 1764.

Item ne praeterieris Caput CXVII (p. 321 - 332): Oratio in honorem S: Scholasticae a me (id est a F. Benedicto Walcher) tempore Novitiatus mei dicta. 1769. (Et re vera F. Benedictus Walcher, utpote anno 1769, die 28. Octobris, professus, in die festo S. Scholasticae, id est die 10. Februarii, in monasterio Seitenstettensi tirocinium monasticum egit.)

Opus nostrum anno 1771 nondum finitum esse, demonstrat numerus anni 1772 p. 227 et 228.

Dans gues differentes in inscriptione codicis non praebet sanum sensum. Videtur igitur vox gues sola pars posterior vocis langues esse, cuius pars prior sine ullo vestigio exstincta est.

Arch. Cod. 34 - 1 (XVIII 3h)

fol. mai; 376 pagg; teg. b1; dorsum flosculis, margines maeandris impressis et inauratis ornata; scriptus 1772

Chronicon Sacrum ab Orbe Condito ad usque excisam per Titum Urbem et Templum Jerosolymitanum, concinnatum a P. Emmeramo Kolb Ordinis S. Benedicti Professo Seittenstettensi.

Qui P. Emmeramus Kolb videtur tam auctor quam scriptor huius codicis diligentissime et ornatissime exarati esse. Dedicavit autem opus suum magnificentissimum abbati suo Dominico de Güsmann anno 1772, cum abbas ille L annos a professione monastica feliciter perageret.

Arch. Cod. 34 - 4 (XVIII 3h)

fol; 340 pagg; teg. b1 (dorsum flosculis impressis et inauratis ornatum); scriptus inter annos 1772 et 1777

a) Fabula Quod Sacrum Corpus Patriarchae S. Benedicti dormiat in Sepulchro Floriacensi denudata. Dissertatio Apologetica Prima Domini Philippi Mariae Macchiarelli Benedictini Camaldulensis Ad Illustrissimum, et Reverendissimum Patrem Dominum Gregorium Galisium Abbatem Montis Cassini. Neapoli Typis Felicis Mosca. MDCCXIII cum Licentia Superiorum. Ex Italico in Latinum reddidit P. Emmeramus Kolb. Benedictinus Seittenstettensis: p. 1 - 226

b) Sancti Gregorii Magni Cultoris Regulae Patriarchae Sancti Benedicti Dissertatio Apologetica Domini Philippi Macchiarelli Benedictini Camaldulensis Ad Illustrissimos, et Reverendissimos Patres Dominum Benedictum Abbatem Laudati et caeteros Abbates, et Monachos S. Severini Neapoli. Neapoli Typis Felicis Mosca. MDCCXIII (1713) cum Licentia Superiorum. Ex Italico in Latinum reddidit P. Emmeramus Kolb. Benedictinus Seittenstettensis: p. 241 - 340.

P. Emmeramus Kolb etiam hunc codicem ornatissime exaratum abbati suo Dominico Güssmann dedicavit, idque inter jubilaeum professionis, quod abbas ille die 8. Decembris 1772 celebravit, et diem 20. Martii 1777, quo die mortuus est abbas ille dignissimus.

Arch. Cod. 34 D (XVIII 3m)

fol; 204 pagg; teg. b1; scriptus 1772

Verschiedene von seiner Eminenz dem Cardinal Graf Migazzi Erzbischof zu Wienn Bischof zu Waizen vom Jahr 1766 bis Ende 1770. an Ihro Römisch Kaißerlich=Königliche Apostolische Majestett Verfaßte Vorstellungen in Betreff der Kirchen=Sachen, und der in selben unternommenen Neuerungen Gesammlet, Von P. Martin Ober Profeß zu Seittenstetten.

Litterae initiales compilatoris in parte adversa tegumenti ab intrinsecus: P. M.O. = P. Martinus Ober.

Clausula p. 203: Zusam getragen und eigener Hand geschriben von P. M. O. (=P. Martinus Ober)

HoC annô QVô Vestro eLeCto IMpratorI DD sVaDetVr:
DesIne ReX ConsCrIbere popVLVM
QVIa ReX RegVM, DeLet ConsCrIptos

(Tria chronogrammata ad annum 1772!)

Arch. Cod. 33 J (I l. u.)

4°; 146 pagg; teg. c1; script. ca. 1772

a) (Aliquot carmina sacra Germanica aut e lingua Latina in Germanicam versa): p. 1 - 48

b) (Aliquot documenta, quae ad historiam ecclesiasticam spectant): p. 51 - 127

c)(Secundae nuptiae)(Drama Latinum gratulatorium,ad diem 8. Decembris 1772, quo die abbas Dominicus Güsmann L annos a professione monastica peractos celebraturus erat, probabiliter a P. Romano Digl compositum; nam idem drama etiam in fasciculo 1D A52 invenitur, ubi inscriptioni graphitide suppositum est nomen P. Romani Digl, monachi Seitenstettensis).

Pars c vix ante annum 1772 scripta esse potest. p. autem 127 reperitur numerus anni 1768.

Parti adversae tegumenti ab intrinsecus impressae sunt litterae initiales: P. M. O. = P. Martinus Ober, monachus Seitenstettensis. Qua de re, cum totus codex ab una eademque manu scriptus sit et scriptura cum codice praecedente 34 D valde congruit, non est dubium, quin P. Martinus Ober scriptor sit codicis nostri. Puto autem, eum nihil omnino, quod in codice nostro scripsit, ipsum invenisse aut composuisse.

Arch. Cod. 33 K (I l. u.)

4°; 158 pagg; teg. c1; scriptus ca. 1773

a) (Bulla Clementis Papae XIV. Dominus ac Redempor noster ~~de~~ die 21. Julii 1773 ad tollendam societatem Jesu edita, aliaque documenta, quae res gestas ecclesiasticas exhibent): p. 1 - 98

b) Antiquae Bojorum Gloriae Sepulchrum et recentis Ignominiae Theatrum .....descriptum a quodam victricis Aquilae Pullo. Anno 1705 (Poema Latinum): p. 99 - 141

c) (Bulla Dominus ac Redemptor - quam vide supra in parte a! - in linguam Germanicam versa et typis mandata): p. 143 - 158

In hoc quoque codice parti adversae tegumenti ab intrinsecus impressae sunt litterae initiales: P. M. O., quae indicant P. Martinum Ober,monachum Seitenstettensem, esse scriptorem huius codicis. Sed et in hoc codice videtur nihil a semetipso percepisse, sed omnia ex aliis auctoribus deprompsisse, collegisse, conscripsisse.

Bibl. Cod. MN III 49

8°min; 136 pagg; teg. b2 in f dorso et marginibus decoratum teneris ornamentis; scriptus anno 1772

Gebett Piechel darinen Alerhandt Schöne Gebetter Zu finden seynd. beschriben Anno 1. 7. R 7. 2.

Videntur ergo litterae initiales nominis scriptoris esse G R aut R G. Plenum autem nomen eius nusquam investigavi. In folio titulari recto legitur nomen possidentis: Anna Maria zeindlinn (aut zrindlinn?)

Libellus noster precatorius pulchre nigro rubroque colore scriptus et aliquot delineationibus rubro viridique colore pictis ornatus est.

Bibl. Cod. MN III 81

8°; 266 pagg; teg. b1, dorsum et margines ternerrimis flosculis impressis et inauratis artificiose ornata; script. 1772

Tägliche Andachts Übungen Zum Gebrauch Ihro Kayserlichen Majestät Der Königin Zu Hungarn und Böheim.

In margine dextera folii titularis ab alia manu scriptum est: Anno Dom(ini) MD.CLXXII = 1672, sed cum Augustissima illa Regina Hungariae et Boemiae sine dubio Imperatrix sit Maria Theresia (1740 - 1780) et insuper scriptura, orthographia, sermonis ratio ortum esse codicillum nostrum pretiosissimum circa annum 1770 indicent, non est dubium, quin numerus ille anni 1672 lapsus sit calami.

Opusculum nostrum non solum diligentissime et ornatissime scriptum, sed etiam multis adumbrationibus ipso atramento calamoque artificiose factis decoratum est. Nihilominus non puto ipsum codicem nostrum scriptum esse, ut Imperatrix illa eo uteretur; probabiliter plures codicilli huius generis scripti sunt, e quibus unus Imperatrici Mariae Theresiae dono datus est.

Ceterum tam scriptor quam compilator ignotus.

Codex noster pretiosus in capsa corio cervini coloris munita servatur. In folio praeliminari verso invenitur signum L K 9; quod cum non sit signum bibliothecae Seitenstettensis, codicillus noster ex alia bibliotheca in Seitenstettensem videtur translatus esse.

Bibl. Cod. MN III 50

8°; 154 pagg; teg. b1, dorsum marginesque ornamentis impressis et inauratis decorata; scriptus anno 1773

a) Hand Büchelein Worinen Sehr Schöne Morgen Abend= Meß= Beicht und Communion Wie auch Litaney und andere Schönex Gebetter zu finden Seyn Geschriben In Jahr Christi, 1773 den isten (=ersten) Abrill. In altero folio titulari ea, quae codicillum nostrum scripsit (?), ita se introduxit: Anna maria bin ich genand, In ober östereich ist mein Vatter Land, In waltneykirch (Waldneukirchen) bin Ich gebohren; In fürling (Fürling) Christlich aufferzogen, die dintden ist Mein Samen! damit Schreib ich mein Ehrlichen (?) Nahmen! ist mein Nahm nicht Recht geschrieben! So istxx die Kunst In die fetter ge=Blieben: p. 1 - 132

b) geistlicher Schilt gegen Leibliche und geistliche gefahrlichkeiten allzeit bey sich zu Tragen: Darinnen sehr Schöne Krötige (kräftige) Seegen und xxx gebetter zu fünden Seind deilß Von der Kirchen, und Heil. Vätter gemacht, und vom pabst urbano VIII: Rom: approbiret worden: p. 133 - 152.

p. 1 ab alia manu (possidentis puto) notatum est: Rosalia Herz bin ich genant in Oberösterreich ist mein Vaterland in Losenstenstein (Losenstein) bin ich gebohren in Sierning Christlich auferzog(en) Quae notaxx saeculo XIX. videtur scripta esse.

In parte adversa tegumenti rhombo rubri coloris inscriptae sunt litterae initiales: A: H: Quae si ad Annam Mariam illam pertinent, quae quomodo se commendasset supra exscripsimus, Annae autem illae consanquinitate iuncta erat illa Rosalia Herz, cuius notam p. 1 inscriptam modo deprompsimus, fortasse illa, quae codicillum nostrum rudissima orthographia, sed summa cum diligentia sollertique manu exaravit, nomen Anna Maria Herz habuit.

Bibl. Cod. MN II 303

436 pagg; teg. a2; script. ca. 1775

a) Proemium In Universam Philosophiam Tum Exegeticam, tum Dialecticam: p. 1.- 82. Initium: Quisquis in Philosophiae Studio laborem suum utiliter collocare desiderat, ...

b) Exercitationes Dialectixcae In Prolegomena Exegetica: p. 83 - 155.

c) (Logica Generalis): p. 157 - 374.
Initium Partis I. Logicae generalis. De Prima mentis operatione, seu de notionibus, et Idaeis. Prima cogitationis, seu mentis operationis Species, quam Logica considerat,.....

d) Logica Specialis: p. 375 - 427.
Initium: Hucusque in Logica generali ea pertracta sunt, ...
Neque auctorem scio neque scriptorem, neque certe, quando ortus sit codex noster. Sed propter formam tegumenti eamque raram et codici sequenti anno 1776 scripto consimilem etiam codicem nostrum circa annum 1775 scriptum esse puto. Quod eo magis coniicere possumus, quo p. 2 Wolfiana Philosophiae definitio laudatur et p. 25 Leibnitius, Wolfius, Newtonus praecedentis aetatis esse indicantur.

Bibl. Cod. MN II 304

50 + 194 = 244 pagg; teg. a2; script. 1776

a) Logica minor Sive Dialectica Pars prima Logicae: p. 1 - 50.
Cui inscriptioni subscriptum est nomen Josephus Fux; qui sine dubio scriptor huius partis fuit.
Initium Tractatus primi. De vocibus prout signis operationum Mentis: p. 1: Logica â graeco vocabulo Logos, quod rationem, aut sermonem significat, est derivata;....
Haec pars codicis nostri profecto eundem tractatum (imperfectum sane!) continet, quem in parte a codicis MN II 300 (supra p. 248) invenimus. Qua de causa etiam in codicis nostri MN II 304 parte a auctor est P. Michael Rothmayr, monachus Seitenstettensis, quem probabiliter in ipso monasterio Seitenstettensi lectiones philosophicas habuisse iam supra p. 248 diximus. Num vero pars a codicis nostri eodem anno 1768 tradita scriptaque sit, quo codex MN II 300, valde dubitandum est, cum pars b codicis nostri anno 1776 scripta sit. Potuit enim P. Michael Rothmayr eosdem tractatus philosophicos pluribus annis dictare.

b) Correcta ~~Joannis Fux Rhetorici~~ Rhethorices Studiosi Seittenstettensis Anno 1776: p. 1 - 176 (=51 - 226) cum indice rerum alphabetico in Appendice p. 180 - 189 (=230 - 239) (NB! Inter pagg. 178 et 179 plurima folia excisa sunt.)
Joannes ille Fux, qui hanc partem emendatam scripsit, forsitan idem sit qui P. Robertus Fux, patria Seitenstettensis, anno 1779 monasterium eiusdem loci ingressus.
Continet haec pars plurima exempla oratoria, ex. gr. descriptionem avari
, quae probabiliter ipse Joannes Fux composuit compositaque et (a magistro?) correcta codici nostro inscripsit.

Bibl. Cod. MN III 60

8°; 176 pagg; teg. b2, flosculis aliisque tenerrimis ornamentis impressis et inauratis decoratum; ca. 1775

a) Zum wahren Angedenken (Carmen monitorium, ne negligendo hodiernum amittas crastinum diem): p. III. (lingua Germanica ut totus codex!)

b) Seelen Schaz: worinnen Andächtige Morgen: Beicht= und Communion Gebetter, TagZeiten, und Litaneyen, dan andere Andachten begriffen: Zum Gebrauch Barbara Dirnbergerin: Zusam geschrimben F. C: A: p. IV, 1 - 153 cum indice: Register: Aller hierin Begriffenen gebettern: p. 169 - 172

c) Litaney zu allen Heiligen Gottes: p. 154 - 167, cuius in fine notatum est nomen Joseph Bachinger, qui vero nil nisi partem c scripsit. Cetera autem scripsit F. C: A:, cuius quod nescio plenum nomen, valde doleo. Nam Barbara Dirnbergerin partes a et b non scripsit, sed usa tantum est iis.

Circa annum 1775 exaratum esse hunc libellum precatorium e forma tegumenti colligo, quippe quod similiter ornatum sit ut codex MN III 81, anno 1772 scriptus (vide supra p. 253!), etsi multo vilius sit, multoque magis attritum. In parte adversa tegumenti inveniuntur litterae initiales inauratae: M. B. O., quae probabiliter nomen pxossidentis indicant, qui codicillum nostrum tam artificiose tegumento muniendum cxuravit.

Bibl. Cod. MN III 51

16°; 144 140 pagg; teg. b2, dorsum marginesque teneris ornamentis impressis et inauratis decorata; script. 1778

Gebett Buech Darinen Morgens Abens mes beicht und Communion Gebett auch noch Andere Schönnen gebetter und littaneyen 1778: p. 1- 137 cum indice: Register p. 138 - 140

Inscriptiones huius libelli multis coloribus fucatae sunt. Insertae sunt etiam aliquot delineationes chalcographicae, quos artifex quidam nomine Kollanetz scxulpsit.

Scriptor nomen suum prodit p. 125: Jowhann Joachim Plattnesleutner, initiales litteras etiam p. 134: I. I. P. 1.7. .7.8.

Bibl. Cod. MN III 52

8° min; 178 pagg; teg. b2 teneris ornamentis impressis decoratum; scriptus anno 1779

Gebett=büchlein: Ich leb, und weiß nicht, wie lang, Ich stirb, und weiß nicht wann, Ich Fahr dahin, und weiß nicht wohin, wie Komts das ich so fröhlich bin: I H S MARIA (Monogramma) anno 1779: p. 1 - 175.

Singulae paginae duplici margine rubra circumscriptae sunt. Inscriptiones singularum partium precumque rubro, viridi, immo etiam aureo colore tinctae sunt. Scriptor huius libelli precatorii nomen suum videtur in margine inferiore a parte sinistra scripsisse: Öfferlbauer p. 84.

p. 176 alia manus, dico possidentis, scripsit: Mein Liebes Büchlein Ich Laß dir sagen: wann dich einer weeg will tragen: so sprich laß mich mit Rueh: Ich gehör dem Johann Preisch zue:

Num scriptor ipse preces codicilli nostri collegerit et composuerit incertum est.

Bibl. Cod. MN II 305

312 pagg; teg. c3, sed valde attritum; scriptus 1779 (?)

a) (Aliquot notata brevissima de apparitionibus cometarum 1770 et 1771 aliisque rebus): pars adversa tegumenti ab intrinsecus, p. 1 - - 2.
b) Compendium Geographiae Praecipuarum Europae Regionum: p. 3 - 9
c) Tria epitaphia versibus ornata: p. 9
d) Aequationes arithmeticae: p. 10
e) Introductio in Historiam: p. 23 - 31
f) observationes microscopiques des Sementes (Francogallice) aliaque excerpta e diversis libris Francogallica: p. 33 - 42
g) Tria excerpta Latina geographica: p. 42 - 44.
h) Demonstration de L' exsistence de Dieu: p. 45 - 46 et alia Francogallice composita: p. 46 - 49.
i) Iterum geographica et historica Latina: p. 51 - 67
j) Iterum notata Francogallica: p. 69 - 95
k) Varia notata Latina: p. 96 - 158 (physica, historica, geographica), sed p. 100 - 102, 105- 107 (Wider die Seuche des Geflügels; besonders der Hennen), 121 (Haupt Summe Ueber die in Galizien und Lodomerien befindliche Kreise, Distrikte, Städte, Markflecken, Dörfer Häuser, und Seelen, wie auch über den Viehstand, nach dem Conscriptions Abschluß mit Ende Oktobers 1776) Germanice scripta sunt.

l) Numi (!) veteres Augustorum, Caesarum et Augustarum ex aere magno: p. 159 - 166 (a C. Julio Caesare usque ad Neronem Claudium Caesarem)

m) Varia notata Latina: p. 167 - 173, 175 - 195, 197 - 212 (physica, chymica, praecepta medicinalia etc.) et Germanica: p. 195 - 197 et Francogallica: p. 174 - 175.

n) Exercitia oratoria Latina de materiis antiquis: p. 213 - 216: Furor Seu orgya Maenadum. Euripidis Bacchae; Penthei laceratio; p. 220 - 242: oratio Andromachae, cum avulsus ex eius sinu parvus filius Astyanax ex turri praecipitandus esset; Elogium Themistoclis; oratio Periclis ad Athenienses contra Lacedaemonios; oratio Periclis, cum et ab hoste agri, et a pestilentia urbs Athenarum vastaretur; oratio Cleonis ad Athenienses: ne facti decreti eos poeniteat, ut Mytilenaeos, qui defecerant, omnes occiderent; Locus communis de seditione; oratio Lacedaemoniorum ad Athenienses de petenda pace; oratio Brasidae Spartani ducis ad Acanthios, ut se cum exercitu recipiant, et Spartanorum socii esse velint (Thuc. IV 85 - 87); oratio, qua Orestes se Tyndaro excusat, quod eius filiam, matrem nempe suam occiderit; (etymologia nominis Tragoedia).

o) (De conscientia): p. 217

p) Catecheses: p. 219

q) (De affectibus in oratione): p. 243 - 285. Initium: De Mixtura Affectuum. et quibusdam animadversionibus de affectibus generatim. Non sunt in poemata uno affectu omnia efferenda;.....

r) (Duo consilia Germanica pro praxi): p. 285
Inter pagg. 290 et 291 multa folia excissa sunt. pag. 291 - 308 quaedam initia indicis rerum codicis nostri alphabetica inveniuntur.

s) Formulae aliquae de concionibus (partim Germanicae, partim Latinae, interdum e Cicerone depromptae): p. 309 - 312

t) Figurae Sen(tentiarum?): Pars adversa tegumenti ab intrinsecus.
Num totus codex noster ab una eademque manu scriptus sit, incertum est. Ceterum tam scriptor (aut: scriptores) quam auctores maiorum partium ignoti.
In parte adversa tegumenti ab intrinsecus invenitur praeter alia etiam signum A, cui subscripta est vox Tomus. Tomum vero B nondum inveni. In ultima linea eiusdem paginae invenitur nota: pro 1779. Cum vix intelligendum sit, quo modo haec nota cum praecedente consilio de lignis conservandis cohaereat, forsitan indicet, codicem nostrum esse collectanea pro anno 1779, id est, codicem nostrum continere, quidquid compilator hoc anno legendo scribendoque collegerit.

Arch. Cod. 3 D D (A 78)

8°; 193 pagg; teg. c1; scriptus ca. 1774 - 1781
Breviarium Historicum Monasterii nostri et rerum singularium 1107 - - 1774 (cum Serie Superiorum in Sacro Monte usque ad annum 1781) Auctorem scriptoremque huius codicilli esse P. Anselmum Wisgrill, Bibliothecarium et postea confessarium in Sacro Monte, qui dicitur Sonntagberg, existimo. Scriptura enim codicis nostri consimilis est Diario, quod in archivo monasterii Seitenstettensis asservatum sub signo 3 B I j ab illo monacho Seitenstettensi Anselmo Wisgrill vix-dxxxrxcxxxxxrxpxxx esse conscriptum vix negabis, si comparaveris p. 15 (ad annum 1775) et 40 eiusdem diarii.

Bibl. Cod. MN I 17

fol; teg. b1, dorsum flosculis impressis et inauratis ornatum; 146 pagg; scriptus inter annos 1771 et 1785
Untersuchung der Frage Ob die Verfassung, die Zahl, Güter, und der ledige Stand der dermaligen böhmischen Klerisey, hauptsächlich aber der Ordensmänner dem böhmischen Staate würklich so schädlich sey, wie einige behaupten wollen?
In Drey Abschnitten entworffen Von Khristoph Reinisch der Freyen Künste, und Weltweißheit Doktor auf der hohen Schule zu Saltzburg.
Quis hunc librum tam eleganter et diligenter scripserit, nescimus; initia PFL, quae in pagina titulari bis rexperiuntur, probabiliter indicant P. Florentium Lorenz usum esse hoc libro. Qui cum Alsatia e monasterio Altdorfensi propter revolutionem, quam dicunt Francogallicam, fugitivus anno 1799 in monasterio Seitenstettensi iterum vota nuncupavit. Atqui codicem nostrum inter annum 1771 (quem numerum invenies in ultima linea paginae 31) et annum 1785 (nam in tabellis monasteriorum adhuc exstantium ex. gr. p. 61 etiam monasteria enumerantur, quae anno 1785 ab augustissimo imperatore Josepho II. sublata sunt) scriptum esse veri simile est. Sed etiam P. Placidus Haslinger, cuius signum in pagina titulari (Ex libris P. Placidi Haslinger Ordinis S P Benedicti professi Monasterii Seittenstettensis) notatum est, probabiliter non scripsit codicem nostrum (etenim scriptura subscriptionis p. 9 cum scriptura codicis non bene convenit), sed usus est tantum eo; cum vero ille P. Placidus Haslinger anno 1806 mortuus esset, utebatur codice nostro ille P. Florentius Lorenz. P. vero Placidum Haslinger comparavisse codicem nostrum veri simile est, nam cum esset natione Bohemus, certo in codice nostro quasi rem suam tractatam esse putavit. (PS. Cum p. 69/70 Jesuitarum adhuc exxstantia collegia componantur, probabiliter codex noster non est scriptus post annum 1773.

Bibl. Cod. MN I 18

fol; 346 pagg; teg. chartaceum caesium; script. ca. 1780 (?)
Auszug einiger im ersten und zweyten Theile enthaltenen, von Fra: Francisco Maria Casini, Kapuziner Ordens, gewesten Prediger im apostolischen Saal zu Rom, und nachmaligen der heiligen römischen Kirche Cardinal Titulo S: Priscae, In wälscher Sprache aldort vorgetragenen Predigten. In die deutsche Sprache übersetzt.
Quarum contionum prima editio Italiana, inscripta: Prediche dette nel Palazzo Apostolico, Romae 1713 ~~prima~~ in lucem evenit. Quis autem conciones illas Italianas in linguam Germanicam transtulerit, nescio, neque num versio codicis nostri prelo mandata sit. Translator noster ignotus affirmat hanc primam esse versionem e lingua Italiana in Germanicam. (Vide Praefationem p. 5!)
p. 2 codicis nostri haec invenitur dedicatio: Au l. (?) R. P. Isidore Apôtre infatigable et Prédicateur intrépide du royaume ~~MX~~ d' Aschbach Son ami chéri D. Michel. (Cui nomini dedicantis subscripta est magna piscis delineatio atramento facta.)
Ex atramento apparet, hanc dedicationem nostro saeculo scriptam esse. Reverendus igitur ille P. Isidorus, intrepidus Asbacensis Praedicator, sine dubio idem est atque P. Isidorus Mayrhofer (+ 1951), monachus Seitenstettensis, linguae Francogallicae amantissimus. Quis vero sit ille Dominus Michael, qui codicem nostrum P. Isidoro Mayrhofer dono dedit, nondum investigavi. Scriptum esse codicem nostrum circa annum ~~MX~~ 1780 tam e forma tegumenti quam e charactere scripturae conieci. Donavit hunc codicem Dominus Michael Bocksruth, oblatus Ordinis S. Benedicti in monasterio Praglia, circa annum 1930.

65)
Arch. Cod. 29 A (A ~~XXX~~)

4°; 52 pagg; teg. bl; scriptus circa annum 1780
Directorium ac Rituale Monasterii Seitenstettensis
Hunc codicem circa annum 1780 exaratum esse, ritus quidam in eo ordinati ostendunt, qui post annum 1780 mox per leges a imperatore Josepho II. in publico-ecclesiasticis editas sublati sunt, et forma scripturae, quae P. Bertholdum Stolz scriptorem esse indicat. Num ipse scriptor hoc directorium etiam composuerit, incertum est.

Arch. Cod. 29 B (A 65)

4°; 126 pagg; teg. a2; scriptus circa annum 1780

a) Ritus Festorum immobilium In nostro Divae Virginis Monasterio Seittenstettensi observandi: p. 1 - 50

b) Ritus Festorum mobilium In Nostro Divae Virginis Monasterio Seittenstettensi observandi: p. 51 - 112

c) Ritus Diversi per annum occurrentes: p. 112 - 126

Etiam hunc codicem circa annum 1780 scriptum esse, iisdem de ~~xxxx~~ causis existimo, quibus codicem praecedentem 29 A (vide p. 260!) Ceterum has causas fusius tractavi in Catalogo Codicum Archivi Seitenstettensis. P. Bertholdum Stolz hunc quoque codicem scripsisse, eadem scriptura indicat, quam in codice 29 A invenimus. Easdem regulas celebrandi festa monasterii Seitenstettensis continent etiam tres subsequentes codices.

Arch. Cod. 29 L (XV 2m)

fol; 93 pagg; teg. c3; scriptus circa annum 1780

Hic codex easdem tres partes continet, quas praecedens codex 29 B; immo etiam eundem scriptorem esse utriusque codicis, non negandum est. Qua de causa P. Bertholdum Stolz hunc quoque codicem scripsisse puto.

Arch. Cod. 29 D (XV 2m)

4°; 85 pagg; teg. chartaceum totum flosculis ornatum

Etiam hic codex illas tres partes continet, quas supra in Codice 29 B invenimus. Quae cum ita sint, non est dubium, quin etiam cod. 29 D circa annum 1780 ortus sit. At videtur hic codex non a P. Bertholdo Stolz, sed a~~x~~b alia manu scriptus esse, et cum multo negligentius scriptus sit, quam codices 29 B et 29 L, probabiliter codex 29 D illud est exemplar, quo auctor tractatus de ritibus Seitenstettensibus concepit composuitque. Qua de re dubito, num P. Bertholdus Stolz re vera istos tractatus liturgicos composuerit, qui in codicibus 29 B, 29 L, 29 D ad nostram usque aetatem pervenerunt, quamvis peritus esset rerum liturgicarum, quippe qui Sacrae Supellectilis custos et bis Prior claustralis et Novitiorum Magister esset.

Bibl. Cod. MN III 44

8°; 110 pagg; teg. b1; scriptus circa annum 1780 (?)
Die Endeckten (!) Requisita Realia wodurch Zum wahren Fundament der Hermetischen Wissenschafft vollkommen zu gelangen Denen Liebhabern zum Dienst eröffnet, so den Nahmen führet, Sincerus.
Puto tamen vocem Sincerus non esse verum nomen auctoris, sed fictum, quo personam suam tegat. Scriptoris vero nomen omnino ignotum est. Sed circa annum 1780 scriptum esse codicem nostrum veri simile est propter characterem scripturae.

Bibl. Cod. MN III 53

8°min; 90 pagg; teg. abscissum; scriptus ca. 1780 (?)
Geistliches. Baum Gärtlein Allen In Gott Christlich Lebenden Seelen zu Nutz und mehrern Eifer zusammen getragen. Darinnen Schöne aus erlösene Morgen= Abend Meß Beicht und Comunion Gebetter.
Inscriptiones singularum precum viridi aureoque colore ornatae sunt. Ceterum neque auctor notus neque scriptor. Sed propter formam ornamentaque scripturae puto circa annum 1780 hunc codicillum scriptum esse.

Bibl. Cod. MN III 54

8°min; olim plus quam 475 pagg; teg. abscissum; ca.1780?
Quod pagg. 1 - 112 huius libri precatorii desunt, etiam inscriptio ignota est. Nunc iam nil nisi pagg. 113 - 474 exstant. Quot paginae in fine libri deperditae sint, non possum dicere. Item tam auctor quam scriptor (qui codicillum nostrum diligentissime exaravit) ignotus. Circa annum 1780 scriptum esse codicem nostrum ratus sum propter orthographiam scripturamque; sed forsitan uno alterove decennio prius scriptus sit.
In margine inferiore p. 474 P. Josephus Schock, monachus ac professor Seitenstettensis, notavit, se hunc codicem accepisse die 5. Januarii 1907 a discipulo II. Classis gymnasialis nomine Rauscher.

Arxch. Cod. 34 NN (A 77)

8°; 370 pagg; teg. chartaceum caesium; scriptus 1782
Inst(r)uctio, Aliaque Pietatis Exercitia Pro Infirmis et Moribundis In Usum Pastorum; Sive aliorum aegrotis assistentium. Ex Patrum, Ascetarum, Piorumque Virorum Tractatibus Collecta. P. B. W. 1782.
Litterae illae initiales indicant, P. Benedictum Walcher, monachum Seitenstettensem collectorem scriptoremque esse huius operis, quod praeter inscriptionem lingua Germanica utitur.

Arch. Cod. 29 J (XV 2m)

fol; IV + 424 pagg; teg. a2 (perpulchrum); scriptus 1786
Commentarius in regulam Sancti Patris Nostri Benedicti cui accedunt inserta hinc inde Religiosae Vitae Documenta. Authore P. Bertholdo Stolz Ordinis Sancti Benedicti et Monasterii Seitenstettensis Professo, 1786.
Inscriptio dorsi: Commentarius litteralis in regulam S. Benedicti.
Scripturam huius codicis si comparaveris cum codicibus 29A, 29B, 29L, facile videbis auctorem codicem nostrum sua ipsius manu scripsisse. (Codices 29 A, B, L supra p. 260 - 261 tractavimus!)
Commentarius noster in lingua Latina compositus est.

Bibl. Cod. MN III 82

8°; 228 pagg; teg. chartaceum, in margine ornamentis decoratum, cum dorso scorteo et rubro colore fucato; script. ca.1790
Katholisches Gebeth Buch bestehend in Morgen Abend Mes Beicht und Communion Gebethe Litaneyen: Kirchen=Gesan(g) u(nd) Kreuz(weg)
Index huius Germanici libelli precatorii inserxtus est p. 187 - 192 inter preces et carmina spiritualia.
Neque auctorem huius codicilli scimus neque scriptorem. Sed propter rationem scribendi vix multum anxte annum 1790 ortus esse potest.
Inscriptiones singularum partium multis coloribus ornatae sunt.
Ante folium titulare insertum est imago Samuelis, quem Deus ad prophetiam vocat.
Folio praeliminari inscripta sunt nomina Leopold Rechberger (bis) et Kaj(e)tan Kock, qui forsitan ita se possidere hunc codicillum confirmaverint.

Bibl. Cod. MN III 61

8°; 112 pagg; teg. b1 (in marginibus ornatum); ca.1790
Geistlicher Rauten krantz Darin Sehr kräfftige morgen abend meß beicht und komunion Gebett zum H: Sacrament zum leyden Christi zur mutter gottes auch für die abgestorbenen Nebst litaneyen und andern gebettern
p. 106 - 111 videntur ab alia manu scriptae esse. Ille autem, qui p. 1 - 105 inscripsit, inscriptiones singularium partium huius libelli precatorii variis coloribus artificiose decoravit. Cuius propter formam decorationis arbitratus sum codicem nostrum ut praecedentem circa annum 1790 scriptum esse. Sed si existimaveris (fortasse propter characterem scripturae et locutionem) aliquantum prius ortum esse hunc codicillum, non repugnabo.

Bibl. Cod. MN III 18

8°; 152 pagg; teg. chartaceum rosaceum; script. ca. 1790
Precationes Ante, et post Missam dicendae, Ex Missali Romano, Aliisque locis depromptae, Quae Nunc emendatiores, ac auctiores prodeunt.
De compilatore et scriptore huius codicilli Latini nihil omnino repperi. Propter scripturam puto circa annum 1790 ortum esse hoc opusculum. Sed cum calligraphice scriptum sit et praeter litteras recentioris alias vetustioris formae praebeat, neque quando ortum sit, certo dicere possum.

Bibl. Cod. L I. 1

fol; 484 pagg; teg. b1 cum dorso albo; script. 1785/1805
Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tomus I.

Bibl. Cod. L I. 2

fol; 364 pagg; teg. b1 cum dorso albo; script. 1785/1805
Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tomus II.
Disputant viri litterati, utrum P. Rudolphus Kapeller an P. Wolfgangus Mitter, uterque monachus Seitenstettensis, auctor sit huius catalogi librorum in medio aevo manuscriptorum, in duos tomos divisi. Qui catalogus, cum tam codices Ardacensis canoniae, qui canonia illa anno 1784 sublata in bibliothecam Seitenstettensem translati sunt, quam codicem anno 1805 a Francogallis ereptum contineat, inter annos 1784 et 1805 scriptus est.

Bibl. Cod. L II. 1

fol; 578 pagg; teg. c3d; scriptus post annum 1784?
Antiquitates typographicae seu libri usque ad annum 1500 impressi, qui in bibliotheca monasterii Seitenstadiensis adservantur, secundum annorum seriem dispositi et descripti nonnullisque notis historico=litterariis illustrati (cum indice alphabetico p. 548 - 576)
Auctorem huius operis Latini esse P. Wolfgangum Mitter consentiunt, quantum video, omnes auctores, ex. gr. P. Martinus Riesenhuber, olim archivarius monasterii Seitenstettensis; secundum Ortmayr - Decker, Das Benediktinerstift Seitenstetten, Wels 1955, p. 293, P. Wolfgangus Mitter ab anno 1784 usque ad annum 1795 monasterii Seitenstettensis custos erat bibliothecae. Qua de re codicem nostrum circa annum 1790 exaratum esse verisimile est. Nescio autem, num ipse P. Wolfgangus Mitter hunc catalogum scripserit.

Arch. Cod. 31 A (XVII 1v)

fol; 162 pagg; teg. chartaceum, flosculis ornatum cum dorso extremisque scorteis cervini coloris; scriptus ca. 1790
(Antiquitates typographicae seu libri usque ad annum 1500 impressi, qui in bibliotheca monasterii Seitenstadiensis adservantur)
Folium titulare deest; qua de causa, cum in hoc quoque codice de libris uti aiunt incunabulis agatur, titulum e praecedente codice restitui. Fortasse idem P. Wolfgangus Mitter hunc codicem composuit (quoad maximam partem Latine, interdum Germanice), ut codicem illum magnum, quem modo tractavimus, praepararet.

Arch. Cod. 31 D (XVII 1v)

4°; 590 pagg; teg. c3d; scriptus inter annum 1784? et 1795
Antiquitates Typographicae adservatae in Bibliotheca Monasterii Seittenstadiensi Ordinis S. Benedicti.
Etiam in hoc codice libri usque ad annum 1500 typis mandati in lingua Latina fuse tractantur. Itaque videtur P. Wolfgangus Mitter etiam hunc codicem composuisse, cum illos libros perlustraret, ordinaret et catalogo insereret. Quae cum ita sint, hic quoque codex, quo tempore P. Wolfgangus Mitter bibliothecae praefuit, dico ab anno 1784 usque ad annum 1795 (vide supra in codice paenultimo!), ortus est.

Bibl. Cod. MN II 306

104 pagg; teg. tenue folium ornamentis coloratis impressum Uiberreste typographischer Alterthümer die sich in dem vormaligen Kollegiatstifte Ardacker erhalten, itzt aber von Ambrosio III. Abte zu Seitenstetten dem Büchersaale seines Stiftes einverleibet wurden. Probabiliter hunc quoque codicem P. Wolfgangus Mitter composuit, nam etsi in lingua Germanica, tamen non minus accurate et copiose illos XCIV (94) libros usque ad annum 1500 prelo impressos et usque ad annum 1784/7 in canonia Ardagger adservatos pertractat auctor codicis nostri quam ille monachus Seitenstettensis in tribus codicibus praecedentibus. Qua de causa etiam codex MN II 306 inter annos 1784 et 1795 videtur ortus esse. Sed cum codex noster quam diligentissime scriptus sit, ille P. Wolfgangus Mitter vix potest esse scriptor, quippe qui multo minus ordinate scripserit.
Alterum exemplar huius codicis adservatur in scrinio L II 2 bibliothecae Seitenstettensis, sed non ab eodem scriptum, sed forsitan ab ipso P. Wolfgango Mitter, ita ut codex noster MN II 306 correctum sit illius codicis, qui in scrinio L II 2 adservatur.

Arch. Cod. 3 I (XVIII 2m)

fol; 526 pagg; teg. b1, dorsum flosculis impressis et inauratis ornatum; scriptus 1787

Josephi Schaukegl Presbyteri Abbatiae Seitenstettensis Ordinis S. Benedicti Exercitationes Historico-Diplomatico-Genealogicae de Norico huiusque Regni antiquis Familiis, praecipue Comitibus de Stille et Hefte, Fundatoribus Abbatiae Seitenstetten in Austria Inferiore et heredibus celeberrimae Familiae Comitum de Sempta et Ebersperg.
Opus hoc laboriosissimum ille P. Josephus Schaukegl anno 1787 conscribere (sua ipsius manu!) coepit, et annis sequentibus in subsequentibus codicibus prosecutus est.

Arch. Cod. 3 D (XVIII 2m)

fol; 350 pagg; teg. modernum (pars adversa et aversa nigro fulvoque colore sparsa) chartaceum cum dorso scorteo nigro

Continet hic codex eiusdem operis P. Josephi Schaukegl monachi Seitenstettensis pagg. 527 - 876, id est Tomum II, scriptum inter annum 1787, quo praecedens, et annum 1791, quo prosimus codex scriptus est.

Arch. Cod. 3 E (XVIII 2m)

fol; 378 pagg; teg. ut in codice praecedente 3 D; script.1791
Hic codex eiusdem operis P. Josephi Schaukegl monachi Seitenstettensis Tomum III, id est pagg. 877 - 1255, continet.
Clausula p. 1255: Hic finit Exercitatio IX hujus operis, Deo propitio, Ut In Omniubs Glorificetur Deus. Josephus Schaukegl Presbyter Abbatiae Seitenstettensis Ordinis S. Benedicti 28 Februarii 1791
NB! Alterum exemplar huius operis Latine scripti asservatur in Bibliotheca Studiorum Lincii. Illud Linciense exemplar continet etiam Tomum IV., id est exercitationes X - XII, quae quod in monasterio Seitenstettensi iam non inveniuntur, valde dolendum est.

Bibl. Cod. MN II 307

176 pagg; teg. chartaceum caesium; scriptus 1791
Materialien zu einen neuen Theologischen Handbuch Nach den Vorzügen und Bedürfnissen Unseres Zeitalters. 1791.
Displicet insipiens novitas, et stulta vetustas:
Seu vetus est, Verum diligo, Sive novum.
II. Heft. P. B. W. (= P. Benedictus Walcher) Benediktiner zu Seitenstetten. (Qui certe sua ipsius manu codicem nostrum scripsit.)
Quod tomum I. huius operis nondum investigavi, aegerrime fero.
Ad eundem opus theologicum pertinent duo codices sequentes.
Inscriptio dorsi: Theologischer Versuch 2 Band

Arch. Cod. 34 - 6 (XVIII 3h)

4°; II + 180 pagg; teg. chartaceum caesium; scriptus 1792
Materialien zu einem neuen Theologischen Handbuch. Nach den Vorzüggen und Bedürfnissen Unseres Zeitalters. 1792. Von P. B. W. (= P. Benedictus Walcher) Benediktiner zu Seitenstetten. III. Heft.
Ad itdem opus a P. Benedicto Walcher collectum scriptumque pertinent etiam codex praecedens et subsequens.

Bibl. Cod. MN II 308

172 pagg; teg. chartaceum caesium; scriptus 1793
Materialien zu einem Neuen Theologischen Handbuch. Nach den Vorzügen und Bedürfnissen Unsers Zeitalters. 1793. Von P. B. W. (= P. Benedictus Walcher) Benediktiner zu Seitenstetten. IV. Heft.
Tomus noster videtur esse ultimus operis theologici a P. Benedicto Walcher collecti et scripti, cuius tomum II et III codices praecedentes exhibent.

Bibl. Cod. MN III 55

8°; VI + 136 pagg; teg. b2, dorsum marginesque teneris ornamentis impressis et inauratis decorata; scriptus 1791
Marianischer Bau(m) Garten. worinen Morgen Abend Meß Beicht= Comonion Gebeth und zur heiligen Dreyfaltigkeit, zu Christo, biteren Leiden und Sterben. Zur Mutter Gottes, ihren Tagzeiten, zu ...(?).. lieben Heilligen zu finden bei Wo(l)fgang Katzian geschrieben im Jahr Christi Anno 1791.
Ante singulas partes huius libri precatorii integrae paginae figuris, quae ad proximam partem pertinentes fulgentibus variisque coloribus pictae sunt, oculum laetificant. Sed et inscriptiones initiaque omnium precum variis coloribus fulgent.
Num Wolfgangus ille Katzian libellum nostrum non solum scripserit pinxeritque, sed etiam collegerit et composuerit, incertum est.
p. 134 - 135 ultima dicta Christi in cruce pendentis ab alia manu addita sunt.
p. III invenitur nota possidentis: Theresia Krempter, am Werd in Armenhaus Haus 19. Patter (=Parterre). Thür: 3. Leopoldstadt (Viennae!).p.135 notavit P. Josephus Schock, monachus et professor Seitenstettensis: Beneficiat Joseph Matz, Gresten IV 1912. Ergo Josephus ille Matz libellum nostrum P. Josepho Schock dono dedit.

Bibl. Cod. MN III 56

8°; 300 pagg; teg. b1 cum marginibus inauratis; script. 1792
Catholischer Seelen=Wecker, Darinnen Viel auserlesene Gebete, Lytaneyen und Morgen, Abend, Meß, Beicht und Communion Gebeter, Wie auch Die sieben Buß=Psalmen, und viele andere schöne Gebeter, Dieses Büchlein gehöret vor mich, Johanna Golgin (Zolgin? Folgin?)

Anno 1792. den 25 Februarius
Nil nisi nomen possidentis videtur ab alia manu scriptum esse. Qua de causa libellus noster precatorius re vera anno 1792 scriptus est. Litteram autem initialem in nomine gentili possidentis non possum legere certe. Nomen Golgin legere malui, quoniam in parte adversa tegumenti initia I. G. 1799. impressa sunt. Atqui probabiliter anno 1799 librum eadem persona possedit, quae non ante annum 1792 nomen suum paginae titulari inscripsit. Qua de causa legi Johanna Golgin.

Bibl. Cod. MN II 309

226 pagg; teg. d, in parte adversa aversaque charta typis impressa, in dorso charta manu scripta inductum; script.1792
Anleitung zur Rechenkunst zum Gebrauche der deutschen Trivialschulen in den kaiserlich königlichen Staaten. Verfaßt von Johann Adam Perner in Wischkowitz im Jahre 1792 am 10ten Jänner agus. (?)
Wischkowitz (manu propria)
Clausula p. 224: Ende 1792
Wischkowitz olim nominati sunt complures vici in Bohemia et Moravia (postea Vyskovice, hodie Vizovice). E quibus unus prope oppidum Tepl situms est. Cum igitur in fragmento chartae, quod dorso inductum est, quaedam reliquiae vocum Herrschaft T(ep)l supersint, liber noster in vico Wischkowitz prope Tepl videtur ortus esse.

Bibl. Cod. MN III 57

8°; 162 pagg; sine tegumento; script. paulo post 1795
a) Untersuchung des schicklichsten getriebes für jedes gegebene Rad. Zum Behufe der Künstler, Von fr: David a S. Cajetano Augustiner Baarfüsser im kaiserlich königlichen Hofkloster (Vindobonae): p. 11 - 56
b) Fortsetzung der Untersuchung über die schicklichsten getriebe für jedes gegebene Rad Zum Behuf der Künstler, die sich mit systematischen Räderwerken Beschäftigen Von fr. David a S. Cajetano Augustiner=Baarfüsser im kaiserlich königlichen Hofkloster (Vindobonae): p. 59 - 90 (cum figuris inter paginas 88 et 89)
c) Kritische Bemerkungen eines Liebhabers der Praktischen Mechanik und Sternkunde, über das neue Von fr. David a S. Cajetano erfundene Rädergebäude: p. 91 - 106. In fine huius partis invenitur signum auctoris: M +++++

d) Antwort. auf die kritische Bemerkungen des Herrn M+++++ Worin die Auflösung der unauflöslichen Frage gegeben, und eine Neue Erfindung für Astronomen bekant gemacht wird: p. 107 - 151 cum figuris p. 153 Origo huius opusculi p. 10 ita notatur: Wien, bey Mathias Andreas Schmidt kaiserlich königlichem Hofbuchdrucker 1795.
Videtur ergo in codicillo nostro liber quidam typis anno 1795 mandatus manu transscriptus esse. Qua de re libellus noster probabiliter paulo post annum 1795 ortus est. Liber autem ille typis mandatus ita videtur compositus esse, ut partes a et b ipse fr. David a S. Cajetano inveneri, sed non ipse ediderit, editor autem opusculum a illius auctoris in margine inferiore aliquot notis instructum typis mandandum curaverit. Cuius editoris litterae initiales forsitan sint illae litterae G. R. in fine p. 20. Postea criticus quidam in periodicis, quae inscribebantur "Magazin der Kunst und Literatur" partem c edidit. Denique fr. David a S. Cajetano contra proposita illius critici novum opusculum composuit, dico partem d; tandem editor quidam (probabiliter idem, qui partes a et b ediderat) partes a - d apud Matthiam Andream Schmidt typis evulgavit.

Arch. Cod. 3 Y (XVIII 2v)

4°, tegumentum modernum, cuius partes adversa et aversa fusci coloris, cuius dorsum albi coloris est (c3d); script.1794/7 Historisch-Critisches Liechtlein zu klarerer Kenntniss der Geschichte des uralten Königreichs Noricum und der an selben einst ost- und westwarts gelegenen Provinzen Pannonien und Vindelicien, oder der heutigen Länder Osterreich, Steyrmark, Karnten, Krain und Tyrol und selbe xxx ost- und westwärts angrenzende Länder Baierns und Hungarns. Mit vieler Mühe zubereitet und angezunden Von P. Joseph Schaukegl, Benedictiner der Abbtey Seitenstetten 1797. Quatturor Tomi:
Tomus I: 1794, 352 pagg. (insuper insertum est huic tomo xxxxx aliud opusculum eiusdem auctoris, non tamen cum ipso tomo conclusum)
Tomus II: 1795, 366 pagg.
Tomus III: 1797, 446 pagg., quibus tabulae genealogicae accedunt.
Clausula p. 444: Den 14ten Junii (1)797 habe diese fünfte Abtheilung eigenhändig vollendet und geschrieben in meinen 76ten Jahr des Alters P. Joseph Schaukegl Benedictiner von Seitenstetten.
Tomus IV: 192 pagg; Clausula: P. Joxseph Schaukegl 3 Decembris 1797.

Bibl. Cod. MN III 58

8°; 138 pagg; tegumenti pars adversa aversaque flosculis aliisque ornamentis decorata, dorsum extremaque alba; script.1798
Index collectorum insectorum Systemate Johannis Christiani Fabricii In usum Pischofsky. 1798.
Concinnavit hoc opusculum probabiliter ille Pischofsky, qui anno 1798 in monasterium Seitenstettense ingressus nomen Maurus accepit. Inter singulas lineas opusculi nostri postea alio atramento permulta addita sunt; quae num ab ipso P. Mauro Pischofsky interiectax sint, nescio.

Bibl. Cod. MN II 310

526 pagg; teg. c3d; script. 1799
Johannis Christiani Fabricii.....Entomologia Systematica. Emendata et aucta Secundum Classes, Ordines, Genera, Species Adjectis Synonimis, Locis, Observationibus Descriptionibus Tomus Primus Anno 1799.
Probabiliter codex noster transscriptus est e tomo primo illius celeberrimae Entomologiae Systematicae, quae Hafniae (Kopenhagen), Impensis Christiani Gottlieb Proft MDCCXCII (1792) in lucem evenerat. Itaque numerus anni 1799 videtur indicare, quando tomus noster scriptus sit. Scriptorem autem codicis huius arbitror esse eundem Pischofsky (probabiliter F. Maurum Pischofsky, clericum Seitenstettensem), qui codicem praecedentem concinnavit; nam scripturae inter se valde congruunt.

Bibl. Cod. MN III 59

8°; 264 pagg; tegumentum cani cum dorso scorteo fusci coloris; tegumento (chartaceo) quaedam ornamenta impressa sunt.
Guter Samen auf ein gutes Erdreich ein Lehr und Gebethbuch für gutgesinnte Christen
Neque quis hunc librum devotionum scripserit neque quis composuerit scio. Sed paulo ante annum 1800 compositum esse codicem nostrum praefatio indicat dicens: .....Dies bezeuget, dieses ruft iedem wahrem Menschenfreunde, iedem redlichen Forscher der Wahrheit, jedem klugen beförderer des guten am Ende des 18ten Jahrhunderts laut zu die Erfahrung:

Arch. Cod. 34 Q (XVIII 3m)

4°; 320 pagg; tegumentum chartaceum ornamentis decoratum cum dorso extremisque scorteis; scriptus 1780 - 1820

Codex noster tam ab parte adversa quam a parte aversa inscriptus est:

a) a parte adversa: Sammlung Kurzer Predigten. Aus verschiedenen Rednern zusammgetragen, und für das Landvolck eingerichtet. I Jahrgang P. Benedictus Walcher Ordinis S. Benedicti Professus Seittenstettensis. 1780.
In fine huius partis additus est index concionum, quas auctor usque ad annum 1820 habuit.

b) a parte aversa: Skizzen zur Bearbeitung Neuer Predigten für das Landvolke. III. Heft. Von P. B. W. (= P. Benedictus Walcher) gesammelt 1793. Qui tamen numerus nil nisi quando auctor noster initium huius collectionis posuerit significat. Nam ultima concio huius partis (N°. 402) habita est Dominica III post Pascha 1820.
Sine dubio qui has conciones collegerit, codicem nostrum sua ipsius manu conscripsit.
Inscriptio totius codicis haec est: Subplementum zu den gesammelten Predigten.

Bibl. Cod. MN II 311

274 pagg; teg. chartaceum caesium; scriptus ca. 1800 (?)

a) Vom Amte des Wortes, oder vom Religions=Unterrichte: p. 1 - 228.

b) (Argumenta concionum): p. 241 - 272.
In hoc codice inventa est schedula, cui rectae inscriptum est: Dem Hochwürdigen Herrn Pater Wolfgang (Mitter) gehörig zu St(ift) Seittensteten, versae autem: Anno 1793. den 4:ten April ist begraben worden Maria Wieserin ihres Alters 1 Jahr und 1 Monat. Rott Hartlmühl N°: 10. Inscriptio schedulae versae (quae linea atramenti deleta est) videtur ad parochiam Weistrahensem pertinere. Adverte tamen schedulam rectam ab alia manu inscriptam esse quam versam, codicem nostrum autem neque ab hac neque ab illa, sed a tertia manu. Dubito autem, num ipse P. Wolfgangus Mitter, qui hoc codice utebatur, scriptor sit codicis. Novimus enim scripturam eius multo minus diligentem esse. Qua de re scriptorem codicis nostri nescimus. Sed et auctor partis a ignotus est. In parte autem b ad singulas conciones in margine nomen concionatoris videtur notatum esse, et p. 243 etiam annus 1788. Itaque ante annum 1788 non est ortus codex noster. Sed et post 1793, ni fallor, non est ortus, nisi forte schedula, quam supra exscripsimus, multo post mortem illius Mariae Wieser codici nostro imposita est.

Bibl. Cod. MN III 62

8°min; 130 pagg; teg. b2 in dorso et margine parce ornatum Katholisches Meßbüchlein darinen sich befinden Morgen Seegen Meß= Beicht und KomonionGebetter, zum Leiden Christi zu der allerheiligsten Dreyfaltigkeit zu der Mutter Gottes, und denen Heiligen, samt den Nachmittägigen Gottesdienst samt anderen Andachten. Alles zur Ehre Gottes und Maria

Neque auctoris neque scriptoris nomen novimus. At propter formam scripturae ac tegumenti puto circa 1800 scriptum esse hunc codicillum. Omnes preces cum inscriptionibus Germanice compositae sunt. Sed insertae sunt libro nostro precatorio aliquot imagines chalcographice depictae cum subscriptionibus Latinis. Imago vero, quam dicunt titularem, repraesentat illam Crucifixi imaginem, quam Augustissimus Imperator Ferdinandus II. veneratus est, excusa in oppido Steyr a Joanne Ferdinando Holzmeyr.

Nota p. 129: Vom Stud(enten) d(er) IV. Kl(asse) Brandner Maximus 1912 P. Joseph Schock. Qua de re ille monachus et professor Seitenstettensis codicillum nostrum anno 1912 a studioso illo dono accepit.

Bibl. Cod. MN III 64

8°; 172 pagg; teg. rufum, in margine parce ornatum; ca. 1800 Lese= und Bethbuch für höhere Stände Zweyte Auflage

Etiam huius codicilli tam auctor quam scriptor ignotus. Omnes preces et considerationes Germanica utuntur lingua. Unicuique paginae atramento calamoque margo circumscripta est. Insuper permultae paginae imaginibus calamo et atramento delineatis ornatae sunt, e quibus praesertim p. 164 arte non caret. p. 167 et 168 ab aliis manibus scriptae sunt. Notae possidentium vel utentium p. 167: Jakob G. 1858, et p. 2: Maria Trausner (?) 1876; numerus anni etiam p. 171: 1859. Sed forma tegumenti scripturaeque indicant circa annum 1800 ortum esse nostrum librum precatorium.

Bibl. Cod. MN III 65

8°; 174 pagg; teg. chartaceum coloris flavi, in dorso linteo caesio munitum; scriptus ca. 1800 (?)

(Liber precatorius)

In initio libri insertum est foliolum devotionale typis impressum Vindobonae apud Franciscum Andream Kirchberger (p. 1: imago Beatae Mariae Virginis chalcographice delineata a sculptore Jacobo Schmutzer; p. 2 - 3: Bitt=Gesang Zu Maria, welches vor ihren Gnaden=Bild aus Candia, Die Weeg=Weiserin genannt, In der Kaiserlichen Hof=Pfarr Kirchen bey St. Michael in Wien in der täglichen Seegen=Messe um 7. Uhr nach der Heiligen Wandlung gesungen wird. p. 4: Gebett zu Maria, welches nach geschlossener Heiliger Messe von dem Priester nach gebetter Lauretanischer Litaney gesprochen wird.

Ipse libellus precum manu scriptus inscriptione caret. Videtur e tribus partibus compositus esse; nam post pag. 49 intermisso folio vacuo iuxta numeros ab ipso scriptore appositos iterum sequitur p. 31. In fine huius secundae partis p. 107 (olim 86) reperiuntur litterae initiales P: B: J:, sed plenum nomen nusquam inveni. Quae duae partes ab eadem manu scriptae sunt. P. vero 111 - 165 quin ab alia manu scriptae sint, non est dubitandum. Propter scripturam huius partis tertiae (nam priores partes ita calligraphicae scriptae sunt ut quando scriptae sint, difficile dictu est) puto codicillum nostrum circa annum 1800 ortum esse.

Bibl. Cod. MN III 66

8°; 66 pagg; teg. c2; scriptus post annum 1788

Die christlichen Jahrhunderte oder Geschichte der Kirche. XV. Jahrh

In margine paginae titularis et multis aliis locis libelli nostri laudatur Ducreux, ita ut quoad maximam partem excerptus esse videatur ex Historiae Ecclesiasticae Gabrielis Ducreux, Les siècles chrétiens, Paris 1775, versione Germanica: Die christlichen Jahrhunderte oder Geschichte des Christentums. Wien, Trattner, 1777 - 1779 (9 Tomi). Interdum vero etiam "Danemayr" laudatur (ex. gr. p. 20, 26), probabiliter Matthiae Dannenmayer Institutiones historiae ecclesiasticae Novi Testamenti, Vindobonae 1788. Quae cum ita sint, codicillus noster certe non ante annum 1788 compositus est. At scriptura potius videtur esse saeculi XIX. Nescimus autem, quis haec excerpta collegerit scripseritque.

Bibl. Cod. MN III 63

8°min; 156 pagg; teg. b1, in margine et dorso decenter ornamentis impressis et inauratis decoratum; scriptus anno 1802
Der Geheiligte Gottes=Dienst. eines Wahren Christen bestehend In dem Kernhaftesten Andachsubungen, bey dem Ambt der Heyligen Meeß, auch zur beicht und Communion zu finden sind 1802
Clausula p. 153: Im Namen Gott des Vatters und des Sohns; und des H: Geistes, Amen, 1802 :I: H: Dolxeo, quod plenum nomen scriptoris, cuius istae litterae probabiliter sunt initiales, nusquam invenio.
Omnes paginae huius libelli precatorii decoratae sunt margine calamo penicilloque ornata. Sed et initia singularxum partium precumque variis coloribus decenter decorata sunt.
Nota possidentis ab alia manu scripta invenitur p. 156: Der Ana Maria Haigenederin (Gaigenederin? Haizenederin? Gaizenederin?) Wagner Meisterin in Klein=München zugehörig

Bibl. Cod. MN III 67

8°; olim 240 paggXX., sed nunc pars adversa tegumenti cum 46 paginis (23 foliis) deest; reliquum teg. b2 decenter ornatum (Liber precatorius)
Index p. 237 - 240, in cuixus fine notatum est: Anno 1803. Till (manu propria). Utrum iste Till librum nostrum scripserit tantum an etiam composuerit, incertum est.
Insertae sunt aliquot imagines chalcographicae a Joanne Bal(t)zer Pragae (et Lissae) non sine arte sculptae et excusae.

Bibl. Cod. MN I 19

4°mai; 384 pagg; teg. XXX c3d; scriptus anno 1807
Katholisches Ritual über die Ausspendung der heiligen Sakramente, Andachten und Uebungen zu verschiedenen Zeiten des Kirchen=Jahrs. Ph. V. 1807.
Plenum nomen illius Philippi V., qui iuxta p. 11 librum rixtualem Salisbxurgensem aut ipse in linguam Germanicam transtulit aut translationem descripsit tantum, nusquam repperi. Certe non est monachus Seitenstettensis; notavit enim P. Clemens (Lietz, monachus Seitenstettensis, n. 1853, p. 1873, s. 1877, m. 1922) in parte adversa tegumenti ab intrinsecus: Von P. T. Herrn Oberstabsarzt Johann Hönigschmid als Geschenk erhalten.
Quae pro solo sacerdote sunt, plerumque non sunt translata.

Bibl. Cod. MN III 75

8°; 252 pagg; teg. b1 in margine et dorso ornamentis impressis et inauratis decenter decoratum; scriptus ca. 1820
Gott ist die reinste Liebe mein Gebet und meine Betrachtung
Zum Andenxken vom H A. L. L. A. Quem significent hae litterae initiales, nescio. Forsitan sit scriptor vel etiam compilator huius libri precatorii, cerxte librum dono dedit.
p. 252 ab alia manu graphitide addita est oratio hisxtoriaque (ne dicam fabula), quae superstitiam sapiunt.
Propter formam tegumenti scripturaeque circa annum 1820 exaratum esse hunc codicillum puto. Quaedam partes huius libri cum codice MN III 76 (vide inferius!) ad verbum consonant. Vide igitur, quae infra p. 281 de Carolo ab Eckartshausen, auctore codicis MN III 76 dicturi simus!

Bibl. Cod. MN III 70

8°; 196 pagg; teg. linteo fusco inductum; scriptus ca. 1820 ?
Vollständiges Gebett=Buch darinnen Verschiedene Gebetter, Tag=Zeiten, und Litaneyen enthalten, zum Nutzen und Gebrauch einer Christlichen Seele.
Nota possessoris in folio praeliminari: Joh(ann) Hirsch. Cuius litterae initiales etiam parti adversae tegumenti impressae sunt: J. H. Atqui scriptura et orthographia videntur indicare codicillum nostrum circa annum 1820 scriptum esse, tegumentum autem recentioris temporis esse verisimile est. Rebus sic stantibus dubito, num Joannes ille Hirsch ipse scripserit libellum nostrum. Cui libello iniunctae sunt aliquot imagines chalcographicae, quas G. B. Göz Augustae Vindelicorum summa cum arte invenit et fecit.
p. 196 notavit P. Josephus Schock, monachus Seitenstettensis: M. Simlinger, Mauer-Öhling 12. IX. 1915. Donavit igitur hunc libellum rector ille ecclesiae in nosocomio maniacorum nomine Matthias Simlinger.

Bibl. Cod. MN II 312

294 pagg; teg. c1 (dorso abscisso); scriptus 1821/22
Achte Predigt=Sammlung GW = G W(?) 1821
Auctor (qui sine dubio idem estx atque scriptor) conciones huius codicis anno 1821 in Straubing, 1822 ut parochus in Rattenberg (inde a pag. 185) habuit. Qui in codicis nostri fine addidit etiam Fragmente eines Tagebuches (p. 285 - 290) et Das Leiden unsers Herr Jesu Christi in 40 Punkte getheilt zu Täglichen Betrachtungen während der heiligen Fastenzeit (p. 291 - 294; pars mutila)

Bibl. Cod. MN III 71

1820

8°; 252 pagg; teg. c3, in margine parce ornatum; script.ca. ~~18~~
(Liber precatorius)
Folium titulare cum pagg. 1 et 2 desunt. In folio praeliminari recto tria nomina difficillima lectu scripta sunt, forsitan Gerstmay Hedwmig, Stern Hans, ? . W Qui sine dubio codicillum nostrum non scripserunt. Inscriptiones singularum partium rubro vel caeruleo colore scriptae sunt. In folio praeliminari verso reperitur numerus 1674 graphitide scriptus. Sed quando ortus sit codicillus noster, hic numerus omnino non ostendit. Nam propter formam tegumenti et scripturam puto eum scriptum esse circa annum 1820.
Ceterum auctor scriptorque ignoti.

Bibl. Cod. MN I 20

4°mai; 154 pagg; tegumentum chartaceum caesium; non ante 1822
Der geistliche Kampf. Aus dem Italienischen des gottseligen P. Dom Laurentius Scupuli, weiland Priester des Theathiner=Ordens.
Auctor huius operis Italiani natus est 1530, mortuus 1610. Translator autem huius operis celeberrimi ignotus est. Sed cum praefationem versionis suae ita terminat: Wien im Brachmonat 1822. Der Herausgeber, certum est, codicem nostrum non ante annum 1822 scriptum esse, sive sit ipsius translatoris scriptum, sive sit transscriptus e libro typis vulgato. Inventus est insuper in codice nostro libellus quattuor foliorum, ad Sancti Hippolyti typis mandatus, uti videtur paulo post annum 1835. (Joseph Elias Thill, Pfarrer zu Scheibbs + den 28. Novvember 1813. Vide p. 4 huius libelli: Als der nun verewigte Landesvater das Aufgeboth ergehen ließ, war Elias es wieder, der seine Pfarrkinder in einer Rede voll Vaterlandsliebe zur Vertheidigung ihres Kaisers aufforderte. Qui imperator modo defunctus sine dubio est Franciscus I., qui anno 1835 mortuus est.) Qui libellus si non multum postquam in lucem evenit, codici nostro insertus est, indicat codicem nostrum non multum post annum 1835 iam in usu esse.
Alteram partem huius operis continet sequens codex.

Bibl. Cod. MN I 21

4° mai; 114 pagg; teg. chartaceum caesium; script. non ante 1822
Zweiter Theil (des Geistlichen Kampfes von Laurentius Scupuli; vide codicem praecedentem!)

a) Vorrede des gottseligen Verfassers: p. 2
b) Zusätze zum geistlichen Kampfe: p. 3 - 37
c) Vom innerlichen Frieden oder der Weg zum Himmel: p. 38 - 61
d) Von der Weise Kranke zu trösten und sie zu einem seligen Tode vorzubereiten: p. 62 - 109
e) Verzeichniß (id est index singulorum capitum huius codicis): p. 109 - 113).

De auctore, translatore, tempore, quo ortus sit codex noster, vide, quae pagina praecedente ad codicem MN I 20 diximus.

Bibl. Cod. MN III 68

8°; teg. b2 linea tantum marginali inaurata ornatum; scr. 1823
Anbetung Gottes im Geiste und in der Wahrheit. 116 pagg.
Der Barbara Matuschekin gehörig von Theresia Knoll Zum Andenken der Firmung 1823. (Quae pagina titularis margine pulchra ornata est.)
Vide etiam dedicationem in folio praeliminari verso: Nimm dieses Gebeth=Buch zum Andgedenken der Heiligen Firmung von deiner Firm Pathe Theresia Knoll. 1823.
Neque certum neque impossibile est ipsam Theresiam Knoll hunc libellum precatorium concinnasse et conscripsisse, sed veri simile est; nam cum unica imago huius libelli S. Barbaram utpote patronam Barbarae Matuschek, cui Theresia Knoll libellum dono dedit, repraesentaret, patrina illa codicillum nostrum aut ipsa scripsit aut ipsa scribendum curavit. (Quam imaginem S. Barbarae vide p. 97!)

Bibl. Cod. MN III 69

8°; teg. b2 iniquitate temporum valde laesum; 110 pagg; 1825
Christkatholisches Lese= und Gebethbuch zum Gebrauche für alle Stände. eingerichtet, und aus verschiedenen geistreichen Büchern zusammengetragen. Geschrieben im Jahr Jesu Christi des Eintausend Achthundert zwanzig fünften Jahres.
Auctor et scriptor huius libelli precatorii ignotus; nam Franz Puhm, qui "am 3ten April 1852" p. 109 - 110 quaedam superstitiosa addidit, longe aliter scripsit. p. 79 - 81: Bittgesang bey der Procession nach Enzersdorf nächst Brunn: Gnadenquelle! sey gegrüßt,.....

Bibl. Cod. MN III 72

8°; 96 pagg; teg. b2 in margine et dorso ornamentis impressis et inauratis decenter decoratum; scriptus anno 1833
Geistes-Erhebungen für gebildete Tugendfreunde von J. N. Nauders in Tirol 1833. Qui titulus libri typis impressus est, quamvis praeter hunc titulum totus libellus manu scriptus sit. Cum imagines devotionales Beatae Mariae Virginis thaumaturgae in Absam, Tirol, in libello nostro inventae sint, veri simile est, eum re vera in terra Tyrolensi ortum esse. At plenum nomen auctoris nusquam invenio.

Bibl. Cod. MN III 73

8°; VIII + 236 pagg; teg. b2, in margine et dorso ornamentis impressis et inauratis decenter decoratum; script. ca. 1840
Verdeutschter Ritus
In hoc codice etiam rubricae in linguam Germanicam translatae sunt; sunt autem atramento rosaceo scriptae. Inde a pag. 134 iam nihil est scriptum.
P. Martinus Riesenhuber, archivarius circa annum 1925, schedulam in parte adversa tegumenti affixit; cui inscripsit: Rituale für Seelsorger Deutsch 1800 circa. Sed valde dubito, num codicillus noster iam circa annum 1800 scriptus sit. Etenim tum cum tegumentum tum scriptura indicare videntur ortum esse hunc libellum ritualem circa annum 1840 vel 1850. Ceterum tam translator quam scriptor ignotus.

Bibl. Cod. MN II 313

84 pagg; teg. b2 linea marginali aurata ornatum; script. 1847
Regula Sancti Patris Nostri Benedicti, Abbatis.
Fr. J. K. N. S. (= Fr. Josephus Krenn, Novitius Seitenstettensis) 23. 7. 1847.)
1847. (Vide etiam in fol. praeliminari: Fr. Joseph. Seitenstetten
Continet hic libellus ab illo novitio diligenter scriptus Regulam S. Benedicti sine Prologo, sed divisa secundum ordinem, qui in lectione S. Regulae in choro et ad mensam servatur. Praemittuntur insuper singulis capitibus S. Regulae singula disticha elegiaca et adduntur singulis divisionibus aliquot tetrametri trochaici, qui argumentum illius capitis aut divisionis componunt. Versus illi iam in vetustioribus editionibus S. Regulae inveniuntur, ex. gr. in illa, quae Bonnae, Sumptibus Leonardi Rommerskirchen, Anno M.D.CC.XXX (1731) in lucem evenit.

Bibl. Cod. MN II 314

XXXVIII + 224 pagg; teg. chartaceum caesium, dorso extremisque linteo munitis; scriptus non ante annum 1847

a) Unterricht für die Herren Pfarrer, Armenväter und Rechnungsführer bei dem Armeninstitute, was die selben bei der Beschreibung, Untersuchung und betheilung der Armen zu beobachten haben(aliaque decreta de intituto pauperum ab anno 1784 usque ad annum 1803 publici iuris facta):p. III - XXXVIII (Haec pars manu scripta est.)

b) Unterricht für sämmtliche Herrn Armen=Instituts=Vorsteher des Armen=Hauptbezirkes von Wien, über die bey der Betheilung und Versorgung der hiesigen Armen, dann bey der Rechnungslegung, zu beobachtenden Grundsätze. Wien, gedruckt bey Anton Pichler. 1832: p. 1 - 50

c) (Varia decreta de instituto pauperum ab anno 1836 usque ad annum 1848 publici iuris facta): p. 51 - 216. (Haec quoque pars manu scripta est.) (Index p. 218 - 222.)

Praeter partem b, utpote typis editam, codex noster totus ab una eademque manu scriptus est, immo usque ad pag. 202 videtur in continuo scriptus esse, id est usque ad decretum Vindobonae die 5. Januarii 1847 editum. In initio proximi decreti atramentum mutatum est, dico die 2. Aprilis 1847 editi. Credideris ergo maximam partem codicis nostri inter Januarium et Aprilem 1847 scriptam esse, sed hoc non est certum.Nam etiam qui in continuo scribit, interdum atramentum mutet oportet. Itaque si quis contendit, totum codicem nostrum (praeter partem b) post diem 19. Februarii 1848, quo die ultimum decretum codicis nostri editum est, scriptum esse, non repugno.
Ceterum scriptor ignotus; item compilator.

Bibl. Cod. MN III 77

8°; teg. c2d; 48 pagg; scriptus circa annum 1850

Gebethe und Ceremonien. Nach dem Sinne unserer katholischen Kirche. Etiam Rubricae in linguam Germanicam translatae sunt, sed ad scribendas rubricas tinctura rosacea adhibita est. Continet hic libellus ritum baptismi, benedictionis mulieris post partum, curae infirmorum, nuptiarum.
Scriptor nomen suum in margine inferiore p. 43 notavit: Joh(ann) Skokan. Qui codicillum nostrum diligentissime scripsit, eumque potius ante quam post annum 1850, uti scriptura et tegumentum indicant.

Bibl. Cod. MN I 22

4° mai; 250 pagg; teg. c2d; scriptus ca. 1850 (?)

(Lexicon Novi Testamenti Graeco-Latinum)

a)(significationes vocum):p. 1 - 167

b)(usus et constructio coniunctionum, praepositionum, pronominum, adverbiorum, particularum):p. 171 - 222

c)(de usu et construcxxtione articuli, nominis, adiectivi, verbi):p. 223 - 245

Quis hoc opus laboriosum composuerit scripseritque, omnino ignotum est, et cum calligraphice scriptum sit, etiam quando scriptum sit, difficile dictu est. At certum est, post annum 1821 scriptum esse codicem nostrum, quia multis locis Winer, Grammatica in Novum Testamentum, laudatur, quae anno 1821 primum in lucem evenit. Sed propter scripturam coniicio, codicem nostrum vix ante 1850 scriptum esse.

Bibl. Cod. MN II 315

92 pagg; teg. chartaceum, dorsum viridi linteo munitum; 1852

Worte für das Leben. Eine Sammlung belehrender Aufsätze zum Gebrauche für die Sonntagsschüler, sowie für die erwachsene Jugend. Verfaßt von Jordan Habert, Lehrer. 1852.

Qui Jordanus Habert erat pater P. Columbani Habert, monachi Seitenstettensis. Fortasse ipse auctor codicem nostrum scripsit.

Bibl. Cod. MN III 76

8°; 466 + IV pagg; teg. scorteum viride ornamentis impressis et partim inauratis abundanter decoratum; scriptus 1854

Gott ist die reinste Liebe, mein Gebeth und meine Betrachtungen von Hofrath von Eckartshausen. Wien 1854

Eandem inscriptionem iam invenimus in codice MN III 75 (supra p. 276!). Quo cum codice etiam quaedam partes codicis nostri ad verbum consonant. Imago titularis codicilli nostri resurrectionem Jesu Christi repraesentans a F. Ittenbach inventa et ab H. Kipp sculpta est. Scriptor codicis nostri ignotus est. Auctor vero, cui libellus noster precatorius in inscriptione adscribitur, est Carolus de Eckartshausen, consiliarius aulicus Monachii, qui anno 1790 librum devotionem, qui inscriptus est: "Gott ist die reinste Liebe" edidit. Sed cum Cod. MN III 75, ut eiusdem inscriptionis est, ita in multis partibus a codice nostro differat, valde dubito, num codex noster genuinum sit exemplar illius libri precatorii.

Bibl. Cod. MN III 74

8°; 180 + 30 = 210 pagg; teg. nigrum cum dorso scorteo cervini coloris; scriptus post annum 1837 (circa 1850?)

a) Proprietatiæs digniores (Hebraice - Latine): p. 5 - 6

b)(Diversa consilia practica et praecepta medicinalia): p. 7 - 16

c) Anleitung zum Vergolden, Goldputzen Alabastriren & Marmorieren: p. 17 - 21 (tractatus mutilus)

d) (Iterum diversa consilia practica): p. 27 - 33.

e) (Consilia ad epistolas officiales recte scribendas): p. 119 - 121

f) (Diversa carmina Germanica): p. 127 - 154 (inspersis aliquot versibus dictisque Latinis). Auctor unicuique poemati aut in initio aut in fine adscriptus est.

g) (Iterum diversa consilia practica): p. 1 - 8, 28 (= 181 - 188, 208)
P. 149 scriptum est carmen: Liebe. Von Clemens August. Bischof: bei seinem Gange ins Exil: Qui Clemens Augustus de Droste-Vischering, Archi-Episcopus Coloniae Agrippinae, anno 1837 in exilium pulsus est. Qua de re codicillus noster miscellaneus non est scriptus (saltem quoad partem f) ante annum 1837.
Insuper p. 31 scriptor, ut demonstraret arcanam scripturam Russicam, exemplum nominis"Adolf Debois Pater Ludwig" adhibuit. Quod esse ipsius scriptoris nomen veri simile est. Nam ille P. Ludovicus Debois artibus operam dedit, ex. gr. imagines sanctorum in ambitu conventuali Seitenstettensi pinxit et ab anno 1871 in gymnasio Seitenstettensi artem delineandi et scribendi docuit. In codicillo nostro autem plurima consilia ad artes pingendi, inaurandi similesque pertinent. Quae cum ita sint, P. Ludovicus Debois codicillum nostrum compilavit scripsitque, eumque probabiliter non antequam anno 1859 aut 1860 in monasterium Seitenstettense ingressus est. Nam cum iam anno 1849 sacerdotio initiatus esset, iam tempore novitiatus voce patris appellabatur. Itaque codicillus noster probabiliter non ante annum 1860 collectus est.

Bibl. Cod. MN III 78

8°; 288 pagg; teg. c2 cum viridi dorso linteo; script. 1871 ~~X~~
Notizen
Continet hic libellus haud vilis ~~xxxx~~ multa notata de Terra Sancta, praesertim de Sacra Urbe Jerusalem. Quorum auctorem invenies p. 92: ....ich, Stefan Rosenberger, Weltpriester der Wiener-Erzdiözese in Oestreich, und Vice-Rector des österreichischen Pilgerhauses in Jerusalem..... (Vide etiam p. 94 in margine inferiore!)
Sine dubio scriptus est codicillus noster inter annum 1869 (vide p. 91!) et 1872 (nam quando mortuus sit Josefus Valerga, scilicet die 2. Decembris 1872, p. 1 alio atramento additum est), probabiliter anno 1871 (vide p. 238).

Bibl. Cod. MN III 79

8°; 318 pagg; teg. nigrum, cuius parti adversae titulus inauratus, cuius parti aversae artificiosa imago Caenae Domini impressa sunt, cuius etiam dorsum ornatum et inauratum est.
Zeitgemässe Betrachtungen über daws heilige Land und die heiligen Stätten. von einem Augenzeugen mit Scitzen aus dem Tagebuche.
Parti vero adversae haec inscriptio impressa est: Ich und mein Haus wir wollen dem Herrn dienen.
Cum iuxta p. 40 ~~xxxx~~ Hierosolymitanus Patriarcha Valerga iam mortuus sit, codicillus noster certe post annum 1872 scriptus est.
Auctor ignotus est; at videtur homo laicus esse. Codicillus noster non ab ipsa manu scriptus est, sed manuscriptum uti dicunt technice reproductum.

Bibl. Cod. MN I 23

4° mai; 446 foll; teg. b2; script. 1873 vel paulo ante
Trinitas in Unitate Dei salus mundi per Dominum nostrum Jesum Christum redemti. Systema totius Theologiae Dogmaticae, concinnatum et editum a Mathia Beyr sacrosanctae Theologiae Doctore, Dioecesis San=Hippolytanae presbytero saeculari, et Theologiae Dogmaticae in Seminario episcopali ejusdem Dioecesis professore emerito, modo parocho Kapelln'ensi. Pars I. ℞ Salus a Patre seu Fides. Klagenfurt 1873. Impressum et in commissione apud Rudolphum Bertschinger et Heyn.
Videtur autem hoc opus non 1873 Klagenfurti evenisse, sed anno 1875 Graecii apud Moser in lucem evenit.

In initio codicis nostri inserta est schedula, quae haec enuntiat:
Am 5. September 1908 der Stiftsbibliothek übergeben.

P. Kolumban Habert.

Ich erhielt das Manuskript schon vor einigen Jahren von meiner Taufpatin Frau Theresia Jenne geb. Beyr, Oberlehrerswitwe, gegenwärtig in Steyr, einer nahen Verwandten des Verfassers.
Secundam huius operis partem vide infra in codice proximo!

Bibl. Cod. MN I 24

4° mai; 463 foll; teg. b2; script. 1873 vel paulo ante Trinitas in Unitate Dei Salus mundi per Dominum Nostrum Jesum Christum redemti. Systema totius Theologiae Dogmaticae concinnatum et editum a Mathia Beyr sacrae Theologiae Doctore, Dioecesis San-Hippolytanae presbytero saeculari et Theologiae Dogmaticae in Seminario Episcopali ejusdem Dioecesis professore emerito et parocho Kapelln'ensi Sanhippolytano. Pars II. Salus per Filium Dominum Nostrum Jesum Christum Deum-Hominem, inventa ab eo Redemtione aeterna, Spes nostra.
De editione huius operis vide supra ad partem primam in codice praecedente! In fine codicis nostri Pars Tertia promittitur, sed hanc tertiam partem non inveni.
Utrique codici servato haec est inscriptio dorsi: Systema Theologiae Dogmaticae a Dr. Beyr

Bibl. Cod. MN II 316

340 pagg; teg. rufum cum dorso et extremis nigris; 1887
Kirchengeschichte vom I - X. Jahrhundert.
Pr. Dr. Grisar.
Scriptor huius libri nomen suum in folio praeliminari notavit:
Fr. Coelestin Berger Ordinis S. ✠ Benedicti,(clericus Seitenstettensis). Quando coeperit codicem nostrum scribere, notavit in margine superiore folii titularis: 5. October 1887. Conscripsit autem in hoc codice lectiones Oeniponxtanas a celeberrimo historiae ecclesiasticae auctore P. Hartmanno Grisar Societatis Jesu habitas.
Adverte codicem nostrum, uti dicunt, stenographice scriptum esse!

Bibl. Cod. MN II 317

156 pagg; teg. c3 cum dorso extremisque nigris; scr.1889/91 Liturgik nach den Vorträgen Prof. Dr. Noldin S. J. fr. Petr. Coelestin Berger O. S. B. 1889/90/91.
Excepit ergo Fr. Coelestinus Berger, Ordinis S. Benedicti, clericus Seitenstettensis, in hoc libro lectiones Oenipontanas, quas P. Hieronymus Noldin Societatis Jesu, postea clarissimus Moralista, de Sacra Liturgia habuit, easque duobus annis scholaribus 1889/1890 et 1890/91(a die 29. Octobris 1889 usque ad Martium 1891) Inveni in hoc libro schedam duorum foliorum cum inscriptione: Cautelae in celebrati(o)ne Missae et ministrando S. Communionem observandae, ne sacrae Species periculo profanationis exponantur. (Editio aucta et emendata.) Quod opusculum sine nomine auctoris et anno originis Styrae Typis G. Bruckschweigeri editum est. Sed nescio quis sub inscriptione schedulae notavit graphitide: Reverendissimo Domino Domino Dominico Hoenigl Abbate Ordinis S. Benedicti Seitenstette: Videtur ergo abbas ille auctor esse, et cum probabiliter Fr. Coelestino haec plagula in discendo Sacram Liturgiam usui esset, ante annum 1891 editam esse eam veri simile est. pagg. 106 sequu. vacuae.

Bibl. Cod. MN I 25

4° mai; 236 pagg. typis mandatae + 226 pagg. aut manu inscriptae aut vacuae; teg. chartaceum cervini coloris (in forma marmoreae varriationis) d; script. 1889/90.XXX(?)
Pars typis impressa: Compendium Theologiae Moralis Auctore J. P. Gury, S. J., in collegio Romano et in Seminario Valenci prope Anicium Professore. Editio in Germania prima ad optimarum editionum fidem accurate impressa. Fasciculus I. (postea atramento correctum: II.) Ratisbonae, 1852. Sumtibus Georgii Josephi Manz. p. 257 - 489. Inter cuius operis folia singula inserta sunt singula folia manu inscripta aut vacua, ita ut semper folium typis impressum et folium manu inscriptum aut vacuum commutentur. Quae folia manu inscripta videntur continere commentarium et additamenta ad folia typis impressa, sed nescio cuius scriptoris.
Inscriptio dorsi: Gury S. J. Theologiae Moralis Tomus II.
Quando tegumento munitus sit codex noster, ostendit nota in parte adversa tegumenti ab intrinsecus: 2. 11. 1889.

Bibl. Cod. MN I 26

4° mai; 511 foll. soluta, servata in tegumento chartaceo, dorso extremisque cano linteo munitis; script. ca. 1900
Folia recta tantum inscripta sunt.

Fäden der Liebe.

Auctrix huius grandis fabulae amoris in fine nomen suum apposuit: Therese Rak. Fabularum illa poetrix habitavit circa annum 1900 in Seitenstetten. Num opus nostrum typis evulgatum sit, nescio.

Indices

1) auctorum
2) scriptorum
3) rerum
4) initiorum

Praemonitum

In indicibus auctorum et scriptorum ponuntur

a) nomen gentile auctoris aut scriptoris,
b) nomen eiusdem baptismale aut monasticum,
c) ubi composuerit aut scripserit opus,
d) qua patria natus sit aut quo in monasterio vota emiserit,
e) si pertinet ad monasterium Seitenstettense etiam
   e_1) quo anno natus sit (n.)
   e_2) quo anno monasterium ingressus (i.) aut vota professus sit (p.)
   e_3) quo anno sacerdotio initiatus sit (s.)
f) quo anno mortuus sit (m.)

In omnibus indicibus notatur extra uncos signum codicis, quod sequitur numerus paginae catalogi nostri isque aut uncis inclusus aut sine uncis in fine lineae positus.

Index auctorum

Abelzhauser, Benedictus, Seitenstetten: n. 1635, p. 1657
s. 1661, m. 1717

MN II 87 b 56
34 - 2, 167o? 77
MN II 123 77-78
34 - 23, 1672 78

Aigner, Honorius, Salzburg, Kremsmünster

MN II 152, 1688/89 111
MN II 161, 1687 115
MN II 21o 157

Andreas a S. Theresia, Carmelitanus

MN III 27a 192

Angliara, Joannes de

MN I 7 . . . . . 16o

Avancini, Nicolaus SJ, Wien

MN II 52 bc, 1653 33

Babenstuber, Ludovicus, Salzburg, Ettal

MN II 183, 1692 138
MN II 184, 1692 139
MN III 11 1, 1697 149
MN II 2o2 b. 17oo 151
MN II 224, 17o5 174
MN II 231, 17o7/o8 179
MN II 232, 17o8/o9 . . . . . 18o

Bastianschitz, Matthias, Wien

MN II 5o a, 165o 31

Baumann, Vitalis, Salzburg, Ottobeuern

MN II 24 b, 1627 16

Bellone SJ, Linz

MN II 13o a, 1673 81

Bertholdus, Joannes SJ, Wien

MN II 51 b/c, 1652 32-33

Beyr, Matthias, Kapelln (St. Pölten)

MN I 23, 1873 . . . . . 283/284
MN I 24, 1873 284

Boissl, Baumburg
MN II 135 O,P, 1656 91

Braun, Anselmus, Salzburg, Mallersdorf: videetiam s. v. Braun!
34 S b 96

Braun, Balthasar, Salzburg
MN II 135 e,f,g, 1674 . . . . . 87/88

Brevenhueber, Bernardus de, Seitenstetten
n. 1713, p. 1734, s. 1739, + 1794
MN II 279, 1750/51 228
MN II 286 c-g, 1750/51 . . . . . 231/32

Bruschius, Caspar, Passau
MN I 8 . . . . . 204/05

Busch, Sigismundus, SJ, Graz
MN II 247, 1717 191

Buzelini, Gabrielis, Weingarten
MN III 32 z, 1723 208-10

Caesar, Dominicus, Salzburg, Ober - Alteich
MN II 62, 1652 39

Casini, Franz Maria, S. R. E, Cardinalis, Rom
MN I 18 260

Castulo, Georgius Ignatius, SJ, Prag
MN II 135 Z_3, 1667 92

Cappucinus quidam, Salzburg
MN II 135 o, 1680 89

Coronino, Marcellinus, SJ, Linz
MN II 131 a, ... 82/83

David a S. Cajetano, Augustiner - Barfüßer, Wien
MN III 57 a,b, d, 1795 . . . . . 269/70

Dälatscho (Delaggio), Aloysius, Theatiner, Salzburg
MN II 198 a, 1697 149

Debois, Ludovicus, Seitenstetten: n.1826, p.1864, s.1849, m.1896
MN III 74 282

Digl, Romanus, Salzburg, Seitenstetten: n.1727, p.1746, s.1751, m.1795
MN II 301 a, 1771 249
33 J c, 1772 252

Eckartshausen, Carolus de
MN III 75 276

Engel, Ludovicus, Salzburg, Melk
MN II 94, 167o 6o/61
MN II 114 c, 167o 71

Ens, Casparus
MN III 27 d 193

Erber, Antonius, SJ
MN II 271, 1737 215

Ernestus, Valentinus
MN III 2 5

Fabricius, Joannes Christianus
MN II 31o, 1799 271

Feichtinger, Petrus, Salzburg, Prüvening
MN II 22 b, 1633 14

Fictor R. Fr. J., vide Tictor

Fischer, Joannes, Wien
97.1.6, 1723 . . . . . 2o7
97.1.7, ... 2o7
97.1.8, ... 2o8
97.1.9, ... 2o8
MN I 15 . . . . . 2o8

Fixlmillner (Fixelmillner), Placidus, Kremsmünster
MN II 294 . . . . . 24o
MN II 295 241

Fux, Joannes (P. Robertus), Seitenstetten: n. 176o, i. 1779, p. 1784, s. 1786, m. 18o2
MN II 3o4 b, 1776 255

Fyrbas, Simon, Salzburg, Scheyern
MN II 13, 1628/29 11
MN II 14 b, 1629/3o 11
MN II 15, 163o 12
MN II 16, 163o 12
MN II 2o, 1632/33 13
MN II 22 a, 1633/34 14
MN II 23 a,c,d, 1634 15
MN II 24 a,c,d, 1634 . . . . . 15/16
34 TT a, 1634 17
MN II 26, 1634 . . . . . 17/18

